APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS VIII - VOLUMEN VIII

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXVI

Annus VIII - Vol. VIII Die 18 Ianuarii 1916 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA

AD CAROLUM HAMEL ET HENRICUM SAINT-OLIVE, COETUS MODERANDO OPERI « A PROPAGATIONE FIDEI » ALTERUM PARISIIS ALTERUM LUGDUNI PRAESIDES, GRATULANDI HORTANDIQUE CAUSA.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Ad christiani apostolatus apicem divina miseratione evectis, nihil sane optatius Nobis, dilecti Filii, quam vos alioqui praesentes et consilia vobiscum communicare. Catholicorum enim universitatem quoties animo intuemur, toties monemur alias esse oves, quae non sunt ex Ecclesiae ovili, easque Nos ad illud adducere oportere : et ex hac cogitatione sponte sua ad vos et ad pium Opus, cui praepositi estis, cupida mens pro voi at, in studiis ac coeptis vestris rerum in dies meliorum anquirens auspicia. Vera, ut fateamur, non exiguos sollertiae diligentiaeque vestrae respondisse, Dei beneficio, fructus testantur corrogatae piorum stipes multiplicataeque, earum ope, evangelicorum virorum expeditiones. Sed, proh dolor! quo potissimum tempore effusiorem, eamdem in rem, catholicorum caritatem desiderabamus, ea incidisse vidimus rerum adiuncta, quae iure admodum pietas vestra eam etiam ob caussam deplorat, quod Ecclesiae *Missionibus* sacrorum administrorum copiam, et necessaria subsidia subtrahant. At vero spectata virtus vestra vix àdmonitos vos vult ne ad surgentes ingravescentesque difficultates animum despondeatis. Opus enim *Fidei Propagandae* adeo, ut nostis, cohaeret cum hominum aeterna salute, cui studet impense, ut Is, qui vult omnes homines salvos fieri

et pro omnibus mortuus est, et semen seminanti praestiturus sit et incrementa aucturus frugum, quos evangelici eduxerint operarii. Hoc unum a vobis petimus: ut, nimirum, quam adhuc Apostolicae Sedi et Ecclesiae probastis operam, eam utrique probare alacres perseveretis. Consiliis industriaeque vestrae si quae forte obstiterint impedimenta, optatos ea quidem minuent laborum fructus, non minuent profecto apud Deum merita, expectandaque vobis ab Eo aeterna praemia.

Delata interim officia grato complectimur animo, vobisque, dilecti Filii, vestrisque, quotquot per orbem sunt, adiutoribus, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae omnino singularis, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, dia vr ianuarii MGMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DECLARANTUR ET EXTENDUNTUR CONCESSIONES QUAEDAM PRO TEMPORE BELLI.

Die 16 decembris 191Ô.

SSmus D. N, D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, exhibitis postulationibus [satisfacere volens, benigne declarare dignatus est, privilegia et facultates, indulgentias respicientia, sive apud omnes nationes, sive apud aliquot earum, occasione diuturni belli hodieque per Europam grassantis, tributa, nimirum: 1° privilegium Missarum, quae ubilibet in suffragium animarum illorum, qui in bello obierunt, celebrantur (S. G. S. Officii, die 28 ianuarii 1915); 2° dispensationem a clausula *De consensu Ordinarii,* circa benedictionem devotionalium pro Sacerdotibus, qui inter milites versantur (S. G. S. Officii, 4 februarii 1915); 3° et 4* facultatem pro Sacerdotibus militiae adscriptis, impertiendi christifidelibus apostolicam Benedictionem cum plenaria Indulgentia *in articulo mortis,* et applicandi, unico signo Crucis, coronis, cratibus, crucifixis, ss. numismatibus et parvis statuis Indulgentias apostolicas nuncupatas (S. C. S. Officii, die 17 iunii 1915), extendi ad omnes nationes bello dimicantes, usque ad exitum belli valitura. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

.L.©S.

f Donatus, Archiep. Ephesinus, *Adsessor S. O.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ERECTIO NOVAE DIOECESIS

SSmus D. N. Benedictus PP. XV, Sacrae Congregationis Consistorialis decreto 15 decembris 1915, territorium uti exstabat archidioecesis Mariannensis in duas partes d i visit, in quarum parte occidentali archidioecesim Mariannensem coarctavit, in parte vero orientali, ubi civitas *Garatinga* exstat, novam ac distinctam dioecesim Carathingensem nuncupandam perpetuo erexit, eosdem quoquoversus servaturam fines quibus avulsa orientalis pars ipsius archidioecesis Mariannensis antea circumscribebatur, adeo tamen ut eadem nova dioecesis secernatur ad occidentem ab archidioecesi Mariannensi per limites civilium municipiorum *Garatinga, Manhuassú* et *Garangola* quae una cum aliis municipiis *José Pedro, S. Manuel do Mutum* et *Aymorés* ad novam dioecesim spectabunt, atque ita ipsa intra suum ambitum complectatur sequentes paroecias: *S. Ioannis Baptistae de Caratinga, S. Antonii do Rio José Pedro, S. Manoel do Mutum, Gonceiçao do Guietê, S. Helena, S. Francisco de Vermelho, S. Margarida, SS. Sacramento, S. Simâo, S. Lourenço do Manhuassú, Divino do Garangola, S. Luzia do Garangola, S. Francisco da Gloria* et *Tombos do Garangola.*

Hanc noviter erectam dioecesim Carathingensem, quousque aliter provisum fuerit, suffraganeam ecclesiam constituit archidioecesis Mariannensis.

II

PROVISIO ECCLESIAE

Sacrae Congregationis Consistorialis decreto, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV hanc quae sequitur ecclesiam de proprio pastore providit, nempe :

3 ianuarii 1916. — Cathedrali ecclesiae Nottinghamensi praefecit R. D. Thomam Dunn, canonicum Metropolitanae ecclesiae Westmonasteriensis.

III

NOMINATIO

1 ianuarii 1916. — Decreto sacrae Congregationis Consistorialis, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV R. P. D. Andream Caron, archiep. tit. Chalcedonensem, Delegatum Suum nominavit cum facultatibus Administratoris Apostolici pro Abbatia Nullius Ss. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

INCRIMINATIONIS

Die 31 iulii 1915

1. Biennio vix expleto ex quo dioecesi *N.* novus episcopus datus fuerat, diffusa passim in vulgus sunt complurima exemplaria typis clam edita cuiusdam *publicae epistolae ad clerum* adversus episcopum, nullius tamen nomine subscripta. Huic, quasi ex condicto, paucis post diebus, alter *libellus contestationis* ad auctorem praecedentis, typis pariter editus fictoque nomine signatus, respondere per ironiam ita visus est, ut gravamina adversus episcopum supra modum exaggerarentur, cum ingenti scandalo eorum omnium ad quorum manus hae litterae pervenerunt. Quibus permotus idem episcopus, peractis opportunis investigationibus, tamquam reos seu auctores *famosorum libellorum* ad hanc S. Congregationem Concilii quinque sacerdotes denunciavit. Existimabat enim - prout suis litteris aperuit - non oportere ut adversus eosdem episcopus per se procederet, ad vitandam ulciscendi cupidinis suspicionem; expedire autem quam maxime, ad exemplum salutare, ut in reos sacra ipsa Congregatio animadverteret.

Quae quum sacrae huic Congregationi probarentur, deputatus est archiepiscopus finitimae dioecesis ut inquireret et referret, iis etiam auditis quos episcopus denunciaverat. Archiepiscopus idem, quum reni alacriter absolvisset, peramplam relationem peractae inquisitionis misit,

ex qua constabat praeter duos libellos, *tertium* fuisse interea typis editum, at nondum plene divulgatum, *quartum* vero prelo iam paratum ; item praeter quinque sacerdotes ab episcopo denunciatos, quatuor alios eidem incriminationi esse subiiciendos. Attamen, quum archiepiscopus non verum processum, sed solam inquisitionem peregisset, reosque tantummodo *ut testes* audivisset, praevio etiam iuramento de veritate dicenda; auctoritate SSmi, qui causam cognosci mandaverat in hac S. Congregatione, acta iterum remissa sunt eidem archiepiscopo, qui singula capita accusationum rite descripta et definita unicuique ex *reis* tamquam iudex notificare!, ac defensiones omne genus quas adducerent sedulo colligeret, quin tamen eisdem reis iuramentum deferret.

Hisce igitur expletis omnibusque ad iudicium ferendum rite paratis, proposita causa in plenariis Emorum Patrum comitiis, dubio *An et quomodo animadvertendum sit in singulos* [novem] *sacerdotes incrimina tos in casu,* responsum est: « Interim suspendantur a divinis et a beneficio, « si quod habent, ad nutum S. Sedis sacerdotes *AA, BB, CC.».* Quam Emorum Patrum sententiam SSmus Dnus Noster in audientia postmodum infrascripto Secretario concessa, adprobavit.

% In facto certum prorsus erat commissum crimen ea certitudine qua maior concipi nequit, nempe quae procedit ex *notorio facti permanentis,* prout a DD. (v. g. Schmalzgr., in tit. I, 1. V, *Decr.,* num. 1 ss.) describitur: « Notorium facti permanentis est, quod notorie se exhibet « oculis et facti continuationem habet ut videre omnes possint ». Siquidem in actis habebatur omnino *corpus ipsum delicti,* videlicet aderant alligata exemplaria plurima, hinc inde per dioecesim collecta, libellorum de quibus accusatio facta fuerat. Porro satis fuit ea fidelibus oculis subiicere, ut statim constaret de notorio, non tantum in ratione facti, sed etiam *in ratione delicti* (cfr. Schmalzgr., 1. c, n. 14) et quidem adeo ut « huiusmodi crimen nulla posset tergiversatione celari » (cap. *Tua,* 8, tit. II, lib. III *Decretal).*

In primis manifestum ex illis erat delictum *iniuriarum,* quin etiam *atrocis calumniationis* in episcopum, qui passim in libellis vocabatur « flagellum Dei », « iustitiae trucidator », « lupus mitratus », etc. Gravius apparebat delictum *diffamationis,* etiam prout in hodiernis codicibus iuris poenalis describitur: non deerant enim specificae - ut aiunt - malefactorum attributiones eaeque calumniosae : ut ecce, in altero libello - « quod episcopus consuetos oeconomiae administratores officio deiecisset, « ut absque ullo teste pro arbitrio de reditibus disponere posset > et alia id genus facta nàrrabantur, unde, si vera fuissent, episcopo gravissima labes inureretur avaritiae, iniustitiae, simoniae, etc. Praeterea

apertissima erat *provocatio ad rebellionem* contra proprium episcopum; quin etiam ea ut scopus manifeste assumebatur libellorum edendorum : « ut nempe clerus dioecesis adversum episcopum insurgat *sub vexillo « redemptionis* (la bandiera della riscossa) »; quin immo in iis iam « pro- « di tores *novae Cruciatae* » vituperabantur, ac in tertio libello auctores sese audacter subscribebant : « qui rebelles sumus *(i ribelli)* ». Ad hunc criminosum effectum obtinendum hi omnes auctores apertissime fatebantur se *conspirationem seu coniurationem* interposito foedere inivisse. « Ut nempe episcopus aufugere cogatur, immo vero ad nihilum unde « est redigatur - ita illi - conveniendum nobis fuit in secretum strenuum- « que foedus; et revera convenimus edicta tessera, ac iuravimus ut patres « nostri ad Pontidam *(sic)*, nec fieri poterit ut in certamine vincamur ». Huius etiam certaminis arma non obscure commonstrabant : « sint libelli « quos edimus ac edituri sumus gladii et arma »; ceterum proclamabant: « sive typis, sive alio quocumque annorum genere certemus, insidie- « mur oportet ac in fugam pellamus tigrem hunc mitratum ».

3. Quum igitur in comperto essent crimina iniuriarum, diffamationis, provocationis ad rebellionem et conspirationis contra proprium episcopum, tantum inquirendum fuit in reorum personas et in poenas iis irrogandas. Porro actis diligenter expensis, videbantur quidem novem sacerdotes accusati omnes et singuli communi consilio in praefata delicta concurrisse, diverso tamen certitudinis gradu. De tribus enim plene omnino constabat, praecipuos auctores eos fuisse libellorum et Conspirationis, eamque fovisse opere, scripto et pecunia; quod ipsum duo tandem confessi sunt coram archiepiscopo inquisitore, tertius autem, quamvis idipsum praefraote negaret, a criminis sociis omnibus veluti uno ore accusatus, aliisque argumentis convictus est. Igitur quoad hos delictum *notorietate iuris* manifestum erat, ad tramites cap. *Vestra,* et cap. fin *de cohabit.*, et cap. *cum olim* 24, *de verb. signif.* Quoad ceteros, sive-propter imperfectionem actorum processus, seu potius inquisitionis, sive alia de causa, plena probatio haberi non potuit nisi quoad cooperationem seu complicitatem. Quod quidem satis esse poterat ad condemnationem, quia - prout receptum est in iure - qui communi consilio, licet diversa ratione, physice in delictum concurrunt, omnes eamdem seu parem imputabilitatem contrahunt. Quin imo, iuxta cap. 22, caus. XI, quaest. I, quando agitur de conspiratione « non solum facientes, *sed etiam eis consentientes* » aeque puniri possunt.

4. Quod tandem poenarum genus attinet, manifestum est, ubi plura delicta commissa sunt, quae in eodem tamen ordine continentur et in eamdem actionem concurrunt, in primis speciem graviorem, seu sum-

mam esse puniendam (arg. 1. 14 *D. de accus.* XL VIII, 2), ita tamen ut de reliquis quoque criminibus, quae tamquam media ad eamdem summam speciem dispositive ordinantur, ratio habeatur, saltem ad evincendum pravum deliberatumque consilium diutius animo conceptum ac enutritum, unde saltem gravitas praecipui criminis augeri solet, ei ex aequo respondente maiore poenarum gravitate. In casu autem *conspiratio* contra proprium episcopum gravior prae ceteris, immo suprema criminis species habebatur, de qua minime ambigendum erat, post reorum confessionem in iudicio redditam. Poenae vero quibus huiusmodi facinus plectitur, sunt, ut omnes norunt, gravissimae. Etenim can. 18 et 31, caus. XI, q. 1 Decr. Grat, comminantur clerico ob tale delictum poenam «depositionis et traditionis curiae (id estbrachio saeculari) ut recipiat quod inique gessit » ; can. 21-25 eod. pariter degradationem et perpetuam infamiam conspiratoribus adversus episcopum clericis itemque eis consentientibus, minitantur; qui omnes canones nulla posteriore lege aboliti vel temperati apparent (cfr. Thesauro-Giraldi, *de póen. eccl.,* p. II, s. v. *Conspiratio,* cap. I).

Quoniam vero causa haec quae per se esset ordinis iudicialis, ob peculiaria adiuncta rerum, deque explicita Apostolica auctoritate peracta fuit tramite disciplinari seu administrativo, placuit Emis Patribus ut non applicarentur poenae iuxta rigorem iuris, sed potius contra praecipuos reos, quorum crimen nulla poterat tergiversatione celari, animadvertere tur poena aliqua, gravi quidem et exemplari, sed magis med i-: cinali quam vindicativa ; circa ceteros autem denunciatos sententia differetur, ad effectum corroborandi interea contra ipsos probationes, vel potius eos adducendi, per exemplum sociorum, ad poenitentiam et ad morum emendationem.

Et ita, me referente, conclusum ac iudicatum est.

O. GIORGI; *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA SEU NEAPOLITANA

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IOANNIS BAPTISTAE A BURGUNDIA, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus fide, spe et charitate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur ?

Venerabilis Dei Famuli Ioannis Baptistae a Burgundia beatificationis causa quovis etsi careat externo factorum splendore, non ideo tamen minuitur quod intimum est causae ipsius perinsigne meritum. Utraque siquidem apostolica et ordinaria inquisitione collectis adductisque in iudicium probationibus plane constitit, quam noster Dei Servus sacro in baptismate recepit, integram servasse morum innocentiam, quaeque pro sui status conditione propria erant, sancte inviolateque, ad obitum usque, adimplevisse munera.

Haec vero ut perficeret ille modoque reapse perficeret, quem acta describunt, assidua nec unquam intermissa ipsi Dei Famulo perferenda fuit pugna adversus sive internos sive externos animae atque virtutis notos satis satisque validos hostes. Quorum cotidianos ut frangeret incursus longeque a se propulsaret, caeleste auxilium sibi propitiare, vel a teneris, magnopere studuit conatusque est Dei Servus, interposita praesertim, erga augustam Dei Genitricem Matremque nostram, tenerrima pietate, suaque exhibita diligentissima ac fidelissima divinae gratiae cooperatione.

Ex quo factum, ut, brevi licet sex et viginti annorum nondum expleto spatio conclusa, perfunctus esset vita, quod tamen mature alacriterque Dei Famulus arripuerat, simillimum adeptus sit sanctitatis genus, quo inditae Societatis Iesu tria illa coruscant sidera : Aloisius Gonzaga,

Stanislaus Kostka et Ioannes Berchmans. Quum autem quoddam quasi fundamentum reliquae aetatis adolescentia sit, et quam semel viam primis ab annis ingressi homines fuerint, ab ea difficile admodum iii posterum deflectant, iuxta celebratam sacrae Scripturae sententiam: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedei ab ea (Proverb.*, XXII, 6), ex hoc idcirco capite veluti sponte sua patent seque produnt in conspectum causae huius praestantia atque dignitas.

In venerabili quippe Ioanne Baptista a Burgundia adolescentes nominatim, qui in studiis operam ponunt, praesto sibi habent praeclarum ad imitandum exemplar, ex quo quum illud in primis didicerint mireque confirmatum perspexerint, quod scilicet, thesauri loco, omnium pretiosissimi, vitae integritas sit habenda atque innocentia morum, quibuscum una quoque necessario extet oportet cunctorum adimplementum, quae suae aetatis officia et munia sunt, eorum menti statim succurrit insignis quidam locus celebris cuiusdam epistolae ad adolescentem datae, qui in eo erat, ut disciplina erudiendus, in ephebeum sese conferret. Epistolae locus in libro quamvis prostet, quem ephebi prae manibus habent in scholis, peropportuna tamen occasione arrepta maximeque adversis virtute temporibus, expedit sane, ut adolescentium nostrorum semel atque iterum in memoriam revocetur eorumque alte insideat animo ipsis, quibus ab Auctore descriptus est, graphicis hisce verbis: « Prima di tutto conosci i beni che possiedi, accio tu possa apprezzarli « per esserne grato a Dio, che te gli ha conceduti, e finalmente farne « l'uso, che devi . . . . Altri comincerebbe dal raccomandarti lo studio, ed « io comincio dal raccomandarti la bontà, e ti prego di custodirtela nel « cuore, come un tesoro senza prezzo. La dottrina spesso è una vana « suppellettile, che poco ci serve agli usi della vita, e della quale per « lo più si fa pompa nei giorni di gala, come dei tappeti e delle posate « di argento. Ma la bontà è un utensile di prima necessità, che dobbiamo aver tra mano ogni ora, ogni momento. Senza uomini dotti, «credilo pure, il mondo potrebbe andare innanzi benissimo; senza « uomini buoni ogni cosa sarebbe sovvertita » *(Epistolario* di Giuseppe Giusti, *T* ediz., Vol. Unie, pagg. 165-166. Lettera a Giovannino Piacentini, 7 dicembre 1840).

Quam ob rem, egregiam profecto laudem ii sibi promeruissé dicendi sunt, qui, altero ab obitu Servi Dei anno, super eiusdem sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum fama *Informativum* processum in ecclesiastica Neapolitana curia instruendum curarunt; morasque, quas subinde, peculiaribus incidentibus rerum adiunctis, passa est causa, redimere naviter diligenterque sategit modernus Ordinis Fratrum Minorum Postulator

generalis. Cunctis namque iam absolutis praeliminaribus iudiciis, abhinc biennium, die 26 augusti, in aedibus Reverendissimi Cardinalis Francisci Cassetta, episcopi Tusculani, Congregatio antepraeparatoria super virtutibus coacta fuit, eamque, huius vertentis anni die 22 iunii quum in aedibus Vaticanis subsecuta esset Congregatio praeparatoria, die 7 superioris mensis decembris, coram SSmo Domino nostro Benedicto PP. XV habita est Congregatio generalis. In qua a nuper laudato Rmo Cardinali, causae Relatore, ad discutiendum propositum est Dubium : *An constet de virtutibus theologalibus fide, spe et charitate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus prudentia, iustitia, fortitudine ac temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Ioannis Baptistae a Burgundia, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?* Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine suffragia tulerunt, quibus laeto intentoque animo auditis, SSmus Dominus noster supremum iudicium Suum de more prorogandum duxit; interim cunctos, qui aderant, est adhortatus, ut effusas Secum funderent preces ad caeleste Lumen implorandum.

Hodierna autem die Dominica prima post Epiphaniam, sacro devotissime peracto, ad se acciri voluit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Pro-Praefectum, et Franciscum Cassetta, episcopum Tusculanum, causae Relatorem, una cum R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, iisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: *Ita constare de virtutibus theologalibus fide, spe et charitate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus prudentia, iustitia fortitudine ac temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Ioannis Baptistae a Burgundia in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur, ut procedi possit ad ulteriora ; ad discussionem nempe quatuor miraculorum.*

Hoc decretum publici iuris fièri et in acta sacrae Rituum Congregationis referri mandavit quinto idus ianuarii MCMXVI.

A. CARD. VICO, *S. R. G. Pro-Praef.*

L. © S.

Alexander Verde, *S. R. G. Secretarius,*

II

SANCTI HIPPOLYTI

DECRETUM DE INTRODUCTIONE CAUSAE SERVJ DEI IOANNIS BAPTISTAE.STOEGER, LAICI PROFESSI CONGREGATIONIS SSMI REDEMPTORIS.

In pago Enrersfeld, prope Vindobonam, die 4 octobris anno 1810, ortum duxit Ioannes Baptista Stoeger, qui pueritiam exegit parentum institutioni avunculique curis apprime respondens. Christiana vivendi ratione instructus, pietatis quoque exercitia prae deliciis habebat. A sacra lectione et a gestis exemplisque sanctorum magis in dies incitabatur non solum ad religionis praecepta servanda, sed etiam ad charismata meliora assequenda. Quod, adolescente iam aetate, Deo adiuvante, perfecit totumque se divino servitio mancipa vit. Consulto enim ac probante suo parocho, die 1 ianuarii an. 1836 in Congregationem SSmi Redemptoris, penes Collegium Vindobonense ad Scalas Beatae Mariae Virginis nuncupatum, a Ven. Dei Famulo Iosepho Passerai, tamquam frater operarius receptus est. Instituti veste indutus, tyrocinio inito atque laudabiliter expleto, an. 1840, die 18 martii, religiosa vota emisit. In villani suburbanam Weinhaus missus suam impendit operam in ipsius Instituti utilitatem. Per sex et quadraginta annos, quot in Congregatione vixit, adiutoris coqui, pistoris, olitoris, aliaque humilia officia ita gerebat, ut externo labori vitam spiritus constanter adiungeret. In templi quoque servitio studium suum alacriter obibat et decori domus Dei diligenter inserviebat. Ex sacris sermonibus piisque libris celestem quandam doctrinam sibi comparabat, quam cum Christi Redemptoris, potissimum in Eucharistiae sacramento absconditi, amore et Deiparae Virginis devotione in confratres operarios religiosa conversatione effundebat. Moderatoribus- ac Patribus aeque carus et acceptus exstitit tam ob fidei morumque integritatem, quam ob officiorum ac regularum observantiam. Tandem Dei Famulus, senio laborisque confectus, diuturno podagrae ruptaeque pedis venae morbo patienter tolerato, divinae miserationi et Beatissimae Mariae Virginis praesidio confisus, in civitate Eggenburg, dioecesis S. Hippolyt]', pie obiit die 3 novembris an. 1883. Interim sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum fama quam Ioannes Baptista in vita adeptus fuerat, post obitum ita increvit, ut super ea ab Episcopo Sancti Hippolyti, vota precesque Alphonsiani Instituti benigne excipiente, Processus Informativus adornatus fuerit. Quo absoluto et Romam ad Sacram Rituum Congregationem delato, quum omnia, ad normam iuris,

in promptu sint, ut ad ulteriora procedi possit, instante Rmo P. Claudio Benedetti, Congregationis Ssmi Redemptoris postulatore generali, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Praepositorum generalium Ordinum seu Congregationum aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus ac Rmus Dnus Cardinalis Ianuarius G-ranito Pignatelli di Belmonte, episcopus Albanensis, huius causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Promotore sanctae Fidei, omnibus accurate perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative* seu *signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 14 dec. 1915.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua resolutionem eiusdem Sacrae Congregationis ratam habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servi Dei Ioannis Baptistae* Stoeger, laici professi Congregationis Sanctissimi Redemptoris, die 22, eisdem mense et anno.

A. CARD. VICO, *S. B. C. Pro-Praef.*

h. ^ S.

Alexander Verde, *S. R. C. Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO

PRO NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS

EXTENSIO IURIUM AC POTESTATIS ORDINARII CASTRENSIS APUD BELGARUM EXERCITUM.

Ex Audientia SSmi die 14 decembris 1915

Cum Reverendissimus Dominus Ioannes Marinis, Vicarius Castrensis seu *Capellanus maior* apud Belgarum exercitum, quaesierit, num vi •decreti, lati die 27 augusti vertentis anni a S. Congregatione Negotiis

Ecclesiasticis Extraordinariis praeposita, praeter sacerdotes et clericos, tum saeculares tum regulares, qui in castris vel nosocomiis, belgicis militibus in re spirituali adsunt, Ordinarii Castrensis auctoritati in re disciplinari subiiciantur ceteri quoque ecclesiastici milites - sive sacerdotes ii sint, sive simplices clerici, sive etiam religiosi novitii - qui deferendis militibus sauciis vel iisdem infirmis iuvandis ex officio dant operam, nullo tamen demandato sibi munere ad rem spiritualem quod attinet, SS. DD. NN. Benedictus divina Providentia PP. XV, referente me infrascripto eiusdem S. Congregationis Secretario, respondendum mandavit: *Negative.* Verum Beatissimus Pater, Secum animo reputans si iidem sacerdotes, clerici et novitii, qui stipendia merent, ecclesiasticae gubernationis seu paternae superiorum ecclesiasticorum vigilantiae subsidio penitus non destituantur, id, cum tuendae ecclesiasticae disciplinae, tum spirituali eorumdem bono provehendo, esse quam maxime profuturum, iura ac potestatem, quibus Ordinarius Castrensis apud Belgarum exercitum ex decreto utitur, quod memoratum est, ita producenda benigne censuit, ut idem Ordinarius possit in omnes sacerdotes, clericos et religiosos milites *cumulative* cum Ordinario dioecesis aut Superiore Ordinis vel Instituti iurisdictionem exercere in iis omnibus, quae ad ecclesiasticam pertinent disciplinam. Verumtamen, si quando contingat - quod absit - ut Ordinarius Castrensis in eiusmodi clericos vel religiosos poena aliqua animadvertat, de patrato ab iisdem crimine ac de irrogata poena Ordinarium dioecesis vel Superiorem religiosum cer tiorem quamprimum facere teneatur.

Contrariis quibuslibet, etiam speciali et individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die, menses et anno ut supra.

Eugenius Pacelli, *Secretarius^*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA KOMANA BOTA

I

- FESULANA

IURIUM, SEU CURAE HABITUALIS ET ACTUALIS

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 9 iulii 1915, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Fesulana - Iurium, *inter* canonicos ecclesiae collegiatae oppidi Figline Valdarno, *repraesentatos per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, et* Praepositum illius ecclesiae collegiatae, *interveniente et disceptante in causa Rmo Promotore iustitiae, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

Ecclesia parochialis oppidi Figline, Fesulanae dioecesis, die 30 iulii 1493 per bullam Pp. Alexandri VI in collegiatam erecta fuit cum dignitate, quae praepositura nuncupatur, et duodecim canonicatibus, et hac bulla simul statutum est, curam animarum dictae ecclesiae pertinere ad capitulum praefatum, de voluntate praepositi illius ecclesiae pro tempore existentis. Haec animarum cura variis modis moderata fuit per subsequentia Statuta capitularia et episcoporum decreta. Anno 1867 bona ecclesiae et capituli collegiati usurpata fuerunt, una relicta praebenda praepositi, cui adnexa foret cura animarum. Sed quum praepositus Bargilli magna ex parte bona usurpata sibi vindicasset, episcopus Corsani, decreto lato die 7 iulii 1873, haec inter alia circa curam animarum, destinationem et -administrationem illorum bonorum, statuit: « che al « Proposto oltre il godimento delle altre consuete rendite parrocchiali « debba esser pagata a carico della quota curata anche l'antica prebenda «personale...; che i quattro sacerdoti, che sono indispensabili al Pro- « posto per il disimpegno del ministero parrocchiale e per le funzioni

« dei sacro culto, debbono scegliersi via via dal Proposto medesimo, « previa annuenza dell'Ordinario, e che essi debbono considerarsi come « semplici aiuti ed officianti temporanei ed amovibili *ad nutum*».

Existimantes autem hodierni canonici ecclesiae collegiatae Figlinensis per huiusmodi decretum violari iura capituli, lite instituta apud hoc S. Ordinem, contenderunt:

1. parochialitatem habitualem et actualem pertinere capitulo, salvo exercitio curae animarum spectante ad praepositum eiusdem collegiatae, eiusque adiutores in casu;

2. solutionem annuatim factam a Gubernio italico constituere praebendas quatuor canonicalium beneficiorum;

3. eidem capitulo restituenda esse, etiam quoad administrationem, omnia quae a bonis usurpatis proveniunt, vel quae a Gubernio soluta fuit pecuniae summa favore paroeciae.

Hinc causa disceptata est sub hisce concordatis dubiis:

1) *An constet de parochialitate habituali et actuali capituli Collegiatae oppidi Figline Valdamó, salvo exercitio curae animarum spectante ad Praepositum Collegiatae eiusque adiutores.*

2) *An constet de eo quod solutio annuatim facta a Gubernio favore parochiae, constituat praebendas quatuor beneficiorum canonicalium.*

3) *An eidem capitulo restituenda sint, etiam quoad administrationem, omnia quae a bonis usurpatis proveniunt, vel quae a Gubernio soluta fuit pecuniae summa favore paroeciae in executionem sententiae tribunalis civilis Florentiae 31 decembris 1880.*

Duplex prodiit sententia. Prima coram Sebastianeiii, 16 febr. 1911, tribus dubiis responsum est *negative;* altera coram Lega, 17 martii 1914, responsum est illam sententiam esse infirmandam seu reformandam iuxta sequentes responsiones ad singula dubia, nempe:

ad I *affirmative* quoad parochialitatem habitualem; actualem vero spectare ad Praepositum et canonicos legitime deputatos in concuratos, seu canonicos coadiutores;

ad II summam a Gubernio annuatim solutam, attribuendam esse primo et principaliter favore praebendarum quibus adnexa est cura animarum, iuxta modum in decisione seu sententia explicatum;

ad III excepta bonorum parte in dioecesana capsa pro vigentibus normis custodienda, quoad reliqua bona, affirmative sub cautionibus tamen ab episcopo praescribendis.

Quare appellatum est ad tertium turnum, proposito dubio: *An sententia rotalis diei 17 martii 1915 sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Primum igitur dubium quod spectat, notandum est per bullam Ale^ xandri VI ecclesiam parochialem Plebis nuncupatae a Beata Maria oppidi Figline, Fesulanae dioecesis, erectam fuisse in Collegiatam ecclesiam; ideoque in favorem capituli militare praesumptionem iuris quoad curam animarum: Lotterius, *de re beneficiaria,* lib. I, qu. 14, n. 93 et seqq, cum communi. Cuius praesumptionis non ea est vis, ut absolute dici possit, cum decisione seu sententia rotali diei 1 iulii 1913 in causa *Salutiarum - Iurium,* coram Many, quod quando aliqua ecclesia est collegiata et parochialis, undecumque proveniat haec collegialitatis et parochialitatis in eadem ecclesia coniunctio, cura habitualis est in collegio seu capitulo, vel ut ex sola erectione alicuius ecclesiae parochialis in collegiatam concludendum sit curam habitualem remanere penes capitulum. Nam> ut bene advertit sententia appellata diei 16 febr. 1911 coram Sebastianelli, ex eo quod aliqua ecclesia parochialis sit in collegiatam erecta, non illico dicendum est universa iura parochialia in ipsam ecclesiam collegiatam transfusa fuisse; siquidem erectio fieri potest duplici modo: atque ut firmat altera sententia diei 17 martii 1914, coram Lega, vis enunciatae praesumptionis est per se de iure communi, praesertim ante Concilium Tridentinum, curam animarum saltem habitualem, incumbere collegio, nisi probetur aliam fuisse fundatoris voluntatem. Sensus igitur est quod, si aliqua ecclesia est simul collegialis et parochialis, ecclesia collegialis seu capitulum habet intentionem fundatam in iure quoad proprietatem seu titulum curae parochialis, et eo ipso relevatur ab onere prohandi, et istud reiicit in adversarium. Arg. S. Rota, *Segusina - Iuris canendi Missas,* coram Lega, decis. IV, 1909, n. 7.

Signanter vero addit magistralis sententia coram Lega: praesertim ante Concilium Tridentinum. Nam. ante Conc. Trid. nulla lege positiva universali statutum erat ut animarum cura in Cathedralibus vel in Collegiatis exerceretur per idoneos vicarios etiam perpetuos. Quare ani-^ marum cura ad ecclesiam collegiatam pertinens in titulum, variis modis exerceri poterat et de facto exercebatur, praecipue vero :

1) *promiscue,* seu omnibus ad id operam navantibus canonicis;

2) *per turnum,* seu ut plurimum per hebdomadam, a singulis canonicis ;

3) *per delegationem ad Vicarium* sive amovibilem sive perpetuum ;

4) *per adnexionem officii curae* alicui praebendae vel dignitati.

Quatenus igitur animarum cura exercebatur primo vel altero modo, praesertim vero primo, ne locus quidem esse poterat distinctioni inter curam habitualem et actualem, proprie loquendo; quatenus vero exercebatur tertio vel quarto modo, distinctioni inter curam habitualem et

actualem ea inesse non poterat vis, quam obtinuit post legem tridentinam, quamque explicant hodierni doctores, ut Bouix et Wernz, docentes eam esse dumtaxat habitualem curam, quam quis de facto illam non exercet, nec *de iure* exercere valet, sed tantummodo aliquatenus potest et debet providere ut per aliquem vicarium exerceatur, cui itaque non tantum de facto sed *de iure* actu exercenda competit. Quod non satis intellexisse videtur rotalis sententia in causa *Salutiarum - Iurium* coram Many, diei 1 iulii 1913, carpens primam sententiam in eadem causa editam die 9 sept. 1911; in hac enim distinctio inter curam habitualem et actualem hoc posteriori sensu definite accipiebatur, seu ad terminos ipsius Trid. Synod., ut patet ibi, n. 4 et 7 in fine. Cfr. S. G. Conc. in *Lauden.,* 24 mart. 1888.

Si igitur in aliquo Capitulo cura animarum administretur promiscue vel per turnum, nullum dubium subesse potest curam animarum esse in titulo et proprietate penes ecclesiam collegialem, nulla distinctione facta inter curam habitualem et actualem ; si vero administretur per vicarium, cum absoluta certitudine concludendum est vicarium non obtinere nisi curam actualem, habituali remanente penes collegium; si autem per unum ex obtinentibus praebendam vel dignitatem, tunc etsi, saltem secundum probabiliorem sententiam, concludi nequeat cum absoluta certitudine et omnibus in casibus, curam habitualem esse penes capitulum, tamen adhuc militat in favorem capituli iuris praesumptio quoad curam habitualem, ut iure merito firmavit citata sententia coram Many, diei 1 iulii 1913, collata cum appellata sententia coram Lega.

Sed in casu nostro, praeter iuris praesumptionem, succurrunt evidenter ipsi termini Bullae erigentis ecclesiam parochialem in collegiatam; in ea enim expresse edicitur *curam animarum parochianorum ipsius ecclesiae ad Capitulum praefatum, de voluntate tamen Praepositi, dictae ecclesiae pro tempore existentis pertinere.* Nec difficultatem faciunt verba adiecta: *de voluntate tamen Praepositi...* quia hisce verbis significatur tantum curam exercendam esse sub moderatione Praelati capituli seu Praepositi. Si enim Pontifex, uti recte advertit sententia coram Lega, intendisset canonicos posse fieri Praepositi coadiutores de eius voluntate, quoad nudum exercitium curae, mandato et vice Praepositi, nedum ipse curam non commisisset capitulo, sed improprie usurpässet nomen curae, et id concessisset quod ipse Praepositus de consensu Ordinarii semper perficere potuisset ut quilibet simplex Parochus : quo sensu verba bullae nedum non essent operativa, sed otiosa.

Nec obstat quod in bulla Praeposito attribuatur *collatio, provisio et omnimoda dispositio beneficiorum in dicta ecclesia erigendorum; nec non*

correctio et punitio dictorum canonicorum et aliarum personarum dictae ecclesiae... atque ipse Praepositus Diedius eiusque successores vocentur *ecclesiae rectores.* Haec enim iura et officia ex iure antiquo competebant Praelato capituli, non quatenus privative obtineret universam curam animarum, sed quia caput erat collegii, ut firmat sententia coram Lega ex Concilio Tridentino et ex auctoritate Doctorum et iurisprudentiae rotalis: quo in sensu Praelatus capituli vocari poterat Rector ecclesiae.

Neque iuvat quod opponit hodiernus Praepositus ecclesiae collegiatae Figlinensis, nempe quod supponi nequit parochum Diedum, qui summa ope studuit ut sua parochia ad titulum collegiatae evehetur, voluisse limitare suam auctoritatem, eaque veluti cedere. Nam ex erectione suae ecclesiae parochialis in collegiatam cura quidem animarum translata est in capitulum, sed auctoritas antiqui Plebani adaucta est, quatenus Plebanus effectus est Praepositus et Praelatus capituli, eiusque caput. Secus vero explicari non posset quomodo Praepositum praedicta a sua institutione vocetur *vacans,* et eodem anno quo ecclesia parochialis in collegiatam erecta est, nempe anno 1493, ipse Diedius « per lo addietro « pievano, e al presente primo Proposto di decta prepositura e nuovo « colleggio », ut legitur in regesto *Bicordi capitolari,* omnia utensilia et psa instrumenta sacra, directa inserventia curae animarum, veluti vas pro chrismate asservando et oleo sancto, tradiderit ipsi capitulo : « ogni « altra cosa sarà data per l'avvenire ed abbi a detto capitolo ».

Haec omnia confirmantur ex Statutis capituli ecclesiae Figlinensis anni 1510 et 1614, quibus normae quaedam impositae fuerunt exercitio curae animarum in dicta ecclesia.

Nam in Constitutionibus anni 1510, conditis auctoritate integri capituli, seu Praepositi et canonicorum, et approbatis a Fesulano Ordinario, cap. XXVI haec quoad curam animarum statuuntur: « Quamvis animarum cura principaliter ad Praepositum, deinde ad canonicos pertineat, semper statuimus attamen et ordinamus quod praepositus et canonici dent auctoritatem sacristae administrandi sacramenta omnibus petentibus, de nostra parochia et nullus alius canonicus nec capellanus nisi particulariter requisitus se ingerat, nisi in casu necessitatis... vel fuerit per R. D. Praepositum et capitulum deputatus... confessiones attamen quilibet adire possit ».

Iamvero ex eo quod Praepositus et canonici, seu capitulum functiones parochiales ordinavit per legitimas Constitutiones, iure merito sententia coram Lega concludit, auctoritate Pignatelli et Lotterii innixa, capitulo pertinuisse curam saltem habitu. Sed addi potest statutum

capitulare anni 1510 aperte supponere quod antea cura animarum promiscue exercebatur inter Praepositum *et canonicos; quo in casu tota cura animarum habitualis nempe et actualis, immo nulla distinctione facta inter habitualem et actualem, spectabat capitulo. Quod si ab anno 1510 sacramenta omnibus petentibus de parochia ecclesiae collegiatae Figlinensis administranda fuerunt per sacristam, deputatum a capitulo « dent auctoritatem sacristae », Sacrista administrabat sacramenta et animarum curam ut vicarius capituli: ut habens nempe curam tantum actualem, habituali remanente penes ipsum collegium.

In Constitutionibus vero anni 1614, cap. XXIV statuitur: « Quod « cura animarum iuxta Bullam erectionis nostrae collegiatae principaliter spectet et pertineat ad D. Praepositum, *si sibi placel,* et «deinde spectet ad capitulum et canonicos iuxta tenorem bullae. In « quo casu si cura praedicta in quocumque tempore pervenerit ad «dispositionem capituli, statuimus et ordinamus quod deputetur et eligatur unus canonicus residens approbatus ab Episcopo in sacerdotio « constitutus pro uno anno qui, si diligenter officio suo non fungitur, « possit alter diligentior in eius locum subrogari, et successive confirmetur si opportunum fuerit in capitulo per duas partes ad minus, vel « maioris partis, ut capitulo placebit, illorum canonicorum congregato- « rum una cum D. Praeposito ad ministerium dictae curae animarum « absque ullo salario et mercede, et sic continuatim confirmetur, vel « alius eligatur canonicus a dicto capitulo si opportunum fuerit ».

Porro, ex verbis illis *si sibi placet,* eruitur quod hucusque praepositus non censebatur obligatus ad curam animarum exercendam, idque confirmatur ex constitutionibus^anni .1610, in quibus nulla mentio fit curae animarum in particulari exercenda a praeposito, et ex actis Visitationis Pastoralis anni 1549, in qua declaratur quod (praepositus) *ad curam deservit per canonicos dictae ecclesiae ...* Iamvero haec explicari non possent, si ad praepositum pertinuisset tota cura, habitualis et actualis essetque verus et proprius parochus, itemque ex eo quod a capitulo eligendus et deputandus est ad ministerium curae animarum, non amplius ut antea Sacrista, sed unus canonicus pro uno anno, quique subrogari vel confirmari poterat, iterum confirmatur curam animarum esse potuisse *in dispositione* Capituli, et penes Capitulum saltem habitu remanere.

Tandem anno 1639 episcopus Fesulanus Della Robbia suo decreto statuit: « Quod animarum cura dictae collegiatae principaliter spectaret « ad Praepositum pro tempore existentem; et quia dicta cura adeo est « numerosa, ut attingat minorum mille animarum et ultra, decrevit

« quod in futurum essent et esse deberent tres ad eam sustinendam, « videlicet dictus praepositus principalis et quotidianus curatus, necnon « duo ex canonicis eidem coadiutores, qui duo canonici vicissim una « hebdomada pro quolibet alternative curam gererent, et qui nominari « deberent a dicto praeposito pro tempore existenti, et postea vinci in «capitulo, etc. » Hoc decretum a S. Sede approbatum fuit *ita tamen ut nominatio duorum Coadiutorum reservata sit toti capitulo,* qua clausula aperte agnoscitur capitulo curam animarum inesse saltem habitu, ut firmat, auctoritatibus adductis, sententia coram Lega.

Neque dici potest per hoc decretum inductam fuisse substantialem novationem quoad titulum et proprietatem curae animarum , nam decretum Della Robbia explicite inhaeret in Bulla fundationis Alex. PP. VI, et in praecedentibus constitutionibus capitularibus, qmibus cura animarum vel universa, vel habitualis, saltem tributa et recognita fuit capitulo; et de cetero nominatio duorum coadiutorum reservata toti capitulo, non autem soli praeposito, aperte resistit huic, quae praetenditur, substantiali novationi quoad titulum et proprietatem curae.

.• Nec difficultatem faciunt illa verba, quod Praepositus dicatur et sit *principalis et quotidianus curatus;* nam illud *principalis* accipiendum est non in oppositione ad Capitulum, sed relate ad duos canonicos coadiutores, quemadmodum Praepositus dicitur curatus *quotidianus* ad diversitatem dictorum duorum coadiutorum, qui vicissim tantum una hebdomada pro quolibet, ut expresse edicitur in citato Decreto, alternative curam gerere tenebantur.

Quare si quae innovatio inducta fuit per decretum Della Robbia, haec tantum facta est quoad exercitium curae, sive relate ad Praepositum, sive relate ad canonicos: relate ad Praepositum quatenus non amplius exercet curam tantum *si sibi placet,* sed ad eam exercendam tenetur, et quidem principaliter et quotidie; relate vero ad canonicos, quatenus non amplius Sacrista deputandus est, ut in Constitutionibus anni 1510, nec unus canonicus singulis quoque annis nominandus vel confirmandus est, ut in Constitutionibus anni 1614; sed duo canonici, nominandi sunt qui vicissim una hebdomada pro quolibet alternative curam gerant, iis sub conditionibus, quae in ipso decreto statuuntur. At haec innovatio quoad nudum exercitium curae non praeiudicat iuri capituli quoad curam habitualem.

Denique dici nequit constitutionem capituli Figlinensis funditus et legitime immutatam fuisse per decretum anno 1786 datum ab episcopo Mancini-Raineri, et alterum ab episcopo Corsani anno 1883 latum, vel per consuetudinem sive quadragenaria m cum titulo, sive immemorabilem.

Decretum enim episcopi Mancini-Ranieri quod spectat, animadvertendum est:

1. Latum fuisse in executionem cuiusdam Motu-proprio Leopoldi I, Magni Ducis Etruriae, auctoritate in res ecclesiasticas prorsus incompetentis.

2. Utcumque, illud interpretandum esse quoad curam animarum, ut valeat, potius quam ut pereat: quo sensu Episcopus ipse non poterat intendere collegiatae ecclesiae naturam immutare, quod soli Pontifici decernere fas erat.

3. Reapse in dicto decreto non moderari nisi exercitium curae: « Che la cura delle anime della nominata chiesa collegiata di S. Maria «Figline, oltre al Proposto pro tempore, quale per istituzione presiede « all' esercizio delà medesima, sia esercitata e si eserciti di fatto ancora « da due canonici capitolari col titolo di *Viceparroci* inamovibili da « eleggersi da Noi e dai Nostri Successori, previo concorso ».

Verum ex eo quod Praepositus dicitur praeesse exercitio curae animarum, certe non tribuitur Praeposito tota cura, habitualis simul et actualis : de cetero autem decretum ipsum aperte inhaeret in institutione seu in undatione Capituli, et subdit: « la cura delle anime... « si eserciti di fatto in futuro *ancora* da due canonici capitolari ». Quare innovatio tantum facta est, hoc ex capite, in titulo Viceparochi, quo donavit canonicos coadiutores, et in modo electionis, faciendae ab Ordinario praevio Concursu. Verum, quoad primum, nomen non mutat rem : quoad alterum vero electio ab Ordinario per concursum non est argumentum certo et omnibus in casibus concludens contra curam habitualem capituli, nam potest adesse in capitulo habituale ius ad curam, licet capitulum non nominet, neque praesentet ad beneficium, ad quod curae exercitium pertinet: S. Congr. Conc in *Lauden.* 1888, 24 martii. Ceterum vero iste modus electionis in praxim non fuit deductus.

Consuetudinem autem quod attinet, haec potius favet capitulo, ut patet, inter coetera, ex iure erigendi *quartam,* quod capitulum semper sibi attribuit et obtinuit, ex iure disponendi circa bona parochialia, ut fidem facit decretum capitulare anni 1714, ex eo quod semper expensas omnes cultus, non secus ac antea sustinuit capitulum, rependens quoque eleemosinam Praeposito, quum Missam *pro populo* celebraret, et ex eo quod nonnullas functiones parochiales, velut benedictiones super cadaveribus explere prosequuti Sunt canonici, alternis vicibus, vindicatis capitulo quarta funeris et aliis quibuscumque obventionibus, nec non ex eo quod omnia acta parochialia signari consueverunt, non secus ac antea, sigyllo ipsius capituli, ut bene animadvertit sententia coram Lega.

Decretum vero episcopi Corsani, contra quod canonici iudicium provocarunt ad S. Sedem, tria potissimum continet quae spectant tum •curam habitualem capituli, de qua in primo dubio, tum destinationem summae vindicatae a Gubernio, de qua in altero dubio, tum eius administrationem, de qua in dubio tertio.

Quoad primum, decretum statuit: «che i quattro sacerdoti, che « sono indispensabili al Proposto .... debbano considerarsi come sein-« plici aiuti o uffìcianti temporanei, ed amovibili ad nutum ».

Verum decretum episcopi Corsani videtur considerare Capitulum tamquam de iure suppressum ex legibus italicis: quod nullo modo probari potest: nam *non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.* Quare quatuor illi sacerdotes habendi sunt ut canonici coadiutores seu concurati, ad terminos decreti episcopi Della Robbia, et amoveri nequeunt nisi iuxta normas decreti *Maxima cura ;* nam curam animarum obtinent nativo titulo, etsi dependenter a Praeposito, ut recte animadvertit sententia coram Lega.

Itaque sententia diei 17 martii 1914 in omnibus confirmanda est.

Hisce igitur omnibus perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus, et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes : *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam,* seu *sententiam Rotalem diei 17 martii 1914 confirmandam esse.*

Quam sententiam dum confirmamus etiam quoad expensas, compensari pariter volumus expensas huius tertiae instantiae.

Mandamus autem Ordinariis loci et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum Canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de reform.,* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 9 iulii 1915.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

L. % S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

CAUSAE ACTAE SUB SECRETO

In S. Romana Rota, a mense decembris anni 1914 ad mensem decembris anni 1915, actae sunt sub secreto *sequentes causae, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva:*

I. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus propter conditionem turpem appositam.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A. Perathoner et P. Rossetti, Auditores de turno* die 10 decembris 1914, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

II. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus propter conditionem appositam.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de turno, die 13 ianuarii 1915, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

III. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ex parte mulieris.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* F. Heiner et I. Prior, Auditores de turno, die 9 martii 1915, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

IV. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite affinitatis.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, Auditores de turno, die 23 martii 1915, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

V. IURIUM.

Propositis dubiis: 1. *An et quaenam iura in ecclesia Beati N. N. ab Y. Y. sacerdoti X. X. competant sive uti fundatori, sive uti patrono, sive alio quovis titulo.* 2. *An et quaenam damnorum refectio sive ob iura, de quibus in primo dubio, denegata, sive ob expensas pro ipsius ecclesiae aedificatione factas sacerdoti X. X. competat in casu:* RR. PP. DD. A. Perathoner, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti, Auditores de turno, die 27 martii 1915, respondendum censuerunt: Ad 1. *Sacerdoti X. X. competere ius patronatus in ecclesiam Beati N. N. ab Y. Y., ita ut, praeter alia, valeat*

functiones omnes non parochiales in ea peragere; ad 2. *Sacerdoti X. X. competere refectionem damnorum in separata sede determinandam, expensis stricte iudicialibus exceptis, quae inter partes retinentur compensatas*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

Vi. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis et impedimenti 'vis et metus.* . _ ,

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et M. Cattani, Auditores de turno, die 9 aprilis 1915, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

VII. NULLITATIS MATRIMONII *ob simulatum consensum ex parte viri.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. A. Perathoner, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti, Auditores de turno, die 21 aprilis 1915, respondendum censuerunt: *Negative.*

. Viii. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis et impedimenti vis et metus.*

Proposito dubio : *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. A. Sincero, *Ponens,* I. Mori et F. Cattani, Auditores de turno, die Ö aprilis 1915, respondendum censuerunt: *Negative.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

IX. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Propositis dubiis: 1. *An constet de nullitate matrimonii in casu, et quatenus negative* 2. *An consilium praestandum sit SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et A. Perathoner, Auditores de turno, die 27 aprilis 1915, respondendum censuerunt: Ad 1. *Providebitur in 2°;* ad *% Affirmative, seu praestandum esse SSmo consilium super dispensatione matrimoni rati et non consummati in casu.*

X. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus et ex capite affinitatis.*

Proposito dubio: *An constet de nullitate matrimonii in casu,* RR. PP. DD. F. Cattani, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti, Auditores de turno, die 19 iunii 1915, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

XI. LBG-ATI PII.

Propositis dubiis: i. *An sit admittenda instantia Sac. N. N. de interventu principali Pii Instituti X. X.* 2. *An Sacerdoti N. N. competat reconventio iuxta libellum,* RR. PP. DD. I. Mori, *Ponens,* F. Cattani et P. Rossetti, Auditores de turno, die 25 iunii 1915, respondendum censuerunt: *Ad utrumque negative.*

»

XII. PROPRIETATIS.

Propositis dubiis: 1. *An constet domum, de qua agitur, gravatam esse piis oneribus. Et quatenus affirmative:* 2. *Ad quid, ratione huius domus, teneatur utraque pars litigans,* RR. PP. DD. S. Many, *Ponens,* I. Prior et F. Cattani, Auditores de turno, die 28 iunii 1915, respondendum censuerunt: Ad 1. *Affirmative.* Ad 2.' *N. N. teneri domum, de qua agitur, liberam relinquere, ad pios usus parochiales adhibendam; et, quoad modum transmissionis domus, omnia gerere de mandato Episcopi; Rev. X. X. teneri omnem operam adhibere, ad mentem Episcopi ut N. N. praefatas obligationes impleat; Curiam tandem Episcopalem obligatione teneri N. N. indemnem reddendi, refusis illi praetio libellarum t. t., cum expensis venditionis, et expensis extraordinariis in domo ab eo forte factis, et deinceps, id est a die exsecutionis sententiae, omnia tributa aliave huiusmodi onera domui imposita solvendi, nec non et relativorum contractuum expensas.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XIII. DIFFAMATIONIS.

Propositis dubiis: 1. *An constet de diffamatione in casu, ita ut inflicta poena sustineatur;* 2. *An sit loous refectioni damnorum, quomodo et quanam mensura,* RR. PP. DD. G. Sebastianeiii, *Decanus, Ponens,* S. Many et R. Chimenti, Auditores de turno, die 29 iulii 1915, respondendum censuerunt: *Negative ad utrumque.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XIV. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ex parte mulieris.*

Proposito dubio : *An sententia Rotalis diei 18 decembris 1913 confirmanda sit vel infirmanda in casu,* RR. PP. DD. I. Prior, *Ponens,* A, Sincero et I. Mori, Auditores de turno, die 6 augusti 1915 respondendum censuerunt: *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam, *seu non constare de nullitate matrimonii in casu.*

Adversus sententiam interposita est appellatio.

XV. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus ex capite vis et metus et ex capite conditionis turpis contra matrimonii substantiam.*

Propositis dubiis: 1. *An sententia Rotalis diei 29 novembris 1913 sit confirmanda vel infirmanda in casu;* 2. *An constet de nullitate matrimonii ex capite intentionis contra eiusdem substantiam,* RR. PPs DD. G. Sebastianeiii *Decanus Ponens,* S. Many et R. Chimenti, Auditores de Turno, die 15 decembris 1915 respondendum censuerunt: Ad I *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam; Ad II *Negative.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

16 gennaio 1916. — L'Emo signor cardinale Giulio Tonti, ***.Protettore dell'Istituto delle Suore delle Scuole cristiane della Misericordia di Saint-Sauveur-le- Vicomte.***

17 gennaio. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignateìli di Belmonte, ***Protettore della Congregazione Urbana dei Nobili Aulici in S. Lorenzo in Fonte.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

23 dicembre 1915. — Mons. Agostino Dontenwill, arcivescovo titolare di Tolemaide, superiore generale della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata.

Prelato Referendario della Segnatura:

20 dicembre 1915. — Mons. Ghino Ghini, della diocesi di Cesena.

Prelati Domestici di S. S.:

30 dicembre 1915. — Mons. Aurelio Mazza, parroco di Curti nell'archidiocesi di Salerno.

— Mons. Giovanni Mac Dermott, vicario generale dell'archidiocesi di S. Giovanni di Terranova.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

H Cavalierato dell'Ordine Piano:/

29 dicembre 1915. — Al sig. Augusto Grossi-Gondi, di Roma.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

20 dicembre 1915. — Al sig. cav. Giovanni Aspróni, archivista della Segreteria di Stato.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

21 dicembre 1915. — Al sig. colonnello Carlo Edmondo Rouleau, dell'archidiocesi di Québec.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 dicembre 1915. — Al sig. conte Stanislao Medolago Albani.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 dicembre 1915. — Al sig. dott. Giuseppe Ciuti, di Firenze.

NECROLOGIO

10 gennaio 1916. — Mons. Riccardo Scanneil, vescovo di Omaha (Stati Uniti).

12 gennaio. — Mons. Cirillo Gena, patriarca di Antiochia di rito greco melchita.

13 gennaio. — Mons. Basilio Hossu, vescovo di Armenopoli.

17 gennaio. — Mons. Nicola Giuseppe Cannili, arcivescovo-vescovo di Jassi.

Annus VIII - Vol. VIII Die *U* Februarii 1916 Num. *2*

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENT AKIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA

AD PERILLUSTREM VIRUM ALOISIUM VIGECOMITEM D' HENDECOURT, VIGENTIANAE CONGREGATIONIS PRAESIDEM, DE LITTERIS QUIBUS PROSPERA SOCIETATIS CONDICIO DESCRIBITUR, GRATIAS AGENS.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Caritatem numquam excidere, sed ex ipsis invalescentibus miseriis et calamitatibus novum acrioremque in dies concipere ignem, cum compertum Nobis erat, tum litterae egregie confirmarunt, quas superioribus dedistis diebus, ut de aucto, postremis hisce annis, *Conferentiarum* numero ac de multiformi earumdem caritate Nos certiores faceretis. Nos quidem, dilecti Filii, laetabilia haec, quae vos ita scribendo persecuti estis, ut Nobis veluti prae oculis poneretis spectaculum optimis dignum Ecclesiae temporibus, ita Deo tribuenda agnoscimus, ut sua vestrae non desit diligentiae laus: eamque eo vobis impertimus libentius, quo propensiores vos cernimus ad ea omnia experienda, quae iuvando provehendoque operi tam salutari eiusdemque beneficiis latius, prouti tempus necessitasque postulat, proferendis possunt conferre. In ea profecto incidimus tempora, quae christianam caritatem quam quae maxime actuosam requirunt: at vero in eadem exercenda filios lucis ita velimus ceteris exemplo esse, ut non meram prae se ferant humanitatem, sed altiora spectent et ad Dei amorem vel ipsa christianae fraternitatis suavitate eos pertrahant et quasi compellant quibus gratificantur.

Sed vos ac sodales vestros *ut filios lucis ambulare, probantes quid sit beneplacitum Deo et non communicare operibus infructuosis* adeo perspectum est Nobis, ut hortationi Nostrae vix ullum fateamur esse locum. Unum est quo indigetis, ope nimirum divinae gratiae: eaque ut abundetis in dies magis, vobis omnibus, dilecti Filii, ceterisque, quotquot per orbem sunt, Vincentianae Congregationis sodalibus apostolicam benedictionem, Nostrae testem benevolentiae, propensissima voluntate largimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxxi ianuarii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ERECTIO VICARIATUS APOSTOLICI IN DIOECESIM

SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV, decreto S. Congregationis Consistorialis diei 7 ianuarii 1916, Vicariatum Apostolicum de Temiskamingue, in ditione Canadensi, in dioecesim erexit, servatis iisdem ut antea territorii finibus; eandemque a civitate principe *Haileybury* denominari iussit *Haileyburensem,* ac suffraganeam fecit Metropolitanae ecclesiae Ottaviensi.

II

DE LIMITIBUS ARCHIDIOECESIS HYDRUNTINAE ET DIOECESIS LYCIENSIS

SSmus D. N. Benedictus PP. XV consistoriali decreto diei 25 novembris 1915, ad quaedam removenda incommoda ex duplici iurisdictione spirituali in oppido S. Caesarii oritura, quotam partem eiusdem oppidi S. Caesarii una cum adnexo territorio ab archidioecesi Hydruntina, cui antea subiecta erat, separavit eamque dioecesi Lyciensi perpetuo univit, ita nempe ut fines civiles municipii S. Caesarii in posterum constituant limites utriusque Hydruntinae et Lyciensis dioecesis.

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sacrae Congregationis Consistorialis decretis SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

2Í ianuarii 1916. — Titulari episcopali ecclesiae Eudoxiadensi praefecit R. D. ioannem Pinardi, parochum in civitate Taurinensi, quem constituit Auxiliarem Emi cardinalis Augustini Richelmy, archiepiscopi Taurinensis.

29 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae Leadensi R. P. D. Ioannem Ieremiam Lawler, iam episcopum titularis ecclesiae Herrnopolitanae et Auxiliarem Archiepiscopi S. Pauli de Minnesota.

— Cathedralibus ecclesiis Vaterfordiensi et Lismorensi R. P. Bernardum Hackett, C. SS. R., superiorem domus Redemptoristarum apud *Limerich.*

31 ianuarii. — Titulari episcopali ecclesiae Sasimorum R. D. Aemilium Bongiorni, vicarium generalem Brixiensem ac parochum mitratum S. Nazarii, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Hyacinthi Gaggia, episcopi Brixiensis.

— Cathedrali ecclesiae Dromorensi R. D. Eduardum Mulhern, parochum loci *Innismacsaint* in dioecesi Clogheriensi. '

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

CLANDESTINITATIS

Quum in nonnullis regionibus, Parochi a civili lege graviter prohibeantur quominus matrimonio assistant, nisi praemisso civili connubio, quod non semper praemitti potest, et tamen ad mala praecavenda et pro bono animarum matrimonium celebrari expediat; quidam horum locorum Antistites a Sacra Congregatione de Disciplina Sacramentorum efflagitarunt: « An et quomodo his in adiunctis providendum sit ».

Eadem Sacra Congregatio, in plenario Conventu habito die 28 curr. ianuarii, re mature perpensa, respondendum censuit: « Recurratur in « singulis casibus, excepto casu periculi mortis, in quo quilibet sacerdos « dispensare valeat etiam ab impedimento clandestinitatis, permittendo « ut in relatis adiunctis matrimonium cum solis testibus valide et licite « contrahatur ».

Expositam vero Emorum Patrum declarationem SSmus Dnus noster Benedictus PP. XV, in audientia concessa die 30 eiusdem mensis infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario, ratam habere et confirmare dignatus est, ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Sacrae Congregationis, die 31 ianuarii 1916.

PHILIPPUS CARD. GIUSTINI, *Praefectus.*

L. $ S.

f Aloisius Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

ORITANA

PARTICIPATIONIS

27 martii et 19 iunii 1915

Species facti. - De Ecclesia Cathedrali Oritana non est novus in hac S. Congregatione sermo. Quum enim in plenariis comitiis, die 31 maii 1902 celebratis, plura proponerentur de immutandis veteribus quibus regebatur statutis ut ea hodiernis rerum adiunctis accommodarentur, Episcopo hinc, et inde Capitularibus iura sua tuentibus (prout enucleatius relatum est in tom. CLXII *Thesauri Resolutionum S. G. G.*, pag. 490-514) responsum prodiit: « Ordinationes temporarias ab Episcopo editas sustineri, « et interim capitulum conficiat capitulares constitutiones, quae apprime «hodiernis Ecclesiae necessitatibus respondeant; et ad mentem». Mens vero, Ordinario per epistolam significata, haec erat: « Ut Amplitudo Tua « dioecesanos praeferat extraneis, quibus beneficia non sunt conferenda « nisi adsit vera necessitas; et si forte brevi tantum tempore esset expe-

« dandum ut aliquis civis idoneus fìat vacanti beneficio occupando, « satius erit huic beneficium prae ceteris conferre, dummodo non sit « indignus, licet vacatio ultra sex menses esset producenda. Porro haec « Ampi. Tuae indulgentia animis mitigandis plurimum iuvare poterit ». Acerbius enim corninoti fuerant non modo Capitularium sed et popularium animi, propterea quod, temperato veterum statutorum rigore, beneficia seu participationes in Cathedrali, in casu necessitatis, etiam *non* civibus (quo civium nomine ii tantum prius intelligebantur « i cui padri « saranno stati cittadini per lo spazio di 40 anni continui ») concederentur; et quidem ita, ut, dum cives per diuturnum plurium annorum tyrocinium gratuitum suae Ecclesiae inservire tenebantur a clericalis militiae initio, sacerdotes non cives post annum solummodo gratuiti servitii ad plenam participationem admitterentur. At quidem, quum huiusmodi mitigationes iussisset omnino urgens necessitas proveniens ex penuria clericorum, propter quam in ea Ecclesia vacantibus iam beneficiis aliter provideri non poterat, eaedem novis statutis conditis per Capitulum ac approbatis per Episcopum anno 1905 insertae fuerunt.

Haec in Oritano Capitulo vigebant, quum per bullam Episcopalem, die 16 decembris 1913, quidam sacerdos *N. N.* ortus L. oppido eiusdem dioecesis, inter canonicos ecclesiae cathedralis cooptatus est beneficioque potitus « cum omnibus iuribus et oneribus » die 21 eiusdem mensis. Elapso vero semestri, quum massae communis divisio fieret, petiit et ipse ad participationem admitti; sed eius petitionem Capitulum per maiorem suffragiorum numerum reiecit, ea de causa quod servitii *gratuiti* annus adhuc decurreret. Hanc causam minime iustam agnoscens, sed utpote contrariam iuri et canonicae aequitati arguens, idem canonicus ad hanc S. Congregationem querelam detulit, misso supplici libello quo petiit declarari:

« An canonicus *N. N.* admitti debeat ad participationem omnium « proventuum capitularium a die captae possessionis beneficii, vel post « annum, expleto servitio gratuito, in casu ».

Synopsis disceptationis. - 1. *Argumenta favore recurrentis allata.* Ad intentionem suam obtinendam recurrens duplicem facti circumstantiam animadvertendam dicit: in primis, quod fructus integri anni servitii gratuiti, in casu, non cedunt in bonum fabricae, seu ecclesiae aut locorum piorum, sed directe et exclusive in utilitatem Capitulariunvquorum quisque ex his fructibus portionem suam auget. Alterum, quod servitium gratuitum exigitur in casu praestandum non ante, sed post captam possessionem beneficii, ut ex facti specie plane elucet. Porro ex hac utraque

circumstantia contendit eruere, gratuitum servitium in casu, sub vetitum cadere legis Tridentinae c. 14, sess. XXIV de ref. cui confirmatio accessit constitutionum Pii V, *Durum nimis,* 31 maii 1570; Innoc. XII, *Ecclesiae,* 22 sept. 1695, ac etiam complurium h. S. G. resolutionum. Unde infert •S. Congregationem huiusmodi gratuitum servitium, in his definite circumstantiis, minime approbasse suo generali rescripto die 31 maii 1902, sed potius improbasse, dum nempe consulebat reform andas constitutiones « ut apprime hodiernis Ecclesiae necessitatibus respondeant

Reapse, in cit. cap. Tridentino, post vulgatam iuris principium « ut « beneficia ecclesiastica sine diminutione conferantur » (tit. 12, lib. III, *Decretal.),* damnantur latissime consuetudines et statuta, iuxta quae « in electione, praesentatione, collatione, vel alia provisione sive admis- « sione ad possessionem alicuius cathedralis ecclesiae, vel beneficii, « canonicatuum aut praebendarum, *wel partem proventuum, seu ad distri- « butiones quotidianas,* certae conditiones, seu deductiones ex fructibus, « solutiones, promissiones interponantur ». Idem de « vacantibus eccle- « siarum dignitatibus, canonicatibus, praebendis, *portionibus,* benefi- « ciis, etc. » decrevit S. Pius V cit. const. § 2. - Porro quotquot hanc Tridentinam legem interpretantur Doctores, eam duobus tantum casibus non aptari tradunt: 1) quando aliqua pars *fructuum* primi anni beneficii, applicatur fabricae, seu alicui causae piae; quia tunc cessat ratio legis, ut nempe arceatur a beneficiorum collatione « quidquid simoniacae « labis aut sordidae avaritiae suspicionem ingerat » ut dicitur in laudatis textibus ; 2) quando servitium gratuitum praestatur ante collationem seu captam possessionem beneficii, ad modum videlicet tyrocinii; quo in casu fructus beneficii, adhuc *de facto* vacantis, bene possunt augere massam capitularem, ut per se patet, et tradunt inter ceteros, Fagnanus, in III, *Decr., De Praeb.,* cap. *Dilectus,* I, n. 6; Pignatelli, *Consult,* t. III, c. 30, n. 9 et tom. IX, c. 115, n. 14-15; Garcia, *De benef.* p. XI, c. V, n. 16-18; Barbosa, *De Can. et Dign.* c. XV, n. 22 qui etiam rationem dat: « Capta enim possessione ecclesiae seu canonicatus, censetur capta « possessio omnium bonorum, fructuum, adnexorum et iurium »; De Luca, *De Can. et Cap.* disc. 17, n. 1-5; Ferraris s. v. *Canonicatus,* art. II, n. 39-41.

Neque absimiliter leges tridentinas interpretata videtur haec Sacra Congregatio, quae vetitum quidquam recipiendi occasione institutionis novorum canonicorum, etiam sub forma oneris servitii gratuiti, pluries renovavit et applicavit ut in *Cassanen.,* 3 dec. 1718; *Brugen.,* 13 augusti 1729; *Leodien.,* 19 iul. 1777 (apud Pallottini, v. *Canonici,* III, 182), et recentius in *Potentina,* 16 iul. 1898 ac 21 maii 1904; et *S. Angeli Lombardos,* 28 iun. 1913 (cfr. *Monit. Eccles.,* XVI, 150; XXIII, p. 274). In

quibus postremis decisionibus illud praeterea notandum occurrit, in his provocatum fuisse *ad ius particulare* inductum quoad ecclesias receptitias (qualis profecto est et Oritana), post Breve Pii VII, *Impensa,* diei 13 aug. 1819 et subsequentes *Instructiones Episcoporum,* diei 18 novembris 1822, quarum vigore statuta de servitio gratuito utcumque praestando in regno utriusque Siciliae, paulatim exsoleverunt.

Quae cum ita sint, contendit canonicus recurrens dispositiones Ordinarii Oritani, quibus anno 1902 confirmatio accessit h. S. Congr., attigisse tantummodo servitium *praevium* seu antecedens collationem et possessionem beneficii captam, non vero servitium aliquod gratis praestandum post immissionem in possessionem. Idque confirmare studet nonnullis locutionibus statutorum recentium, ubi sermo fit, non quidem de canonico, sed de *clerico* aut *candidato,* immo, quum agitur de sacerdote extero, definite edicitur « che il rigoroso servizio gratuito, prima « di aver diritto alla partecipazione, sarà ridotto ad un solo anno, *dopo « il quale prenderà possesso e indosserà le insegne* ». Igitur, ait, intentio huius S. Congregationis in his statutis confirmandis alia esse non potuit, quam ut servitium gratuitum *beneficii possessionem praecedens* simpliciter probaret. At vero, praestatio quam Capitulares a recurrente exigunt, annum respicit ab adepta possessione, quae contigit d. 21 decembris 1913: ergo ad hanc praestationem urgendam invocari nequit sententia huius Si Congregationis in *Oritana,* diei 31 maii 1902; quin immo eam cadere dicendum est sub lege prohibitiva canonis Tridentini.

2) *Argumenta favore Capituli deducta.* - Verumtamen alia videtur ineunda sententia, si resolutionis principium inde petatur, in quo cardo controversiae proculdubio consistit, videlicet si spectemus naturam tum Capituli, tum proventuum, ad quorum participationem canonicus recurrens admitti postulat. Nam, Capitulum quod spectat, in comperto est, illud, seu ecclesiam cathedralem Oritanam, accenseri debere ecclesiis *receptitiis* a sua origine *innumeratis :* « quarum constitutio - prout obser- « vatum est in cit. fol. caus. *Oritan.,* apud *Thesaurum,* CLXII, p. 490 - « duo potissimum obtinere intendebat, primo nempe *omnes cives* sacrae « militiae nomen dantes *admittere,* quemque pro gradu suae ordinationis, « ad praestandum servitium in ecclesia principe suae nativitatis ; secundo « *probare mores clericorum,* quia hi non admittebantur ad obtinenda loca « canonicatuum quum vacassent, et ad reditus participationem, nisi facto » « tyrocinio in sacris explendis muneribus et suae vocationis experimento. « Rebus ita compositis, *nimius* clericorum numerus non obérât, neque « *spes lucri* nimium allicere poterat candidatos ad clericalem militiam »: quod propositum non solum opportunum sed et necessarium existima-

batur anteactis temporibus, quando immodica passim comperiebatur turba adspirantium ad sacrum ordinem.

Ad hoc propositum assequendum latae proculdubio leges firmataeque rigorosae consuetudines in Capitulo Oritano vigentes: etenim ad participationem proventuum quorumcumque non admittebantur, nisi « i soli figli di quei padri che saranno stati cittadini di questa « città per lo spazio di quarant'anni continui »; qui tyrocinium *novem* annorum gratuito perfecissent, quatuor annos servientes in minoribus, duos in subdiaconatu, duos in diaconatu et unum in presbyteratu ; quin immo ipsa clericorum acceptatio fieri non poterat quotannis nisi una die 25 iulii.

Quibus attentis facile suaderi videtur huiusmodi ecclesiam, quamvis cathedralem, natura carere veri et proprii *capituli,* in sensu iuris, ac tantummodo efformare quamdam ecclesiasticorum virorum consociationem, peculiaribus statutis constitutam, quorum observantiam libere amplectebantur quotquot in hanc societatem cooptari elegissent.

Quod etiam confirmatur, si spectetur natura *proventuum* qui ecclesiasticis viris in has receptitias cooptatis distribuebantur: fere enim integri constabant ex piis legatis, vel oblationibus a christifidelibus constitutis pro missarum, anniversariorum, aut similium celebratione, carebantque prorsus canonica erectione in titulum seu dotem beneficii; adeo ut huiusmodi proventus minime valerent aut valeant titulo praebendae seu beneficii canonicalis iure decorari (Cfr. etiam Gennari, *Cons. Can.*, XXXIV, n. 3).

Idipsum de hisce capitulis et praebendis sensit praeclarus canonista De Luca, qui in re versatissimus erat, atque ex propria experientia scribebat *(De Canon, et Capit.*, disc. XVII, n. 4): « Huiusmodi « massa vere et proprie non conflatur ex fructibus et dotibus ipsorum « Canonicatuum vel Beneficiorum, qui ita laudabiliter pro maiori Eccle« siae cultu ac divino servitio, quod alias negligebatur, redacti essent «ad formam distributionum quotidianarum, per punctaturas (ut prae« sertim-sunt massae Basilicarum Urbis provenientes a fructibus casa« lium et domorum aliorumque praediorum ex concessionibus Pontificum « et Imperatorum aliorumque Principum) ; sed proveniunt ut plurimum « a piis legatis aliisque dispositionibus cum onere missarum et anni« versariorum, ac tanquam per *speciem cuiusdam Societatis, seu commu« nionis Clericorum sub his legibus constitutae ac introductae inter ipsos «presbyteros absque peculiari ratione beneficii seu Dignitatis;* adeo ut « istae Dignitates deinde ad quandam maiorem Ecclesiae honorificentiam « erectae fuerint, *absque status antiqui dictaeque massae alteratione,* cum

« solis honorificis praeeminentiis ac etiam cum aliquibus maioribus emo-« lumentis in distributionibus quotidianis et minutis, loco praebendae « seu fructuum, *tamquam in Dignitatibus potius abusivis quam veris,* « quodammodo stantibus loco praebendae; et consequenter *qui vult ad « Societatem admitti, ipsius Societatis leges ac statuta servare tenetur,* « eaque adimplere quae alii adimpleverunt vel adimplent, ad aequali-« tate m inter socios servandam ».

Quae quum ita sint, si nempe nec Ecclesia receptitia habenda est ut verum Capitulum, nec portiones quae participantibus distribuuntur vera beneficia dicenda sunt, videtur prorsus deficere materia in quam cadat allatum vetitum Tridentinae legis, cap. 14, sess. XXIV, *de ref.*, ac potius vigere principium perspicue, ut de more, enunciatum a cl. De Luca: « qui vult ad Societatem admitti, ipsius Societatis leges et statuta « servare tenetur, eaque implere quae aliis impleverunt, vel adimplent, « ad aequalitatem inter socios servandam ». Idipsum confirmatur tum *ex facto,* quod a Concilio Tridentino ad nostra usque tempora, in plurimis ecclesiis etiam collegiatis et cathedralibus, consuetudo gratuiti servitii viguit et viget, Apostolica Sede sciente et non contradicente, tum *ex auctoritate* Doctorum, quos unanimes in hanc sententiam ostendit Ferraris, y. *Canonicatus,* II, 39 ss.: « in dicto decreto Concilii Tridentini et « in bulla S. Pii V *Durum nimis,* non comprehenduntur Statuta et con-« suetudines de serviendo per annum vel aliquod tempus, et nihil per-« cipiendo interim de Massa grossa nisi peracto integro dicto servitio » (cfr. et. De Luca, i. c, n. 5) ; tum demum *ex ratione,* quia, dum vetitum Tridentinae legis ad hoc explicite ordinatur « ut arceatur quidquid simo-« niacae labis aut sordidae avaritiae suspicionem habeat » clare videtur inhibere eam praestationem quam novus beneficiatus *quasi ex pacto* inter se et collatores facere teneatur occasione collationis; non igitur praestationem omnino a voluntate beneficiati independentem, quae quasi onus *reale,* vi statutorum aut consuetudinum, beneficium seu potius proventus beneficii afficiat. - Nec in contrarium quidquam facit, quod huiusmodi proventus in utilitatem cedant ceterum canonicorum; quia huius circumstantiae causa efficiens iterum non est *pactum* seu voluntas beneficiati, sed generalis lex cadens in quodcumque vacans beneficium. Ad rem Barbosa, *De can. et dignit.,* cap. XV, n. 34, affert decisionem S. C. C. in qua « dubitatum fuit an consuetudo Ecclesiae Ästen, quod fructus « spectent ad Capitulum donec beneficiatus sit sacerdos, observanda « esset. Et S. C. C. die 6 maii 1617 censuit valere huiusmodi consue-« tudinem, quia intentio Concilii fuit *ne ratione collationis aliquid recipe-« retur* ». Cfr. et aliam causam relatam a De Luca, 1. c, disc. XVII.

Nec tantum post Concilium Tridentinum servata fuit consuetudo gratuiti servitii praestandi, sed etiam post reformationes non paucas nec módicas inductas in ecclesiis receptitiis regni utriusque Siciliae post celebre Breve Pii VII *Impensa,* d. 13 aug. 1819. Ex quo iam arguere licet, huiusmodi consuetudinem ea reformatione non fuisse sublatam aut improbatam. Quod si in laudato Brevi *Impensa* edicitur « quoties « aliquis in possessionem iuris praestitutae portionis assignandae in eccle- « siis receptitiis fuerit immittendus, *specimen* antea ingenii ac morum « de iis habeatur... et examen instituatur coram Ordinariis », etc.; id quidem non magis incompatibile videtur cum servitio gratuito praestando, quam quodvis periculum aut experimentum cum congruo scholam tyrocinio sive curriculo. Igitur nullo modo huiusmodi servitium abrogatum censeri potest clausulis irritantibus et derogatoriis quibus Breve illud explicit (cfr. Gagliardi, *De Benef, eccl.,* Addit, ad tom. I).

Quod autem S. C. Concilii nonnumquam suis decisionibus servitium gratuitum reprobant, id, si verum esset, non foret trahendum de casu ad casum. Concedunt quidem facile omnes opportunitatem seu necessitatem huius praevii tyrocinii, maxime pendere a temporum locorumque circumstantiis, ac praesertim a penuria vel nimia copia eorum qui clericali militiae nomen dare postulent. Hinc fieri potest quod, dum alicubi et aliquando onus servitii gratuiti praestandi - ut cum De Luca loquamur - « laudabiliter conservat civicam praerogativam, dum, seclusa par- « ticipatione Massae, exteri, seu illi cives qui necessaria requisita non « habent, non affectant istos canonicatus absque emolumento, ideoque « laudabilis est huiusmodi Statutorum observantia » (1. c. n. 5); in aliis locis aliisque temporibus, maximeque nostris, huiusmodi observantia grave immo gravissimum afferat impedimentum, quominus cum sufficienti clero divini cultus honori aut curae animarum utilitati inserviatur. Ceterum resolutiones quae potissimum afferuntur in casu, sel. *S. Angeli Lombardorum,* 28 iun. 1913 et *Potentin.,* 16 iul. 1898 longe diversos a nostro casus spectant, ut facile inspicienti et conferenti patebit. In prima enim agebatur de onere imposito neo-canonicis, dimittendi favore ceterorum Capitularium dimidiam partem fructuum primi anni *e praebenda* provenientium; quod minime effugere posse videtur vetitum Concilii Tridentini, In altera resolutio prodiit favore cuiusdam sacerdotis quem, quamvis *per decem annos gratuitum servitium praestitisset,* tamen iniuste in verum canonicum ceteri capitulares recipere nolebant.

Nec iuvat afferre ipsam resolutionem S. C. C. in praecedenti *Oritan.,* 31 maii 1902, aut bullam Episcopalem, qua recurrenti conferri dicitur canonicatus cum plena iurium participatione. Quin etiam facillime argu-

meritum retorquetur. Etenim, quamvis detur ut probabile consuetudinem servitii gratuiti, comprehendi aliquatenus posse hortatione facta conficiendi « capitulares Constitutiones quae apprime hodiernis Eccle- « siae necessitatibus respondeant », attamen certissimum ac extra omnem aleam est, quod a recurrente etiam assumebatur: ex iis statutis seu « ordinationibus » de quibus S. C. explicite edixit *sustineri,* esse illam praescriptionem « che dovendosi assumere un sacerdote esterno il rigo- « roso servizio gratuito, *prima di aver diritto alla partecipazione,* sarà « ridotto a un solo anno » ; quae praescriptio novis statutis conditis per Capitulum et approbatis per Episcopum anno 1905, de verbo ad verbum inserta et repetita fuit. Si igitur Episcopus revera voluit - quod non est facile concedendum - canonicum recurrentem constituere et in possessionem immittere, *cum* eodem « *diritto alla partecipazione* », praetergressa esset limites suae potestatis et consequenter nulliter egisset saltem in hac parte quae spectat exonerationem a servitio gratuito, quia auctoritate id per se solum faciendi carebat, sed accedere debuisset venia Apostolicae Sedis cuius auctoritate contrarium statutum sustinebatur.

Resolutio. - Quibus ab utraque parte in medium deductis, iudicio EE. PP. suppositum fuit dirimendum dubium: « An can. *N. N.* admitti debeat ad participationem proventuum capitularium a die captae possessionis beneficii, vel post annum, expleto gratuito servitio in casu ».

Et S. Concilii Congregatio in plenariis Emorum comitiis re semel et iterum disceptata, respondendum censuit sub die 19 iunii 1915: «*Negative* ad I partem: *Affirmative* ad II; et ad mentem. *Mens est:* « Optat S. C. ut constitutiones capitulares magis conformentur res- « cripto edito die 31 maii 1902, ita nempe ut apprime respondeant « hodiernis ecclesiae necessitatibus, quae abolitionem servitii gratuiti « quibusdam in casibus exigere videntur ».

Quam resolutionem SSmus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. PP. XV, in audientia postmodum infrascripto Secretario concessa, approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

I

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (PIC-GARREAUD)

Benedicto XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno primo, die 21 maii 1915, RR. PP. DD. Ioannes Prior, Ponens, *Aloisius Sincero et Iosephus Mori, Auditores de Turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii *inter* Helenam Garreaud, *repraesentatam per legitimum procuratorem advocatum Vincentium Sacconi, et* Aemilium Pie, *interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt in primo gradu definitivam sententiam.*

Agathae Mariae Bazin, cum vidua relicta fuisset cum sex filiabus ex unione maritali sumptis, ea fuit mens ut unamquamque earum, vix maiorennem effectam, quam cito in matrimonio collocaret. Helenae, quartae filiae, annum vigesimum agenti, tanquam futurum maritum, Aemilium quemdam Pie indicavit. Consilium vero haud placuit Helenae, ut pluries matri retulit; eidem autem insistenti tandem cessit, et cum viro die 12 augusti 1899 in matrimonio rite coniuncta est. Tresdecim annos perduravit vita coniugalis, qua abrupta mulier divortium civile petiit, obtinuitque: deinde causam in foro ecclesiastico instituit, Commissione Pontif. impetrata ut causa coram N. S. Ordine in prima instantia ageretur, qua declarationem nullitatis matrimonii ex capite vis et metus obtinere nititur. Dubium igitur nobis dirimendum est: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

In iure. - Sufficit iuris capita, in hac re notissima, summatim indicare, quae in aliis N. Ordinis sententiis, etiam recentibus, late exposita sunt (Cf. *Parisien.,* coram Many, die IB martii 1911; *Lugdunen.,* coram

Prior, d. 18 iunii 1912; *Romana,* coram Prior, d. 28 nov. 1913). Ex celebri capite *Cum locum* 24 *De sponsalibus,* necnon ex cap. 15 et 28 eiusdem tituli, deducunt doctores per metum gravem, iniuste a causa libere incussum ad extorquendum consensum matrimonialem, matrimonium, saltem ex iure ecclesiastico, dirimi. Metus reverentialis, seu futuri mali existimati, quod ab his metuimus in quorum potestate sumus (d'Annibale, vol. I, n. 138, nota 16), ex sese levis est, ac proinde matrimonium non dirimit. Gravis tamen evadere potest ex adiunctis, quoties videlicet, omnibus circumstantiis perspectis, dici debet metum patientem imperio patris, matris, seu domini coactum matrimonio consensisse. Hunc casum ordinarie verificari docent Auctores, ubi minae adhibentur, vel etiam preces importunae et instantes, quae virtualiter minas continent, ad filiae resistentiam vincendam. At simplex quaedam regula iuridica ad omnia dubia in casu concreto diluenda dari nequit, ut legenti instructionem S. Officii die 20 iunii 1883 facile patet.

Imprimis notandum est filiam haud invitam nupsisse dicendam esse quae nupsit ut matris vel alterius Superioris morem gereret (d'Annibale, 1. c). Parentes etiam coactionem modicam adhibere possunt, ut docet Sánchez, lib. 4, disp. 23, n. 12 in fin. Ubi vero coactio debitos limites excessisse videtur, constare debet metum patientem media quae potuit adhibuisse ut sese a parentum coactione liberaret. Ad rem citata instructio S. Officii (n. 37): « Etiam investiganda quid haec persona « fecerit, ut a coactione parentum sese liberaret; utrum preces adhi« buerit; utrum usa fuerit opera aliorum ad parentes a proposito dimo« vendos: utrum et quomodo propriam aversionem et contrarietatem in « illud matrimonium significaverit : utrum et quomodo sese gesserit, sive « quando necessaria pro matrimonio parabantur, sive quando ad cón« sensum promendum adducta fuit, sive quando post datum consensum « festum nuptiale celebrabatur; ... utrum, nempe, his omnibus hilaris, « prompte et laete adstiterit, an secus. Consideranda quoque eius agendi « ratio erga alteram partem, et erga eiusdem familiam; utrum nempe « benevola et affectuosa, etc. ».

In facto. - Cum Patribus Auditoribus in prima causae propositione d. 21 iulii 1914 facta, testes auditi pauci nimis viderentur quam ut processus iuxta ss. canones completus dici posset, praesertim cum in actis haberentur nomina personarum, quae vel matrimonii celebrationi interfuerunt vel intime familias contrahentium cognoverint qui ad testandum non sunt vocati, responderunt: « Dilata, et compleantur acta iuxta instru« ctionem a D. Ponente dandam ». Novi testes excutiendi, vero, in instru-

ctione data indicati, fere omnes morte iam praerepti fuere, et alii inveniri non potuerunt, ut ex epistola officialis Parisiensis d. 15 feb. 1915 elucet.

Quoad testes principales, actricis proximi parentes, matrem eius nempe, et tres sorores, dominam Mac Teigne, dñam Fahre, et dñam Beer, omnes scilicet testes in Curia Versaliensi excussos, notat Iudex instructor delegatus: «Notre impression est: que les témoins ont eu « grand souci de dire la vérité, et, en ce qui concerne Mme Garreaud «mère, que c'est une femme très autoritaire, qui ne devait admettre « aucune observation de la part de ses filles, et qui aurait certainement « mis en exécution la menace qu'elle avait faite a Mme Pic née Garreaud, « de l'envoyer dans une famille à l'étranger ».

Ita narrat actricis mater: « J'ai marié mes filles de moi-même et « de mon seul consentement. Je trouvais que la mère de famille restée « veuve devait avant tout marier ses filles afin qu'elles eussent un sou-« tien dans la vie. Le mariage a été décidé par moi avec une de mes « amis... Non, ma fille n'a pas été libre, elle n'a cessé de protester et « je n'ai cessé Se lui imposer ma volonté. J'ai usé de toute influence. « J'avais usé d'abord de prières, mais j'ai cru devoir employer les mena-« ces, surtout celle de l'envoyer comme institutrice A l'étranger. Je savais « que ce serait pour elle une très grande peine et une humiliation morale « très grande, car elle considérait cette situation comme un état de « domesticité. J'ai même, dans la vivacité de scènes, employé une cer-« taine brusquerie en la prenant violemment par les bras; elle en a « même porté les marques. Elle a résisté par les protestations, les prières « et les larmes, et cela a duré jusqu'au mariage... J'avais décidé queje « marierais mes filles par rang de âge; son tour était venu, et pour « aucune raison je n'aurais «cédé ».

Actrix eamdem historiam confirmat: « Après l'avoir rencontré deux « ou trois fois, ma mère me dit: " C'est celui-là que tu dois épouser „. « Je repondis qu'il ne me plaisait pas, et je n'avais pas d'ailleurs l'in-« tention de me marier. Ma mère me dit dès ce jour et plusieurs fois « ensuite que si je ne l'épousais pas, je devais quitter la maison et « devenir institutrice, qu'elle ne s'occuperait plus de moi... Aux fian-« cailles je me suis rendu compte que la chose était sérieuse. Je fus « alors très triste. Mme Mariot, vieille amie de la famille, sans se douter « de mes sentiments, déclara à ma mère que j'étais triste, et que ma « mère avait tort de faire ce mariage qui n'était pas assorti; c'est une « de mes sœurs qui m'a répété cette conversation peu de jours après. « Presque continuellement ma mère insistait et il y avait des discus-« sions à ce sujet.

« Il n'y a jamais eu de nécessité dans ma famille de devenir institutrice. Ma mère avait largement de quoi nous élever... Pour nous « quitter la maison paternelle c'était la mort. Mes sœurs et moi nous ne « nous étions jamais isolées ». Interrogationi : « Avez-vous manifesté votre « aversion pour M. Pic avant le mariage? » respondit: « Jamais nous « n'avons eu d'intimité avant le mariage ». Alterae interrogationi: « M. Pic, « fréquentait-il la maison? » replicat: « Oui, après les fiançailles, mais « ma mère ne nous a jamais laissés seuls, à moins qu'il n'y eut quelque « autre personne.... Je lui ai montré mon attitude de froideur, mais « n'ayant jamais été seul avec lui, je ne le lui ai pas dit...: il s'en est « plaint à la dame qui a preparé le mariage, j'ignore par qui je l'ai su ».

Quatuor sorores actricis, Elisabeth Mac Teigne, Amelia Fabre, Ioanna Beer et Henrica Ronveau, de coactione a matre exercita fere' idem deponunt. Ita E. Mac Teigne: « Elle a été contrainte par ma mère qui l'a « menacé de la faire partir comme institutrice à l'étranger, si elle s'y « refusait. Ma sœur m'a fait des confidences à cet égard, et m'a dit « formellement que si elle acceptait de subir cette contrainte, c'est « qu'elle ne voyait pas d'autre moyen d'échapper aux menaces et à la « situation qui en aurait resulté par elle... Ma sœur ne cessait de pro- « tester même avec larmes, elle avait de i'éloignement pour son fiancé « et le craignait même. Sa crainte a duré jusqu'au jour du mariage; « plus le terme se rapprochait, plus ses protestations devenaient vives. « J'ai été témoin de toutes les scènes, et j'ai constaté la trace des vio- « lences dont ma sœur avait été l'objet... Ma mère eût parfaitement « exécuté les menaces ».

Quatuor actricis sororibus fere eadem testantibus adiungenda est sartrix quaedam, nomine Eugenia Ruelland, quae ait: « Je faisais les « robes d'Hélène Garreaud, c'est par elle que j'étais tenue au courant des « fiançailles. Je me rappelle très bien avoir plusieurs fois reçu chez moi « Hélène Garreaud, et étant chez elle le plus souvent, avoir été mêlée « à la vie de la famille. Très souvent Hélène est venue me trouver en « larmes, se plaignant d'avoir été malmenée par sa mère, d'avoir reçu « des giffles parce qu'elle ne voulait pas épouser M. Pic que sa mère « voulait lui imposer. Elle m'a dit qu'elle ne pourrait jamais épouser « cet homme qu'elle trouvait bête: ne sachant pas parler, etc. Hélène « s'est contentée d'employer les moyens qui étaient seuls à sa portée: «larmes et supplications jusqu'au dernier jour... Je me suis hasardée « un jour à dire à Mme Garreaud qu'Hélène ne semblait pas heureuse « d'avoir le fiancé qu'elle lui reservait pour mari. La mère me repon- « dit: " Je n'ai pas son avis à prendre „ ».

Omnes supradictae testes deponunt matris indolem fuisse imperiosam, obstinatam, filiae autem timidam, submissam. Henrica Ronveau ait: « Ma mère conduisait toutes au doigt et à œil. Son habitude était « de nous imposer sa volonté et, si cela était nécessaire, de nous « faire violence pour que nous l'acceptions... Elle ne craignait pas de « faire des menaces sérieuses, soulignées même de violences physiques, « même de giffles ». Et Eugenia Ruelland: « La mère était odieusement « autoritaire. Je pourrais citer mille faits qui prouvent l'odieux de son « autoritarisme. 11 fallait que les filles obéissent; et en particulier pour « Hélène, l'opiniâtreté de sa volonté à persévéré jusqu'au mariage». E. Mac Teigne testatur: « Toutes nous redoutions manière... Très àuto- « ritaire... plus autoritaire vis-à-vis de ma sœur (Hélène) à cause de sa « beauté physique ». A. Fabre: « Ma mère est très autoritaire, elle a « toujours exigé que ses filles plient devant sa volonté ». In eumdem sensum deponunt I. Beer, G. Garreaud, actricis frater, dna Arguillière, Gh. Pothier, quorum ultimus ait: « Tout le monde s'accordait que lors- « que Mme Garreaud voulait quelque chose, elle trouvait le.moyen de « la réaliser ».

De filia testantur eius sorores : « Ma sœur était très souple, soumise, « habituée à obéir » (A. Fabre). « Ma sœur était très douce ... la mère « l'avait dressée à l'obéissance depuis son plus jeune âge » (I. Beer). « Elle était comme une cire entre les mains de sa mère, qui la pouvait « pétrir » (H. Ronveau). Et E. Ruelland: « Hélène était une fille aimable, « très bonne, très douce, blonde; elle avait peur de sa mère ». Quamvis mater eam dicat « d'un caractère énergique », illico, subdit « elle était « tellement dominée par ma volonté, qu'elle n'aurait jamais osé résister « ouvertement ».

Mater auctoritate sua filiae matrimonium imposuit, ut concorditer fere omnes testes declarant, nemine contradicente. Ita mater: « J'ai « marié mes filles de moi-même et de mon seul consentement... J'avais « décidé que je marierais mes filles par rang d'âge; le tour d'Hélène « était venu et pour aucune raison je n'aurais cédé... le mariage a été « décidé par moi... ma fille n'a jamais cessé de protester. Il n'y a pas eu « de rupture, ma volonté était formelle... Elle n'a cessé de protester, et « je n'ai cessé de lui imposer ma volonté ». In idem incidunt testimonia actricis sororum, Mac Teigne et Ronveau, necnon Eugenia Ruelland.

Minas quoque adhibuit mater ad filiae oppositionem vincendam, eiectionis e domo paterna ut in terra aliena munus institutricis exerceret; ait mater: « J'ai cru devoir employer des menaces, surtout celle « de l'envoyer comme institutrice à l'étranger». Quod confirmat ipsa

Helena, A. Fabre, T. Beer, H. Ronveau, E. Ruelland. Minas exilii a domo paterna aegerrime ferebat puella, et tanquam malum grave sibi, .vigesimum tunc aetatis suae annum agenti, imminere videbat, uti ipsa et alii testes declarant. Ait Helena: « Pour nous quitter la maison pater- « nelle était la mort. Mes sœurs et moi, nous ne nous étions jamais « isolées : dans le couvent nous étions deux ou trois ensemble, et le « couvent était très voisin de la maison de campagne, où nos parents « venaient habiter de Pâques à la Toussaint. A 16 ans je fus envoyée « au couvent de Poichemone... Au bout de trois mois j'eus de violentes « crises nerveuses... J'attribue ces crises sûrement à l'ennui occasione «par l'éloignement de la maison». Testatur H. Ronveau: « Je com- « prend l'effroi de ma sœur à une pareille menace ; elle n'avait que « 19 ans, avait toujours vécu avec nous, et entrevoyait comme le plus « grand châtiment cette vie hors de la famille, dans un pays étranger, «privée de l'affection de nous toutes qu'elle aimait ». Ait altera soror, I. Beer: « Cette menace était terrible pour ma sœur ».

Malum etiam inevitabile Helenaef videbatur, cum apprime sciret matrem haud hesitaturam fore minas exsequi, ut iterum declarant iidem testes, « oui, ma mère, ait E. Mac Teigne, eût parfaitement exécuté ces « menaces. Ma mère était persuadée que c'était un devoir pour elle de « pourvoir au prompt établissement cTes ses filles que les occupations « commerciales l'empêchaient de surveiller. C'est pourquoi elle n'hési- « tait pas à imposer sa volonté même par des menaces ». Similiter deponunt A. Fabre, I. Beer et E. Ruelland, et ipsa mater confirmat, dicens: « Pour aucune raison je n'aurais cédé ».

Precibus et lacrymis restitit puella usque ad diem ipsum matrimonii, ut iidem testes affirmant; mater ipsius ait: « Elle a resistè par « les protestations, les prières, et les larmes, et cela a duré jusqu'au « mariage... Elle n'avait aucun moyen d'éviter les conséquences de mes « menaces, puisqu'elle était mineure ». Idem testantur actrix eiusque sorores.

Quamvis tresdecim fere annos vita coniugalis perduraverit, ab initis nuptiis nunquam pacifica fuit, quod indicium est aversionis mulieris erga sponsum, unde praesumptio quaedam oritur de consensu matrimoniali coacto. Ait soror actricis, E. Mac Teigne: «Dès les premiers «jours qui suivirent le départ pour le voyage de noces, ma sœur m'écri- « vit de venir la réjoindre, et cela dans la manière la plus pressante. «Je fus moi-même témoin alors des scènes violentes qui nous terro- « risaient ma sœur et moi. La vie commune se continua aussi pénible- « ment, les choses allaient de mal en pis, pendant dix ans environ jus-

« qu'au jour de la séparation définitive ». De continuis inter sponsos dissidiis aliae actricis sorores testantur; et testis Cn. Pothier idem confirmat, dicens: « On s'était aperçu que les jeunes époux semblaient peu « heureux ».

Frustra, denique, urgetur matrimonium revalidatum fuisse per diuturnam coniugum cohabitationem, nam matrimonium ex capite metus irritum revalidan non potest nisi per consensum in forma tridentina expressum, cum agatur de impedimento publico, quod, nempe, in foro externo probari potest, prout confirmat iurisprudentia S. C. Concilii, quae « probato metu, nullum pronuntiat matrimonium etiam post diu- « turnam cohabitationem et plures habitos filios, nullatenus sollicita de « consensu expresso vel tacito praestito » (Gasparri, vol. % n. 1418, ed. 1905).

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative, seu constare de nullitate matrimonii in casu:* expensas vero iudiciales omnes ab actrice, Helena Garreaud, esse solvendas. -

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 21 maii 1915.

Ioannes Prior, *Ponens.*
Aloisius Sincero.
Iosephus Mori.

L. © S.

Ex Cancellaria, 3 augusti 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

CAUSAE ACTAE SUB SECRETO

In S. Romana Rota, anno 1915 actae sunt sub secreto *sequentes causae quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva.*

i

. I. INIURIARUM. *Incidentalis.*

Proposito dubio: *An verba, de quibus in memoriali diei 7 iulii 1913, impertinentia vel iniuriosa sint et ideo sint delenda, necne?* RR. PP. DD. F. Cattani Amadori, *Ponens,* I. Alberti et P. Rossetti de turno, die 2 iulii 1915, respondendum censuerunt: *Affirmative.*

II. ONERUM BENEFICII.

Proposito dubio: *An Sacerdoti N. N. incumbat onus coadiuvandi et in quibus parochum loci, in casu;* RR. PP. DD. F. Cattani Amadori, *Ponens,* I. Mori et P. Rossetti de turno, die 14 augusti 1915 respondendum censuerunt: *Negative, seu non" constare de onere coadiuvandi parochum.*

DIAMUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

26** gennaio **1916. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, *Protettore dell'Istituto dei Piccoli Fratelli di Maria.*

***27** gennaio.* — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, *Prefetto della Sacra Congregazione dei Religiosi.* •

***1** febbraio.* — Il Rev. D. Gaetano Cicognani, *Segretario di Nunziatura, destinandolo a prestar servizio presso la Nunziatura Apostolica di Spagna.*

***8** febbraio.* — Il Rmo P. Eugenio Couet, superiore generale dei Sacerdoti del Santissimo Sacramento, *Consultore per le Cause di Beatificazione e Canonizazione della sacra Congregazione dei Riti.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

10** gennaio **1916. — Mons. Eduardo Duarte Silva, vescovo di liberaba.

***17** gennaio.* — Mons. Antonio Raimondo Silva, vescovo di Merida.

***28** gennaio.* — Mons. Giovanni G. Shaw, vescovo di Sant'Antonio.

***3** febbraio.* — Mons. Francesco Saverio Cloutier, vescovo di Trois-Rivières.

Protonotario apostolico ad instar participantium :

31** gennaio **1916. — Mons. Giuseppe De Hecher, preposto della Reale Collegiata di Corte in Monaco di Baviera.

Prelati Domestici di S. S.:

20** gennaio **1916. — Mons. Gaetano Lioy-Lupis, di Molfetta.

***21** gennaio.* — Mons. Rodolfo Maiocchi, rettore del Collegio Borromeo a Pavia.

ONORIFICENZE

Con. Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

8 gennaio 1916. — A S. E. il sig. Don Cipriano Muñoz y Manzano, conte De la Vinaza, ambasciatore straordinario e plenipotenziario di Spagna presso la S. Sede.

21 gennaio. — A S. E. il sig. generale Giovanni Vincenzo Gomez, presidente costituzionale degli Stati Uniti del Venezuela.

La Gran Croce dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 gennaio 1916. — Al sig. Fernando de Soto y de Aguilar, conte di Puerto Hermoso.

27 gennaio. — Al sig. cav. dottor Eugenio De Knilling, ministro dei culti e delle scuole in Baviera.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno,f classe militare:

«

27 gennaio 1916. — Al sig. barone colonnello Guglielmo De Leonrod, gran maestro di corte e grande scudiero del re di Baviera.

— Al sig. conte colonnello Massimiliano De Möy, gran maestro delle cerimonie nella corte di Baviera.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 gennaio 1916. — Al sig. Giorgio Elia Amyot, membro del Consiglio legislativo della provincia di Québec.

— Al sig. Némèze Garneau, membro dello stesso Consiglio.

22 gennaio. — Al sig. senatore Carlo Riou, della diocesi di Vannes.

27 gennaio. — Al sig. barone Paolo De Stengel, capo di gabinetto del Ministro degli esteri di Baviera.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

11 gennaio 1916. — Al sig. Nicola Giosuè Pinault, deirarchidioc. di Québec.

H Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 gennaio 1916. — Al sig. avv. Biagio Natoli, di Mazzarino in diocesi di Piazza Armerina.

7 ***gennaio 1916.*** — Al sig. avv. Guglielmo Giovanni Maria Westerwoudt, di Amsterdam.

14 gennaio. — Al sig. Giuseppe Pouzet, di Lione.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

22 gennaio 1916. — Al sig. cav. Marco Cecchini, di Roma.

1 febbraio. — Al sig. dottor Fritz Holm, dell'archidiocesi di New-York.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

31 ottobre 1914. — Mons. Enrico Koch, dell'archidiocesi di Colonia.

7 ***aprile 1915.*** — Mons. Giacomo Bushati, della diocesi di Sappa.

9 novembre. — Mons. Giuseppe Piagge, della diocesi di Osnabrüch.

— Mons. Bernardo Dinkgrefe, della medesima diocesi.

29 novembre. — Mons. Luigi dott. Sacchi, della diocesi di Pavia.

13 dicembre. — Mons. Dionigi Casaroli, dell'archidiocesi di Bologna.

18 dicembre. — Mons. Candido De Angelis, della dioc. di Albano Laziale.

21 dicembre. — Mons. Salvatore De Angelis, parroco di S. Pietro in Vat.

23 dicembre. — Möns. Gerardo van der Boer, della dioc. di Bois-lè-Duc.

— Mons. Luigi Gaillard, della diocesi di Beauvais.

11 gennaio 1916. — Mons. prof. avv. Giacomo Sole.

17 gennaio. — Mons. Venturino Bracci, della diocesi di Orte.

— Mons. Pietro Forzoni, della diocesi di Arezzo.

19 gennaio. — Mons. Giorgio Everard, della diocesi di Namur.

31 gennaio. — Mons. Pietro Koeveler, dell'archidiocesi di Colonia.

3 febbraio. — Mons. Luigi Fanti, vicario della Basilica di S. Luca, della diocesi di Bologna.

— Mons. Filelfo Bezzi, di Roma.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

30 gennaio 1915. — Il sig. comm. Giacomo Schreiner, dell'archidiocesi di Vienna.

15 ottobre. — II sig. Francesco de Stieglitz, della diocesi di Fulda.

15 dicembre 1915. — Il sig. marchese Tommaso Balbi, dell' archidiocesi di Genova.

30 dicembre. — Il sig. Edoardo Villeré Papin, dell'archidioc. di S. Luigi (S.U. A.).

19 gennaio 1916. — Il sig. barone Alfonso Leone Maria Giuseppe Ghislain di Montpellier de Vedrin, della diocesi di Namur.

24 gennaio. — Il sig. conte Paolo Manassei di Gollestatte, di Roma.

Camerieri d'onore m abito paonazzo di S. S.:

6 ottobre 1915. — Mons. Moyses Gonçalves de Conto, della dioc. di IHieos.

6 novembre. — Mons. Lorenzo Pavanelli, della diocesi di Brescia.

— Mons. Luigi Vigna, della medesima diocesi.

29 dicembre. — Mons. Luigi Fanfani, dell'archidiocesi di Firenze.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

19 gennaio 1915. — Mons. Stefano Schulz, della diocesi di Warmia.

NECROLOGIO

17 gennaio 1916. — Mons. Domenico Maria Valensise, arcivescovo titolare di Ossirinco, assistente al Soglio pontifìcio.

— Mons. Vito Antonio Fioni, vescovo titolare di Sidone.

18 gennaio. — Mons. Giuseppe Camassa, arcivescovo tit. di Trebisonda.

25 gennaio. — Mons. Dionisio Nicolosi, vescovo di Scio.

— Mons. Raniero Sarnari, vescovo di Macerata e Tolentino.

6 febbraio. — Mons. Michele Cardella, vescovo di So vana e Pitigliano.

8 febbraio. — Mons. Giuseppe Torras y Bages, vescovo di Vieh.

12 febbraio. — Mons. Giovanni Battista De Santi, vescovo di Aiaccio.

Annus VIII - Vol. VIII- Die 4 Martii 1916 **Num.** 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

I

AD PAULINUM PETRUM S. R. E. CARD. ANDRIEÜ, ARCHIEPISCOPUM BURD1GALENSEM, DE STIPE PRO NIGRITIS CORROGANDA IN EPIPHANIA DOMINI.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quoniam africanarum Galliae possessionum urbs ista florentissima, quae tui honoris sedes est, praecipuum et celeberrimum tamquam emporium habetur, ideo, quum misera et abiecta nigritarum condicio Nobis pro apostolico officio magnae sit curae, ad te, dilecte Fili Noster, has litteras mittimus ut iis relevandis, quantum Nobis licet, operam demus. Vix est cur de probroso servorum commercio removendo hic plura perscribamus. Constat enim quantum in hac causa inde ab initio Ecclesia Dei gesserit, tum in omnibus hominibus eamdem inesse personae dignitatem eosque pari omnes iure esse affirmando, tum ad mancipiorum manumissionem in spem caelestium bonorum cohortando, tum etiam proprias religiosorum familias vindicandis in libertatem servis instituendo. Attamen dolendum est tam foedam turpitudinis labem et maculam, quamquam magna ex parte iam sublatam, residere etiam nunc in humanae societatis corpore: quamobrem omnino decet praeclara huius Apostolicae Sedis erga homines promerita in hoc etiam genere studiose Nos persequi. Itaque peropportunum Leonis XIII decretum -, Nos, ad exemplum Pii X f. r., confirmantes, quotannis, in festo Epiphaniae Domini, ubicum-

que sacra publice celebrentur, stipem redimendis nigritis corrogari volumus. Id autem eo magis urgendum arbitramur, quia satis uberes iam percepti fructus spem bonam afferunt fore ut aliquando id quod tantopere ad causam humanitatis interest, assequantur. Optatam diem maturet, precamur, Liberatur humani generis iesus Christus, et omnes quicumque huc consilium, operam, rem contulerint, potioribus suis praemiis remuneretur. Quorum auspicem *et benevolentiae Nostrae testem, iis universis et singulis, primumque tibi, dilecte Fili noster, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die II februarii anno MCMXVI, Pontificatus Nostri secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD BASILIUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM POMPILJ, IN URBE VICARIUM. AD PECULIARES EFFUNDENDAS PRECES, QUIBUS IMMANIS . BELLI FINIS IMPLORETÜR, NATIONUM BELLIGERANTIUM POPULORUMQUE UNIVERSORUM FOEMINAS FAMILIASQUE CATHOLICAS, SIVE SINGULAS SIVE POTIUS CONSOCIATAS, ADHORTATUR, PRAESERTIM PER OPPORTUNUM ET ACCEPTABILE QUADRAGESIMALE TEMPUS.

Signor Cardinale,

Al tremendo conflitto, che lacera l'Europa, Noi, come Pastore universale delle anime, non potevamo, senza venir meno ai sacri doveri impostici dalla sublime missione di pace e di amore da Dio affidataci, restare indifferenti od assistere silenziosi. E perciò, sin dagli inizi del Nostro Pontificato, coll'angoscia che Ci suscitava nel cuore un così atroce spettacolo, Noi Ci adoperammo ripetute volte, con le Nostre esortazioni e coi Nostri consigli, per indurre le Nazioni contendenti a deporre le armi, componendo i propri dissidi nel modo richiesto dalla umana dignità, mediante una intesa amichevole. Gettandoci, per così dire, in mezzo ai popoli belligeranti, come un padre in mezzo ai propri figli in lotta, li abbiamo scongiurati in nome di quel Dio, il quale è giustizia e carità infinita, a rinunziare al proposito di mutua distruzione, ad esporre una buona volta con chiarezza, in modo diretto o indiretto, i desideri di ciascuna parte, ed a tener conto, nella misura

del giusto e dei possibile, delle aspirazioni dei popoli, accettando, ove occorra, in favore dell'equità e del bene comune del gran consorzio delle Nazioni, i doverosi e necessari sacrifici di amor proprio e d'interessi particolari. Questa era ed è l'unica via per risolvere il mostruoso conflitto secondo le norme della giustizia, e giungere ad una pace non profittevole ad una sola delle parti, ma a tutte, e quindi giusta e duratura.

Purtroppo la Nostra voce paterna non venne finora ascoltata e la guerra con tutti i suoi orrori continua furiosa. Ciò non ostante Noi, Signor Cardinale, non possiamo, non dobbiamo tacere. Non è lecito al padre, i cui figli sono in fiera contesa, cessare dall'ammonirli, sol perchè essi resistono alle sue preghiere, alle lagrime sue. Ed Ella sa, d'altra parte, che, se il Nostro ripetuto grido di pace non ha raggiunto l'effetto desiderato, ha avuto però un'eco profonda ed è disceso come un balsamo nel cuore dei popoli belligeranti, anzi dei popoli del mondo intero, e vi ha suscitato un vivo, acuto desiderio di vedere risolto quanto prima il sanguinoso conflitto. Non Ci è, quindi, possibile astenerci dal levare ancora una volta la Nostra voce contro questa guerra, la quale Ci appare come il suicidio dell'Europa civile: non dobbiamo trascurare di suggerire o di additare, quando le circostanze Ce lo consentano, qualsiasi mezzo, che possa giovare al raggiungimento del fine bramato.

Propizia occasione Ce ne porgono ora, Signor Cardinale, alcune pie Signore, le quali Ci hanno manifestato l'intenzione di stringersi, nell'imminenza della Sacra Quaresima, in unione spirituale di preghiera e di mortificazione, affine di impetrare più facilmente dalla infinita misericordia di Dio la cessazione dell'immane flagello. A Noi, che l'assidua orazione e la cristiana penitenza abbiamo spesso inculcate, come unico conforto allo strazio del Nostro e di ogni cuore umano per questa orribile lotta fratricida, e come mezzo efficacissimo per impetrare dal Signore la sospirata pace, non poteva non riuscire accettissimo un tale proposito. Lo abbiamo, quindi, benedetto con tutta l'effusione del paterno Nostro animo, e vogliamo ora publicamente lodarlo, desiderando che tutti i fedeli lo facciano proprio. Noi confidiamo adunque che, non solo in Roma, ma in tutta l'Italia e negli altri paesi belligeranti, le famiglie cattoliche si raccolgano, specialmente nei prossimi giorni dalla Chiesa consacrati alla penitenza, lungi dagli spettacoli e divertimenti mondani, in una più fervorosa ed assidua preghiera e nella pratica della cristiana mortificazione, la quale rende più accette al Signore le suppliche dei suoi figli, ed apparisce poi, nelle presenti circostanze, oltremodo opportuna e rispondente al cordoglio di ogni animo bennato. Speciale esor-

tazione Noi facciamo a quante sono madri, spose, figlie, sorelle dei combattenti, che, nell'animo tenero e gentile, più vivamente di qualsiasi altra persona, sentono e misurano l'immensa sciagura dell'attuale spaventevole guerra, aftinché, coll'esempio e col dolce potere da loro esercitato nel focolare domestico, inducano tutti i membri delle loro famiglie ad innalzare a Dio, in *questo tempo accettevole,* in *questi giorni di salute,* una continua e più fervida prece, ed a presentare al Suo Trono Divino una offerta di volontari sacrifìci, che ne plachino la giustissima ira. Ci sarebbe, anzi, ben caro che le medesime famiglie cattoliche di tutte le nazioni combattenti attendessero a tali opere di pietà in particolar modo nel giorno sacro alla commemorazione del sublime sacrificio dell'Uomo-Dio, il Quale volle col dolore redimere ed affratellare tutti i figli di Adamo, chiedendo a Lui, in quelle ore rese eternamente memorabili dalla sua infinita carità, - per l'intercessione dell'addolorata, ma invitta Madre Sua, Regina dei Martiri, - la grazia di sopportare con fortezza e rassegnazione cristiana l'angoscia e le perdite dolorosissime cagionate dalla guerra, e supplicandolo di porre fine ad una prova così lunga e terribile.

E poiché anche con le elemosine si redimono i peccati e si placa la giustizia di Dio, Noi desidereremmo che ciascuna famiglia offrisse, proporzionatamente ai propri averi, l'obolo della carità, da erogarsi a favore dei poveri e degli infelicf, tanto cari a Gesù Redentore, ed in modo speciale a sollievo dei miseri figli di coloro che son morti in questa orribile guerra.

Nella speranza, infine, che a tali opere di cristiana pietà vorranno associarsi, - spinte da un tenero sentimento di umana compassione e, più fortemente ancora, dalla sovrannaturale carità, che deve unire i figli del medesimo Padre celeste, - anche le famiglie dei paesi neutrali, Noi impartiamo di cuore a Lei, Signor Cardinale, ed alle suddette donne e famiglie cattoliche la Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 4 marzo 1916.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECLARATIO

CIRCA FACULTATEM EPISCOPORUM IN RECONCILIANDIS HAERETICIS VEL APOSTATIS.

Cum nonnulli Episcopi supplices preces Supremae Sancti Officii Congregationi exhibeant ad facultates pro haereticorum vel apostatarum reconciliatione obtinendas, Emi ac Rmi Dñi Cardinales Inquisitores Generales, in consessu habito feria IV die 16 febr. 1916, ad omne dubium hac super re amovendum, haec declaranda mandarunt:

1. Absolutio ab excommunicatione, qua quis ob haeresim vel apostasiam sit irretitus, in foro conscientiae impertienda, est speciali modo, secundum praescripta in Constitutione *Apostolicae Sedis,* Summo Pontifici reservata.

%. Si tamen crimen haeresis vel apostasiae ad forum externum episcopi aut praelati episcopalem vel quasi-episcopalem auctoritatem habentis, aut per spontaneam confessionem vel alio quovis modo deductum fuerit, episcopus vel praelatus sua auctoritate ordinaria resipiscentem haereticum vel apostatam, praevia abiuratione iuridice peracta, aliisque servatis de iure servandis, in foro exteriori absolvere poterit. Absolutus autem in foro exteriori potest deinde absolvi a quolibet confessario in foro conscientiae absolutione sacramentali. Abiuratio vero iuridice peracta habetur cum fit coram ipso episcopo vel praelato, aut eorum delegato, et saltem duobus testibus.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, 19 febr. 1916.

»

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. *Notarius.*

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ERECTIO NOVARUM DIOECESUM ET PROVINCIAE ECCLESIASTICAE IN HONDURAS EARUMQUE PROVISIO

Consistoriali decreto diei 2 februarii 1916, SSmus D. N. Benedictus PP. XV dioecesim de Comayagua, totam rempublicam Hondurensem complectentem, in tres partes divisit, et partem orientalem, quae octo civilibus provinciis constat, hoc est: *Yoro, Comayagua, La Pax, Valle, Tegucigalpa, Choluteca, EI Paraiso* et *Olouclto* assignavit novae dioecesi, cui, ab urbe reipublicae capite *Tegucigalpa,* nomen attribuit *Tegucigalpense,* eamque a iure metropolitico ecclesiae Guatimalensis exemit et in metropolitanam evexit. Ad eam vero regendam in Archiepiscopum promovit R. P. D. Iosephum Mariam Martínez Cabanas, hactenus episcopum de Comayagua. In parte occidentali constituit novam dioecesim *S. Rosae de Capan,* intra suum'ambitum continentem quinque provincias civiles : *Santa Barbara, Copan, Gracias, Ocotepeque* et *Inübucá,* eique in Episcopum praefecit R. D. Claudium Volio, parochum et Vicarium Foraneum loci vulgo *Alajuela* in dioecesi S. Iosephi de Costarica. In parte tandem septentrionali erexit Vicariatum Apostolicum *de San Pedro Sula,* qui complectitur provincias civiles: *Cortes, Islas de la Bahia, Atlántida et Colón.*

Hanc vero novam dioecesim et Vicariatum Apostolicum tamquam suffraganeos subiecit metropolitanae ecclesiae Tegucigalpensi.

II

ERECTIO NOVAE DIOECESIS IN BRASILIA

Consistoriali decreto diei 3 februarii 1916, SSmus D. N. Benedictus PP. XV territorium dioecesis de Pouso Alegre in Brasilia, rogante ipso Episcopo, in duas partes divisit et, coarctata in parte meridionali dioecesi de Pouso Alegre, in parte septentrionali erexit novam dioecesim *Guaxupensem,* ab urbe *Guaxupé* ita appellatam. Haec autem dioecesis

Guaxupensis eosdem quoquoversus servabit fines, quibus pars septentrionalis dioecesis de Pouso Alegre antea circumscribebatur; excepto meridionali latere, in quo ipsa secernitur ab ea de Pouso Alegre per limites meridionales paroeciarum vulgo *Poços de Caldas, Campestre* et *Machado,* quae ad novam dioecesim pertinent. Novam vero dioecesim suffraganeam constituit, donec aliter provisum fuerit, archidioecesis Mariannensis.

III

ADIECTIO TITULORUM EPISCOPALIUM

SSmus D. N. Benedictus PP. XV, decreto S. C. Consistorialis diei 15 februarii 1916, Diniensi ecclesiae antiquos titulos Reiensis et Sistariensis dioecesum adiecit, adeo ut in posterum Diniensis ecclesia Reiensi et Sistariensi etiam titulis designetur et illius Episcopus Diniensis, Reiensis et Sistariensis nuncupetur.

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

12 ianuarii 1916. — Cathedrali ecclesiae Caiesensi praefecit R. D. Ignatium Le Ruzic, Administratorem Apostolicum eiusdem ecclesiae Caiesensis.

19 ianuarii. — Episcopali titulari ecclesiae Augilensi R. P. D. Antonium Aurelium Torres et Sanz, hactenus episcopum Centumfocensem.

20 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae Sobralensi R. D. Iosephum Tupinambá da Frota, parochum eiusdem civitatis Sobralensis.

27 ianuarii. — Cathedrali ecclesiae De Pace R. D. Dionysium Avila, canonicum decanum metropolitanae ecclesiae Platensis ac doctorem in iure civili.

7 februarii. — Cathedrali ecclesiae Guaxupensi R. P. D. Antonium Augustum de Assis, hactenus episcopum de Pouso Alegre.

14 februarii. — Cathedrali ecclesiae de Pouso Alegre in Brasilia R. D. Octavium Chagas de Miranda, parochum cathedralis ecclesiae de Campinas.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

LICEITATIS MATRIMONII

Species facti. - Puella quaedam acatholica, domicilium habens in paroecia *B,* nubere cupiebat cuidam viro catholico domicilium habenti in paroecia *L,* eiusdem archidioeceseos.

At vero, ante nuptias, praefata puella, recreationis causa, se contulit in aliam paroeciam praefatae archidioeceseos, nomine *S,* ubi commorata est unum mensem, et ubi interim a respectivo parocho baptizata ac in sinum Ecclesiae catholicae recepta est. Iamvero *post hunc in Ecclesiam catholicam ingressum ibidem nonnisi minorem mensis partem remansit:* deinde domum rediit, ubi morata est tres hebdomadas; quibus elapsis, iterum in eumdem locum *S* migravit, ubi statim die 28 aprilis 1915 matrimonium contraxit coram praedicto eiusdem loci parocho, idque sine consensu, seu licentia rectoris paroeciae *B.*

Quare iste « putans se esse proprium puellae parochum » casum submisit iudicio Tribunalis matrimonialis ab Ordinario permanenter instituti. Quod Tribunal, tribus iudicibus constans, in scripta sua ad Ordinarium relatione litem ita dirimendam existimavit: « Censemus « eiusmodi casus solutionem ex responsionibus oriri tribus sequentibus « quaestionibus :

« 1. Utrum Ordinarius rectori paroeciae /s facultatem fecerit rite « matrimonio adstandi.

« 2. Utrum menstrua commoratio sponsae, *quatenus ad religionem « catholicam conversae,* in paroecia *S* necessaria habita fuerit, ut enunciatus parochus licite matrimonio adstaret.

« 3. Utrum ipse iusta ex causa eidem matrimonio adstiterit.

« Iamvero ad primam quaestionem quod attinet, si Ordinarius, ius « suum legitime exercens, rectori paroeciae *S* permisit ut enunciato matri« monio. rite adesset, *causa finita est.* At ex sponsi litteris contrarium , « arguitur.

« Secundam quod spectat quaestionem, opinamur iuxta Decretum *« Ne temere* respiciens, ut videtur, solummodo eos qui more catholi« eorum baptismum receperunt, menstruam commorationem ex parte « sponsae, *uti catholicae,* necessariam fuisse in casu.

« Ipse paroeciae *S* rector fatetur sponsam haud commoratam fuisse «uti *catholicam* integro mense in paroecia *S*.

« Circa tertiam quaestionem, sponsi litteris innixi, iustam defuisse « causam arbitramur; Adducta enim ratio, *personalis* scilicet *amicitia et « politica,* haud sufficiens esset, iuxta novam de matrimonio latam « legem, si menstrua sponsae commoratio *uti catholicae* nondum expleta « fuisset.

« Ob allatas rationes putamus rectorem paroeciae *S,* eidem matri- « monio adstando, illicite egisse ».

Hucusque Tribunal: cui Ordinarius, die 26 iulii 1915, ita respondit : « Nullam rectori paroeciae *S* facultatem detuli. Verum a sententia Tribu- « natis dissentire coactus sum quoad menstruam commorationem spon- « sae uti *catholicae.* Equidem verba *uti catholica* conditionem declarant « quae haud in textu legis includitur, neque a legislatore fuisse additam « instar authenticae interpretationis novimus ».

At vero parochus loci *B,* putans - uti ipse exponit - hanc Ordinarii decisionem non esse consentaneam Decreto *Ne temere,* per supplicem libellum die 30 septembris 1915 casum, de consensu ipsius Archiepiscopi, ad H. S. Congregationem detulit.

Animadversiones. - I° Casus expositus non spectat matrimonii validitatem; siquidem celebratum fuit a rectore paroeciae *S* in proprio territorio, hinc *coram parocho loci* (Decr. *Ne temere,* art. III), proinde agitur tantummodo de eiusdem matrimonii liceitate.

2° Ex expositis in casu defuit licentia Ordinarii, vel parochi proprii alterutrius contrahentis ; neque gravis intercessit necessitas, quae ab ea excusaret (Decr. *Ne temere,* art. V, § 3), etenim uti talis haberi nequit *personalis* et *politica amicitia,* de qua agitur in casu. Ergo tota ratio liceitatis in praesenti desumenda est ex menstrua commoratione sponsae in paroecia *S*.

3° Menstrua commoratio sponsae in paroecia *S* computanda ne est a die eius conversionis ad fidem catholicam, an vero ab eiusdem in paroeciam ingressu ? Liquido patet sufficere, ad liceitatem, factum mere externum commorationis, praescindendo a facto conversionis sponsae in fidem catholicam. Porro voluntas legislatoris ex verbis legis petenda est iuxta illud effatum: *Legislator quod voluit expressit.* At in Decr. *Ne temere* requiritur tantummodo menstrua commoratio alterutrius contrahentis, quin ullus sermo habeatur de eorumdem religione. Ergo solum factum materiale commorationis ad liceitatem exigitur (servatis ceteris de iure servandis). Et hoc plene respondet fini legis, qui erat proponere

factum mere externum et omnibus patens ad praecavendas incertitudines et pericula illiceitatis.

4P Verum *in actu celebrationis matrimonii* defuit haec menstrua sponsae commoratio, id quod reddit illicitam celebrationem connubii in paroecia *S.* Etenim illa verba Decreti: *constito ... de menstrua commoratione* non ita sunt intelligenda ut sufficiat quaelibet menstrua commoratio *quondam* habita. Tunc enim nupturientes haberent parochum proprium pro licita celebratione matrimonii ubicumque per mensem commorati fuissent quocumque vitae tempore, quo nihil est magis alienum a mente legislatoris et a sensu Decreti *Ne temere,* in quo *quasi-domicilio* substituta fuit *menstrua commoratio,* ut praeciderentur difficultates quae pro quasi-domicilio oriebantur ex necessitate investigandi animum permanendi in loco per maiorem anni partem. Sed praedicta verba: *constito... de menstrua commoratione alterutrius contrahentis,* ex contextu sermonis et fine legislatoris sumi debent eo sensu ut menstrua commoratio, *moraliter continua,* sit aliquid minimum sufficiens ad licitam parochi loci adsistentiam. At cuique patet interruptionem trium hebdomadarum esse interruptionem notabilem, quae destruit *continuitatem moralem* prioris menstruae commorationis sponsae in paroecia *S.* Ergo sponsa, quamvis per mensem commorata^ fuerit in praedicta paroecia, tamen per factum sui reditus ad proprium domicilium, et commorationis ibidem spatio trium hebdomadarum, non poterat licite matrimonium illico celebrare in paroecia *S,* sed debebat, aut explere novam menstruam commorationem, aut expetere licentiam parochi proprii vel Ordinarii loci.

Emi ac Rmi Patres huius S. Congregationis, omnibus mature perpensis, in plenario conventu habito die 28 ianuarii nuper elapsi, proposito dubio : *An rector paroeciae* S *illicite adstiterit matrimonio in casu* respondendum censuerunt: *Rectorem paroeciae* S *illicite adstitisse matrimonio in casu ob amissam u sponsa, per discessum trium hebdomadarum, menstruam commorationem.*

f Aloisius Capotesti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES EPISCOPORUM

Brevibus apostolicis nominati sunt:

27 ianuarii 1916. — R. P. Emmanuel Prat, Ordinis Praedicatorum, *episcopus titularis Mactaritanus et Vicarius Apostolicus Amoensis.*

28 ianuarii. — R. D. Iacobus Victor Maria Rouchouse, alumnus Societatis Parisiensis pro Missionibus ad exteros, *episcopus titularis Aegearuwi et Vicarius Apostolicus Se-Ciuen. septentr.-occidentalis.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

PARISIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI IOANNIS MARIAE DU LAU, ARCHIEPISCOPI ARELATENSIS, FRANCISCI IOSEPHI DE LA ROCHEFOUCAULD, EPISCOPI BELLOVACENSIS, PETRI LUDOVICI DE LA ROCHEFOUCAULD, EPISCOPI SANTONENSIS, ET SOCIORUM, PARISIIS MENSE SEPTEMBRIS 1792 INTEREMPTORUM.

Seditiosi tumultus qui, saeculo xvin labente, Galliam crudeliter perturbarunt sub speciosa forma philosophica et sociali, praecipue efferatum ostenderunt odium in veram Christi Ecclesiam eiusque ministros. Id manifeste liquet ex verbis actisque eorum, qui illos tumultus dirigebant quique per leges ac decreta Fidem catholicam illi nobilissimae nationi collatis viribus eripere conati sunt. Memorare satis est civilem cleri constitutionem, quae ipsam Ecclesiae constitutionem, a divino suo Fundatore firmiter inconcusseque stabilitam, penitus evertere tentaverat. Unde non solum Episcopi omnes nefariam illam novitatem improbarunt,

sed ipsa sancta Sedes Apostolica, die 13 aprilis anni 1791, tamquam *haereticam, sacrilegum, schismaticam, iura Primatus et Ecclesiae evertentem, disciplinae cum veteri tum novae contrariam, non alio denique consilio excogitatum atque vulgatam nisi ad catholicam religionem prorsus abolendam,* declaravit ac damnavit. Praeterea in Ecclesiae Antistites et ministros aliosque Fidem catholicam strenua profitentes, effraenata illa seditio exarsit, antiquae saevitiae atque ethnicorum crudelitatis aemula. Persecutorum scelera eorumque nomina communi populorum consensu iure ac perpetuo habentur exsecrata. Qui autem ineunte illo calamitoso mense septembri anni 1792 Parisiis, in coenobio carmelitarum, in seminario sancti Firmini, in Abbatia sancti Germani ac in carcere vulgo *La Force,* passi sunt, adhuc in memoria et benedictione hominum vivunt et vivent, quumque singuli vix describi ac memorari possint, quaedam de tribus praesulibus delibare liceat. — Ioannes Maria du Lau, in dioecesi Petrocoricensi natus anno 1738, a prima aetate pietati et studiis valde inclinatus, adolescens litteris ac scientiis inter condiscipulos facile praestitit. Seminarium sancti Sulpitii ingressus, studiis philosophicis et teologicis sedulo incubuit. Praeclara ob sua merita ad Sedem archiepiscopalem Arelatensem evectus, sanctorum Antistitum decessorum et sancti Caroli Borromaei, archiepiscopi Mediolanensis, vestigia secutus, Ecclesiam sibi concreditam ordine ac prudentia gubernavit. Cleri potissimum studia, disciplinam et spiritum ad sacros canones informavi!, divini cultus splendorem maxime provexit, suoque gregi salutaria pascua constanter praebuit. Parisios profectus, quum civilis constitutionis iuramentum praestare renuisset, in coenobium *des Carmes,* immutatum in carcerem, cum aliis captivis coniectus, ab impiis sicariis violento gladii ictu interfectus est. — Franciscus iosephus de la Rochefoucauld, anno 1736 in dioecesi Engolismensi ortus, tum apud seminarium sancti Sulpitii, tum in collegio Navarrae theologicis disciplinis instructus, anno 1772 Episcopus Bello vacensis renunciatus est. Fidei suae firmitatem operibus et scriptis expresse declaravit, profitens se esse Episcopum catholicum, apostolicum, romanum. In episcopali sede caritate refulsit in pauperes, quibus etiam omnia bona sua testamento donavit. E recessu *des Carmes* ad supplicium vocatus et in locum adductus, ubi iacebat corpus exanime fratris minoris prius caesi, super huius cadaver necatus occubuit. — Petrus Ludovicus de la Rochefoucauld, anno 1744 pariter natus in dioecesi Engolismensi, studia theologica in seminario sancti Sulpitii iam incoepta apud Collegium Navarrae feliciter absolvit. Ad varia officia et ecclesiasticas dignitates electus, tandem ad Sedem episcopalem Santonensem promotus fuit. Pastoralibus virtutibus

praeditus, clero et populo sibi commisso valde profuit. Iuventuti in scholis efe in seminariis excolendae omnem adhibuit curam. Religionis et veritatis assertor ac vindex, Iansenistarum errores reprobavit. Praeses Statibus provinciae *Saintonge* et deputatus Statibus generalibus, absque ulla haesitatione signavit principia exposita adversus constitutionem civilem cleri, quam- et ipse probare et iurare refutavit. Ob eiusmodi constantiam comprehensus suumque fratrem Episcopum Bellovacensem secutus et amplexus, dum sibi suisque inimicis Deum propitium adprecatur, iuramento iterum negato, interemptus est. — De hisce praesulibus eorumque Sociis, fide, passione et causa, uti fertur, aeque praestantibus exclamare liceat: « Haec est vera fraternitas, quae tales héroes Christo Deo primogenito ex mortuis et in multis fratribus in coelo regnanti feliciter adiunxit. Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum ! ». Itaque, quum fama sanctitatis et martyrii praedictorum Servorum Dei magis in xLies percrebuerit, Processus informativus super ea in ecclesiastica Curia Parisiensi adornatus est et deinceps Romam ad Sacram Rituum Congregationem delatus. Nunc autem, instante Rmo P. Francisco Xaverio Hertzog, Societatis Sancti Sulpitii procuratore generali et huius Causae postulatore legitime constituto, attentis litteris postulatoriis omnium Archiepiscoporum et Episcoporum Galliae sacrorumque Antistitum Canadensium et Provinciae Westmonasterien., nec non nonnullorum capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, praepositorum generalium Ordinum seu Congregationum, itemque sanctimonialium Carmelitarum parisiensis monasterii, Emus ac Rmus Dnus cardinalis Vincentius Vannutelii, episcopus Ostien. et Praenestinus, Sacri Collegii Decanus et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Sanctae Fidei Promotore, omnibus maturo examine perpensis, rescribere censuerunt : *Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae biscentum et tredecim Servorum Dei:* Ioannis Mariae du Lau, archiepiscopi Arelatensis, Francisci Iosephi de la Rochefoucauld, episcopi Bellovacensis, Petri Ludovici de la Rochefoucauld, episcopi Santonensis, et Sociorum, qui alphabetico ordine infra describuntur: Abraham Vincentius, Alricy Andreas Abel, André des Pommerays Daniel Ludovicus, Andrieux Renatus Maria, Angar Andreas, Aubert Ioannes Baptista Claudius, Balmain Franciscus, Balzac Petrus Paulus, Bangue Ioannes Petrus,

Barreau de la Touche Ludovicus, Barret Ludovicus Franciscus Andreas, Beaupoil de Saint-Aulaire Antonius Claudius, Bécavin Iosephus, Benoist Ludovicus Remigius, Benoist Ludovicus Remigius Nicolaus, Benoit Ioannes Franciscus Maria appellatus Vourlat, Béraud de Péron Carolus Ieremias, Bernard Ioannes Carolus Maria, Binard Michael Andreas Silvester, (le) Bis Robertus, Bize Nicolaus, Bochot Claudius, (de) Boisgelin de Kerdu Thomas Petrus Antonius, Bonnaud Iacobus Iulius, Bonnel de Pradal Ioannes Franciscus, Bonze Petrus, Bottex Ioannes Baptista, Boubert Ludovicus Alexius Mathias, Boucharen de Chaumeils Ioannes Antonius, (le) Bous de la Villeneuve de la Viliecrohain Mathurinus Nicolaus, Bousquet Ioannes Franciscus, (du) Bouzet Antonius Carolus Octavianus, Briquet Petrus, Brisse Petrus, Burté Ioannes Franciscus, Capeau Ioannes Andreas, Camus Carolus, Carón Ioannes Carolus, (de) Caupenne Bertrandus Antonius, Cayx appellatus Dumas Claudius, Chapt de Rastignac Armandus, Charton de Milou Ioannes, Chaudet Claudius, Chevreux Ambrosius Augustinus, Clairet Nicolaus, Colin Claudius, Colin Nicolaus, Costa Salvator, (de) Cucsac Bernardus Franciscus, (le) Danois Ludovicus, Dardan Franciscus, Delfaut Guilelmus, Deruelle Mathurinus Victor, Desbrielles Sebastianus, Desprez de Roche Gabriel, Dubray Thomas Nicolaus, Dubuisson Thomas Renatus, Dufour Iacobus, Dumasrambaud de Calandelle Franciscus, TDuval Dionysius Claudius, Duval—Ioannes Petrus, Ermes Henricus Hyppolitus, Falcoz Iosephus, Fangousse de Sartret Iacobus, Fauconnet Marcus Antonius Philippus, Fautrel Gilbertus Ioannes, Felix Eustachius, Fontaine Claudius, (de) Foucauld de Pontbriand Armandus, Fougères Philibertus, François Ludovicus Iosephus, Friteyre-Durvé Iacobus, Gagnières des Granges Claudius Franciscus, Galais Iacobus Gabriel, (de la) Gardette Michael Franciscus, Garrigues Petrtis Ioannes, Gaudreau Nicolaus, Gauguin Petrus, Gauthier Ludovicus Laurentius, Gervais Petrus Ludovicus, Gillet Stephanus Michael, Girault Georgius, Giroust Georgius Hieronymus, Goizet Ioannes, Grasset de Saint-Sauveur Andreas, Gros Iosephus Maria, Gruyer Ioannes Henricus, (le) Gué Carolus Franciscus, Guerin Petrus Michael, Guerin du Rocher Petrus, Guerin du Rocher Robertus Franciscus, Guesdon, Guillaumot Franciscus, Guilleminet Ioannes Antonius, Guillon de Keranrun Ivon Andreas, Hébert Franciscus Ludovicus, Hédouin Iulianus Franciscus Ioannes, Hénocq Petrus Franciscus, Herque du Roule Eligius, Hourrier Iacobus Stephanus Philippus, Huré Sanctes, Hurtrel Carolus Ludovicus, Hurtrel Ludovicus Beniaminus, Jannin Ioannes Baptista, Joret Petrus Ludovicus, Lacan Ioannes, (le) Laisant Ioannes Petrus, (le) Laisant Iulianus, (de la) Lande Iacobus, Landry Petrus, (de) Lan-

giade Petrus Alexander, Lanfant Anna Alexander Carolus Maria, Lanier Aloisius Ioannes Matthaeus, Laporte Claudius Antonius Rodulphus, Lanchon Gilles Ludo vicus Symphorianus, Laugier de Lamanon Franciscus Ludovicus, Laurent, (de) Lavèze Belay Ioannes Iosephus, Leber Michael, Lebreton Carolus Richardus, Lefranc Franciscus, Leclercq Guilelmus Nicolaus Ludovicus, Leclercq Petrus Florentius, Lefebvre Olivierus, Lefebvre Urbanus, Legrand Ioannes Carolus, Lejàrdinier Deslandes Iacobus Iosephus, Lemaître Ioannes, Lemercier Michael Iosephus, Leroy Ioannes Thomas, (le) Livec Franciscus Hyacinthus, Londiveau Franciscus Caesar, Longuet Ludovicus, Loublier Martinus Franciscus Alexius, (de) Lubersac Iacobus Franciscus, Luzeau de la Mulonnière Henricus Augustus, Maignien Gaspar Claudius, Maineaud de Bisefranc Claudius Sylvanus, Marchand Ioannes Philippus, Marmotant de Savigny Claudius Ludovicus, Martin, Massey Renatus iulianus, Massin Ioannes, Mauduit Ludovicus, Méallet de Fargues Franciscus Ludovicus, Menuret Iacobus Alexander, (le) Meunier Iacobus Ioannes, Millet Henricus Ioannes, Monge Ioannes Maria, Mounier Franciscus Iosephus, Monsaint Thomas Ioannes, Morel Ioannes Iacobus, Mouffle Maria Franciscus, Nativelle Ioannes Baptista, Nativelle Renatus, Nezel, Nogier Mathias Augustinus, Oviefve Iosephus Ludovicus, Pazery de Thorame Iosephus Thomas, Pazery de Thorame Iulius Honoratus Cyprianus, Pazery de Thorame Petrus Franciscus, Pellier Ludovicus, Pey Franciscus Iosephus, Philippot Ioannes Michael, Ploquin Petrus, Pottier Petrus Claudius, Ponse Claudius, Pontus Ioannes Baptista Michael, Poret Renatus Nicolaus, Porlier Augustinus, Poulain de Launay, Psalmon Petrus Nicolaus, Queneau Ioannes Robertus, Rabé Iacobus Leonorus, Rateau Ioannes Iosephus, (de) Ravinel Stephanus Franciscus Deodatus, Regnet Petrus Robertus Michael, Rey de Kervisic Ivon Ioannes Petrus, Rigot Ludovicus Franciscus, Robert de Lézardière Iacobus Augustinus, Rosé Ludovicus Franciscus, Rostain Ioannes Caesar, Rousseau Claudius, (le) Rousseau Vincentius Iosephus, Roussel Nicolaus Carolus, Royez Marcus Ludovicus, (de) Salin de Niart Franciscus Urbanus, (de) Saint-Clair Guyard Ioannes Ludovicus, Saint-James Petrus, Samson Ioannes Henricus Ludovicus, Savine Ioannes Antonius, Schmid Iacobus Ludovicus, Seconds Ioannes Antonius, Séguin Ioannes Antonius Barnabas, Simon Ioannes Petrus, Tessier Ioannes Baptista Maria, Texier iosephus Martialis, Thierrey Ioannes Iosephus, Thomas Lupus appellatus Bonnotte, (de) Turmenyes Petrus Iacobus, Urvoy Renatus Iosephus, Valfons de la Calmette Carolus Regis Matthaeus, Vareilhe Duteil Franciscus, Veret Carolus Victor, Verrier Petrus Ludovicus Iosephus, Verrón Nicolaus Maria, (de) Villette

Ioannes Antonius Iosephus, Violard Guilelmus, Vitalis Petrus iacobus Maria, Volondat Iosephus. Quoad tres reliquos Dei Famulos Dufour Ludovicum, Dubois et Gaubert, *dilata* et coadiuventur probationes. Die 18 ianuarii 1916.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum ipsius Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Parisiensis beatificationis seu declarationis martyrii biscentum et tredecim Servorum Dei praedictorum: Ioannis Mariae du Lau, archiepiscopi Arelatensis, Francisci Iosephi de la Rochefoucauld, episcopi Bellovacensis, Petri Ludovici de la Rochefoucauld, episcopi Santonensis, et Sociorum, die 26, eisdem mense et anno.

A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUF., *S. B. G. Pro-Praefectus,*

h. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

Ii

DECRETUM

DE LAMPADE CORAM SANCTISSIMO SACRAMENTO

Instantibus pluribus Ordinariis locorum, in quibus ad nutriendam lampadem coram SSmo Sacramento ardentem, ob peculiares circumstantias, sive ordinarias sive extraordinarias, oleum olivarum non habetur vel ob gravem penuriam aut summum pretium, non absque magna difficultate, comparari potest, S. Rituum Congregatio, inhaerens decreto n. 3121, *Plurium Dioecesium,* d. d. 14 iunii 1864, aliisque subsequentibus declarationibus etiam recentioribus, rescribendum censuit: « Inspectis circumstantiis enunciatis iisque perdurantibus, remittendum prudentiae Ordinariorum, ut lampas, quae diu noctuque collucere debet coram Sanctissimo Sacramento, nutriatur, in defectu olei olivarum, aliis oleis, quantum fieri potest, vegetalibus, aut cera apum pura vel mixta, et ultimo loco etiam luce electrica adhibita; si Sanctissimo placuerit ».

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens,

quoad lampadem accensam ad SSmum Sacramentum debite honorandum praescriptam, in casibus et modis superius expositis, rem omnem prudenti iudicio Ordinariorum, cum facultatibus necessariis et opportunis, benigne remisit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23 februarii 1916.

A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUE., *S. B. G. Pro-Praefectus.*

L. ffi S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

DECRETUM

DE SACERDOTUM ET SACRORUM MINISTRORUM NUMERO IN BENEDICTIONE ET CONSECRATIONE SANCTORUM OLEORUM.

Quum ob praesens immane diuturnumque bellum sacerdotes et sacri ministri, qui ad benedictionem et consecrationem sanctorum oleorum peragendam iuxta Pontificale Romanum requiruntur, utpote militiae addicti et obstricti ita deficiant, ut pauci ^tantum sacrae caeremoniae interesse possint, nonnulli sacrorum antistites SSmum Dominum nostrum Benedictum Papam XV suppliciter exorarunt, ut in hisce circumstantiis a praescripto sacerdotum et sacrorum ministrorum numero, in casu et ad effectum enunciatum, dispensare dignaretur. Sanctitas porro Sua, has preces ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefecto relatas peramanter excipiens, indulgere dignata est, ut Rmi Archiepiscopi et Episcopi intra fines nationum belligerantium, tum hoc anno, tum durante clericorum defectu proveniente ex hoc bello, consecrationem sanctorum oleorum conficere valeant eo presbyterorum et sacrorum ministrorum numero, qui pro loci rerumque adiunctis reperiri poterit; dummodo tamen minor non sit ternano numero ex quolibet gradu, cum facultate deficientibus subdiaconis substituendi acolythos. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 23 februarii 1916.

A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUF., *S. R. G. Pro-Praefectus.*

L. © S

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

DUBIA

A Sacra Rituum Congregatione expostulata fuit sequentium dubiorum solutio; nimirum:

In Decreto S. R. C. diei 28 octobris 1913 (tit. I, n. 2) legitur: « Ubi solemnitas externa festorum quae hucusque alicui Dominicae perpetuo affixa erant, *in ipsa Dominica* celebratur, de solemnitate festi duplicis I classis *permittuntur* missae omnes;... de solemnitate vero festi duplicis II classis *permittitur* tantum unica Missa solemnis vel lecta »; quaeritur :

I. An solemnitas externa cum enunciato privilegio recolenda in Dominica cui prius afiixum erat festum, intelligi possit celebranda tam in praefata Dominica quam in altera Dominica diversa festum insequente ?

II. An in Ecclesiis ubi praefata solemnitas externa agitur, Missae a memorato decreto concessae de ipsa solemnitate celebrari tantum possint, vel etiam debeant? «

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, propositis quaestionibus ita respondendum censuit:

Ad I et II *affirmative* ad primam partem, et *negative* ad secundam, seu standum terminis Indulti. Atque ita rescripsit ac declaravit.

Die 12 februarii 1916.

A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUF., *S. B. G. Pro-Praefectus.*

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

MOHILOVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (RADZIWILL-BBNARDAKI).

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 27 iulii 1915, BR. PP. DD. Ioseph Mori, Ponens, *Fridericus Cattani et Raphaël Chimenti, Auditores de turno, in causa* Mohilovien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Michaelem Radziwill, *actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium advocatum Sacconi, et advocatum Nazarenum Ferrata, et* Mariam Benardaki, *r eam conventam, cum assistentia legitimorum procuratorum advocati Caroli Santucci, et advocati Christophori Astorri, interveniente et disceptante in causa vinculi defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Excellentissimus princeps Michael Radziwill, natus in urbe Berolini an. 1870, in qua eius parentes resident, et postea civilitate Russiaca auctus ut apud hoc regnum diplomaticum curriculum inire posset, romano-catholicus religione, an. 1898 ardenti amore prosequi coepit schismaticam puellam graeco-orthodoxam Mariam Benardaki, ortam an. 1874, quae cum suis parentibus Parisiis in propria domo, via Ghaillot n. 65, domicilium habebat a pluribus annis. Principis familia, ut romano-cathoiica, hoc matrimonium adversante ob diversitatem tum gradus, tum religionis, nihilominus Michael, circa medietatem iulii eiusdem anni 1898, sponsalium pactum cum Maria conficere non dubitavit; dein, cum ipse dicto anno iam addictus exstaret legationi Russiacae in civitate Londinensi apud anglicum gubernium, et aliunde probe nosceret sibi perarduum fore adinvenire catholicum sacerdotem, qui vellet nuptiis in ritu catholico benedicere post easdem secutas in ritu graeco-orthodoxo iuxta legis russiacae praescriptionem, ad hunc obicem removendum, sub finem

mensis augusti petiit Petropolim una cum sponsa Maria et huius parentibus. Inibi adinvenit quemdam religiosum sacerdotem e familia Fratrum Ordinis Praedicatorum, cui nomen erat P. ioannis Lagrange: hic prius private et secrete in sua domo benedictionem nuptialem sponsis impertitus est, obtenta, ut ipse refert, praevia delegatione ab Ordinario Mohiloviensi ; deinde, die 2 sept. successivi, sponsi coadunati in corpore vulgo *des Pages* accesserunt pro celebratione matrimonii ad ecclesiam schismaticam S. Ioannis Melitensis coram P. Lebedieff, capellano graeco-orthodoxo et, expleto ritu schismatico, remearunt ad iterandam matrimonii celebrationem iuxta ritum catholicum in adiuncta et contigua catholica ecclesia, qui pari solemnitate ab eodem P. Lagrange peractus est.

Post secutam duplicem matrimonii celebrationem, sponsi illico, scilicet eadem die, Petropolim civitatem reliquerunt et, nuptiali duorum vel trium mensium expleto itinere, ad Londinensem urbem appulerunt. Sponsi per aliquot annos in mutua concordia et pace convixerunt et ex inito connubio proles etiam enata est. At dein, exortis dissidiis, sponsi tandem se ad invicem separarunt, quin nulla spes reconciliationis affulgeret. In posterum Princeps, ex conversatione habita cum nonnullis theologis et in canonico iure peritis, edoctus suum matrimonium nullitate laborare, circa initium mensis septembris a. 1909, convolavit ad Sanctissimum, supplici porrecto libello pro obtinenda declaratione nullitatis praefati matrimonii, et Summus Pontifex, apostolica Commissione d. 7 eiusdem mensis H. S. Tribunali Rotali tribuit facultates necessarias et opportunas ad videndam et resolvendam propositam quaestionem.

Processus instructio, utpote apud diversas Curias ecclesiasticas peracta, pro collectione depositionum et documentorum, in longum abiit: et hinc est quod hodie primum controversia disceptationi proponitur sub consueta dubitandi formula: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

In iure. - Ad ius quod attinet, Patres Domini animadverterunt in imperio russiaco decretum Concilii Tridentini *Tametsi de reform, mat.* vigere, una vel altera dioecesi excepta, ut ex indice Ioderiano constat et refert card. Gasparri in sua append. all. n. V tract, *de mat,* una cum aliis auctoribus. In hac vero exceptione non comprehenditur dioecesis Mohiloviensis, uti edicitur in attestatione quadam episcopi Attaliensis, olim suffraganei archiepiscopi Mohiloviensis producta in alia causa matrimoniali apud hoc tribunal quae exitum non habuit: quae

attestatio ita se habet: « Infrascriptus testatur decretum Conc. Trid. «*Tametsi* vigere in universa Archidioecesi Mohiloviensi ». Verum forma Tridentina tantum locum habet pro romano-catholicis illius imperii, non autem pro matrimoniis haereticorum seu orthodoxorum, sive inter se contrahant aut cum romano-catholico : nam dispositio quae prius a Pio VI, 2 martii 1780, concessa fuerat pro Polonia russiaco imperio subiecta, postea a Gregorio XVI, die 19 aug. 1844?, per organum S. C. a Negotiis extraordinariis extensa fuit ad matrimonia haereticorum et mixta totius imperii russiaci declaratione orali sequentis tenoris: « respon- « dendum oretenus matrimonia mixta quae in russiaco imperio et in « regno Poloniae inita sunt praeter formam a Conc. Trid. praescriptam, « esse prudenter dissimulanda et, quamvis illicita, pro validis habenda, « nisi tamen aliud obstet canonicum impedimentum ».

Quibus positis, cum in facti specie agatur de uno sponso romano-catholico, qui venit a loco in quo Conc. Trid. non est publicatum, uti Londini, ad locum in quo pro catholicis viget, et viceversa de altero seu haereticae nempe graecae-orthodoxae religionis, qui venit a loco non exempto, nam Parisiis forma Tridentina tenet etiam haereticos, ad locum in quo pro istis et pro matrimoniis mixtis militat immunitas a dicta forma, videndum nunc est, quomodo in subiecta materia lex Tridentina sese explicet vel obliget. Iam vero haec obligat territorialiter et personaliter, seu est localis et personalis. Card. d'Annibale, in *Sum. T. M.*, t. 3, § 457, haec ad rem habet: « Decretum Trid. est reale et « personale : reale quia statuit formam contractus quae dat esse rei, « personale, quia sponsos ad contrahendum sine parocho et testibus « inhabiles reddit, atque ideo eos sequitur, licet eo loco ubi contrahunt « non in fraudem versentur, nisi alter ex eis saltem quasi-domicilium eo « sibi comparaverint ».

Id aperte deducitur ex celebri responso dato a S. C. C. d. 5 septembris 1626, approbato ab Urbano VIII: « An incolae, tam masculi quam « foeminae loci, in quo Conc. Trid. in puncto matrimonii est publicatum, « transeuntes per locum in quo dictum Concilium non est publicatum, « retinentes idem domicilium valide possint in isto loco sine parocho « et testibus matrimonium contrahere? Quid si eo praedicti incolae, tam masculi quam foeminae, solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes? « Ad primum et « secundum non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes « ac transeuntes cum fraude ». Unde lex Tridentina in ordine ad matrimonium prosequitur adstrictos velut umbra corpus etiam in territorio ab eo exempto, quoadusque ii retinent domicilium in loco subiecto.

Neque requiritur ut adstricti in locum exemptum sese transferant animo eludendi legem, ut nonnulli minus recte opinati sunt, nam, ut ait cardinalis D'Annibale (loc. cit., in nota, n. 42) : « Fraus intelligitur facto « et reipsa, si nullo ibi constituto domicilio, vel quasi-domicilio, sic « matrimonium contrahunt », ut ex notificatione Bened. XIV 33 n. 8 et decreto S. U. Inquisit., probante SSmo d. 22 aprilis 1858 in qua quaestio haec fuit discussa: et in praefata nota adiiciuntur etiam nonnullae decisiones S. C. G. et aliud decretum S. U. Inquisit., d. 17 maii 1804, pariter probante SSmo in confirmationem traditae doctrinae. Ex quo fit ut tam catholici quam haeretici venientes a loco in quo, ratione domicilii vel quasi-domicilii, lege Tridentina sunt coarctati, in locum exemptum, nullam aliam viam habeant legem vitandi, quam in isto iigere domicilium vel quasi-domicilium, veteri relicto vel abdicato, exceptis vagis, de quibus infra.

Sed obligatio legis Tridentinae, cum afficiat nedum personam sed etiam locum, ex hac postrema qualitate locali fit ut lex adstringat nedum incolas et domiciliâtes in loco affecto, sed etiam alienígenas vel peregrinos seu improprie vagos, qui inibi matrimonio iungi cupiunt; nam hi tenentur legibus, sive scriptis sive non scriptis, locorum in quibus contractus fit, quoad huius solemnitatem ex *cap. ult. de for. compet,* et ex leg. 6 ff. *de evictionibus* (vide Sánchez, *de mat.,* tom. I, disput 18, n. 15 et 26). Exinde adagium: « locus regit actum », quocirca hi licet veniant a loco exempto, tamen ratione loci affecti per quem transeunt tenentur ad servandam formam Tridentinam in matrimonii celebratione, et si clandestine illud contrahant absque delegatione parochi vel Ordinarii proprii domicilii vel quasi-domicilii, nulliter contrahunt. Parochus autem proprius sponsorum non est ille in cuius parochia quis momentanee commoratur, sed ille in cuius districtu domicilium vel quasi-domicilium habet seu retinet, exceptis vagis, sive agatur de iis qui nullum domicilium vel quasi habuerunt vel quaerunt, scilicet vagabundi, sive de iis qui, veteri domicilio relicto, adhuc novum non acquisiverunt seu dicti improprie vagi per assimilationem, uti eos distinguit F. Deshayes in suo *Tractatu de matrimonii clandestinitate,* quaest. 39 ; pro huiusmodi vagis parochus proprius est ille in cuius parochia interim resident, neque hi confundendi sunt cum peregrinis aut alienigenis alibi adhuc retinentibus suum domicilium vel quasi-domicilium, pro his enim parochus proprius est ille domicilii vel quasi-domicilii et non simplicis commorationis (Bened. XIV, in sua *histr. eccl.,* 33, n. 10). Ut enim habet Wernz in suo voto in causa *Parisien.,* elucubrato pro eiusdem propositione sub die 20 aug. 1898 et decisa iuxta suam sententiam sub die 28 ian.

an. 1899 a S. G. G., triplex tantum datur titulus ad habendum parochum proprium nempe domicilii, quasi-domicilii et vagitatis; quartus titulus, nempe simplicis commorationis, non datur. Quae doctrina de huiusmodi peregrinis non vagis venientibus a loco exempto a Lege Tridentina ad locum non exemptum, firmatur in quodam voto edito a P. Tarquini in alia causa Parisiensi an. 1868: « Peregrini invalide con- « trahunt in loco, ubi Tridentinum receptum est absque praesentia « parochi et testium, quamvis in propria dioecesi Tridentinum non esset « receptum... Imo quamvis in dicto casu peregrinus non vagus neque « domicilium aut quasi-domicilium figere volens in loco Concilii recepti « contraheret coram loci parocho et testibus, adhuc non modo illicite « sed etiam invalide ageret, qui non contraheret coram parocho proprio ». Et ratio est quia quamvis hi non ligantur personaliter virtute decreti utpote non recepti in loco in quo domicilium vel quasi-domicilium habent, ligantur tamen localiter vi decreti eiusdem publicati in loco per quem transeunt, uti praecise Bened. XIV in sua declaratione pro Hollandia statuit pro haereticis inibi domiciliatis et transeuntibus postea ad catholicas regiones.

Verum quid dicendum si unus ex matrimonium contrahentibus sit exemptus a lege Tridentina, huiusmodi contractus retineri poterit uti validus non servata forma Tridentina? Profecto duo contrahentes sponsi relate ad contractus formam retinentur quasi ut individuum seu una persona: et propter hanc individuitatem contractus in matrimonio inductum est, ut privilegium exemptionis a lege Tridentina uni parti competens alteri parti non exemptae communicari possit, ceu explicat card. D'Annibale, 1. c, § 452, et tradit et asserit § 460: « Qui exemptus a « Tridentino contrahit matrimonium cum eo qui Tridentino est obno- « xius, in loco ubi hoc non viget, vel ubi obtinet declaratio Bened. XIV « privilegium propter contractus individuitatem, alteri parti communicat, « sive ipse catholicus sit, sive schismaticus, sive haereticus, et valide « contrahunt, iuxta dec. S. U. Inqu. die 2 iunii 1803 » (cfr. notam n. 15 cit., § 460). Eadem docet Bened. XIV *(de Syn. dioec,* lib. VI cap. 6, n. 12): « Quoniam cum coniugum alter tum ratione loci in quo habitat, tum « ratione societatis in qua vivit, exemptus est a Tridentinae Synodi « lege, exemptio qua ipse fruitur, alteri parti communicata manet pro- « pter individuitatem contractus, vi cuius exemptio quae uni ex partibus « competit ad alteram secundum etiam civiles leges extenditur eique « communicatur ». Addit autem card. Gasparri (1. c, n. 1167): « Ante « Benedictum XIV hoc principium nonnulli admittebant, alii negabant: «sed post Bened. XIV omnes, et in foro et in scholis, illud retinent ».

Verum ut pars exempta alteri parti non exemptae communicet privilegium exemptionis, requiritur ut exemptio a lege Tridentina quoad matrimonii formam sit completa seu territorialis et personalis et non personalis tantum, ut falso opinati sunt Garriere, *de matr.*, n. 1190, et Scherer in *Manuali Ms eccl.*, t. 2, n. 209, legi Tridentinae denegantes vim localem contra communem, quorum sententiam Wernez in supra cit. Voto, n. 32, omnino reiicit. Sane id, praeter alia, deducitur ex declaratione S. U. Inquisit. die 14 dec. 1859, quam iuvat hic exscribere: « Lex "Tridentina de « clandestino matrimonio debet sane in unaquaque paroecia promulgari; « sed facta semel promulgatione, eiusque observantia permanente, lex « territorium afficit et adequate loquendo localem et personalem esse in « confesso est apud omnes. Quatenus localis afficit territorium eosque qui «ibi matrimonio iungendi sunt, obligat: quatenus vero personalis eos « alligat qui domicilium vel quasi-domicilium habentes in loco ubi Tri- « dentinum decretum promulgatum est et viget, in altero ubi non viget « contrahere vellent ». Prima pars postremae periodi, uti per se patet, refertur ad venientes a loco exempto a lege Tridentina in locum non exemptum et dicitur eos affici nisi ex speciali titulo excipiantur. Quare Wernez, in [fine praecitati voti, sequentes sibi proponit quaestiones : « Utrum incolae, tam masculi quam foeminae, alicuius parochiae, in qua « cap. *Tametsi* Conc. Trid. non est promulgatum, transeuntes ad paro- « chiam in qua dictum cap. *Tametsi* est promulgatum, retinentes domicilium unde discesserunt, valide possint in ista nova parochia matri- « monium contrahere: 1. sine ullo parocho et testibus, aut, 2. pro more « vagorum, saltem coram parocho simplicis commorationis et testibus, « aut 3. ad contrahendas valide nuptias debeant necessario contrahere « aut coram parocho proprii domicilii retenti vel saltem ab ipso dele- « gato aut coram parocho veri domicilii vel quasi-domicilii acquisiti « in parochia ad quam transierunt », dictas quaestiones dimittit respondendo: « *Negative* ad primam et secundam; *Affirmative* ad tertiam ».

Quin aliquid obstet doctrina allegata a vinculi defensore innixo super auctoritate dari Vecchiotti in suis *Inst.*, v. 3, § 106, circa finem utpote in casu non applicabili. Hic auctor in tertio casu agit de iis qui ex loco in quo lex non obligat, transeuntes contrahunt in loco in quo pariter lex non obligat, et ita respondet : « In tertio casu matrimonium validum est etiamsi neuter ibi domicilium acquisiverit: v. g. vir «et mulier sive catholici sive acatholici in Anglia domiciliati transeunt « Baltimoram et ibi per neutrum acquisito domicilio, clam contrahunt : « validum est connubium. Idem dicendum si alteruter tantum sit e loco « in quo lex prorsus non obligat, v. gr. si Baltimoram transeuntes alter

« in Anglia, alter in Italia domicilium vel quasi-domicilium habeat: « nec aliter dicendum si in utroque loco soli haeretici sint liberi et si « utraque pars vel altera sit haeretica. Sic duo acatholici, vel alter « catholicus alter haereticus in Hollandia domiciliati transeunt in Hiber- « niam ibique praedicto modo contrahunt. Semper sufficit ut una pars « non obstringatur a lege, attento principio quo exemptio alteri parti « communicatur ». Hic in postremo casu valor matrimonii repetitur non ab immunitate locali catholici a lege Tridentina, quia catholicus in utroque loco tenetur, dum haeretici inibi ob vigens privilegium Benedictinae declarationis non adstringuntur, quod privilegium ob individuitatem contractus alteri parti catholicae communicatur licet de se non habili. At species nostra est valde diversa, quia utrique coniuges lege Tridentina afficiuntur, nempe sponsus quia licet domiciliatus in loco exempto, ut est Londinum, tamen ad ineundum matrimonium se transtulit Petropolim in qua civitate decretum *Tametsi* viget pro catholicis, et sponsa quia provenit de loco non exempto etiam pro haereticis ut est civitas Parisiensis, et quamvis ipsa sit haeretica et Petropoli pro haereticis et schismaticis non vigeat lex, tamen in ordine ad matrimonium ineundum frui non potest exemptione nisi per novum domicilium aut quasi-domicilium inibi acquisitum, quod eam liberet a personali et territoriali obligatione contracta in loco non exempto a Tridentino iure. Unde cum utrique sponsi Tridentinae formae sint obnoxii, inepte invocaretur privilegium exemptionis partis schismaticae vel haereticae.

Nec regerere iuvat cum eodem vinculi defensore, quod lex Tridentina iii casu non obligabat peregrinum Michaelem Radzwill venientem a loco immuni et transeuntem Petropoli, quia inibi eadem lex non erat communis sed tantum pro catholicis inter se contrahentibus et non cum haereticis pro quibus forma Tridentina in eo loco non viget: in casu siquidem agitur non de haeretica vel schismatica domiciliata Petropoli, sed alibi in loco non exempto a quo veniebat non dimisso priori domicilio vel quasi-domicilio. Unde card. Gasparri 1. c, 1191 haec ait: « Ex dictis résolve casum peregrini aut vagi, qui ex loco ubi non viget, « transit in aliquem ex hisce locis ubi matrimonio haereticorum inter « se aut mixta valida sunt licet decretum pro catholicis vigeat, ac ibi « clandestine contrahit. Nam si peregrinus aut vagus est catholicus vel « contrahit cum catholica et matrimonium est nullum, vel contrahit « cum haeretica et matrimonium est validum, licet illicitum. Si autem « peregrinus aut vagus est haereticus, semper validum est, etsi cum « catholica initum sit illicitum... At si peregrinus aut vagus haereticus

« a loco veniat ubi decretum Tridentinum viget, illius matrimonium « potest esse quoque nullum ». Si nempe contrahant cum catholica, et actionem reddit (cit. auctor in seq. n. 120) : « quia lex Tridentina est « simul localis et personalis et quatenus personalis adeo afficit personas « ut eas sequitur etiam in loco in quo non est promulgata »\ Unde dicta haeretica persona non potest alteri parti legi Tridentinae adstrictae seu catholicae communicare exemptionis privilegium, quod non habet ob retentionem domicilii in loco a Tridentina lege non immuni: aliter tamen esset si alter coniux, cui nubit, esset pariter haereticus, quia hic comparti inhabili participaret privilegium.

Neque demum attendenda est altera difficultas ex eo desumpta quod Maria e Parisiis Petropolim proficiscens pro matrimonii celebratione priori domicilio valedixit et ita immunis evadens a lege Tridentina, nullum fraudi locum dederit iuxta Urbanianum decretum, nam haec fraus praevie purgari debet per fixionem domicilii in loco in quo contrahitur, iuxta declarationem S. Officii die 7 iunii 1867, relatam a card. Gaspard cit., n. 1205 : « Iuxta ea quae in hoc decreto (Urbani VIII) « sanciuntur, qui domicilium habent et retinent in loco ubi Tridentina «lex viget, nequeunt valide matrimonium inire in loco ubi non viget, « nisi ibi nedum habitationem, sed etiam vere domicilium fixerint, quo « fraudem, si quae intercesserit, omnino purgare debeant ». Caeterum haec praesumptio de non mutatione domicilii ante contractas nuptias praesertim pro filiis cohabitantbus cum parentibus, cohaeret cum ipso iure romano *ex leg. 32 ad mancip.* « Ea quae desponsa est, ante con« tractas nuptias suum domicilium non mutat ». Unde Scherer ita colligit (1. c, p. 139): « Competentia parochi... eo in casu quo per celebra« tionem matrimonii efficitur mutatio domicilii, demum cessat post « contractas nuptias ».

In facto. - Relate ad retentionem domicilii in civitate Parisiensi ex parte sponsae Mariae Benardaki tempore quo eius matrimonium Petropoli cum principe Michaele Radzivill secutum fuit, Patres Domini haec adnotarunt. Cum Maria Benardaki etiam post aetatem maiorem consecutam et tempore contracti matrimonii adhuc conviveret Parisiis cum parentibus in eorum domo, ad probandum quod ipsa pro celebratione matrimonii non petierit Petropolim in fraudem legis Tridentinae oporteret demonstrare quod pater eius Nicolaus in hac civitate domicilium vel quasi-domicilium retineret, vel ipsa illud *inibi* fixerit, abdicato paterno; mutatio enim domicilii non praesumitur ex simplici transitu in alium locum ob nuptias attenta earum incertitudine iuxta nuper allegatam

legem 32 ad municip. At id ex testibus adductis et documentis non constare iidem Patres Domini retinuerunt. Utique Nicolai pater Demetrius a Graecia uti architectus vocatus circa an. 1864 ad dirigendam fabricam ecclesiae graecae-orthodoxae, Petropoli inibi sibi domicilium comparavit. Sed patre demortuo Nicolaus hanc domum an. 1877 alienavit, et aliam emit Parisiis, via Chaillot, n. 65, in quam transtulit suos lares et etiam mobilia, ceu testatur eadem Maria in quadam epistola (Summ., n. 80) in eaque habitabat tempore matrimonii suae filiae: ergo originario domicilio Nicolaus iam a longo tempore nuntium miserat.

Neque attendenda sunt testimonia Helenae de Gontade et Verae de Talleyrand respective sororis et amitae Mariae, quae referunt de domo existente Petropoli indivisim possessa a patre conventae Nicolao et ab huius fratre Costantino, in qua existebat officina et duae sectiones *(étages)* pro horum habitatione. Nam primo in libris politiae russiacae nomen Nicolai non apparet inscriptum tamquam incolae, et aliunde ex testium depositione constat illum quoties Petropolim petebat ad publica diversoria descendisse. Secundo: si haec domus et officium reapse pertinuisset ad Nicolaum licet indivisim cum eius fratre, illius inscriptio in libro seu regesto tributorum aliquatenus exstare debuisset. Sed anno 1898 nulla adest inscriptio Nicolai ßenardaki nomine in publico taxarum officio Petropolensi: ulterius apparet dicto tempore controversam domum pertinuisse ad alium proprietarium ceu fidem perhibet publicum instrumentum (Sum., n. 84). Quare domus, de qua loquuntur testes, confunditur probabilius cum illa quae ad architectum Demetrium Nicolai patrem spectabat, et quae an. 1877 fuit alienata. Quod si nonnulli testes loquuntur de itineribus Nicolai quotannis ad Petropolim pro expediendis negotiis, hoc constituere non valet ne quasi-domicilium quidem ut tradit card. D'Annibale (1. c, vol. 1, § 84): « Si quis aliquo veniat « quasi viator, vel litis aut negocii expediendi gratia, his expeditis, aut « muneris quaerendi causa, eo non quaesito, discessurus, quamvis praeter « opinionem eo loci immorari vel per annum contigerit, quasi-domici- « lium eo non acquiri verius est ». Quod autem Maria habuerit animum figendi Petropoli domicilium, aut inibi tempore contracti matrimonii iam fixerit, ex nullo argui potest facto, imo contrarium eruitur, siquidem ante contraendum matrimonium Petropoli duabus vel tribus hebdomadis tantum mansit, et eo secuto illico profecta est.

Item Patres Domini non constare edixerunt de domicilio vel quasi-domicilio a principe Michaele Radziwill tempore nuptiarum retento Petropoli, ad quam civitatem ipse divertit ad eas contrahendas. Ipse eo tempore, uti ex officiali documento constat (Summ. n. 63) erat addictus ceu

adiunctus legationi russiacae apud anglicum gubernium in civitate Londinensi, in qua proinde habebat ratione quasi-domicilii, ad ea quae tradit card. Gasparri (1. c, n. 1105, edit. 3), parochum proprium relate ad matrimonium. Cum itaque sponsa Parisiis et sponsus Londini essent domiciliati et neutrius parochus sive per se sive per delegationem eorum matrimonio Petropoli ab ipsis contracto intercesserit, in comperto est ipsum ex defectu formae Tridentinae ad quam erant adstricti ex superius disputatis, nullitate laborare, nihil ad rem conferente supposita data delegatione P. Lagrange ab Archiepiscopo Mohiloviensi, etiamsi ea paulisper admittatur, quia hic non erat eorum Ordinarius in ordine ad matrimonium, cum ipsi non pertinerent tamquam parochiani ad civitatem Petropolim. Coeterum non libet ulterius immorari super hac quaestione, cum ipse defensor vinculi hunc defectum domicilii vel quasi-domicilii in suis animadversionibus pro nunc admittat.

Quibus omnibus in iure et in facto sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative, seu constare de nullitate matrimonii in casu:* susceptam exinde prolem, attenta sponsorum bona fide, legitimam renunciantes. Expensas vero iudiciales decernimus esse sustinendas pro dimidia parte a procuratoribus actoris, pro altera dimidia a procuratoribus reae conventae.

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess, XXV Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint,

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 27 iulii 1915.

Ioseph Mori, *Ponens.*
Fridericus Cattani.
Raphael Chimenti.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. H. DESQUEYROUS, PROCURATOREM GENERALEM SODALIUM DOMINICIANORUM PROVINCIAE HIBERNIAE, DE EPHEMERIDIBUS « THE IRISH ROSARY » ET « THE IMELDIST » REVERENTER EXHIBITIS, GRATIAS PERSOLVENS.

Mon très Révérend Père,

C'est avec une bienveillance toute spéciale que le Souverain Pontife Benoît XV a daigné agréer l'hommage que vous Lui avez fait, au nom des RR. PP. Dominicains de la Province d'Irlande, des Revues « The Irish Rosary » et « The Imeldist », publiées par leurs soins.

Héritier de la sollicitude Apostolique de Ses illustres prédécesseurs, en particulier Léon XIII et Pie X de sainte mémoire, concernant la dévotion au Saint Rosaire et la pratique de la Communion fréquente, le Saint-Père me charge d'exprimer par votre entremise aux Directeurs de ces excellentes Revues Son auguste satisfaction pour le zèle si louable et si éclairé avec lequel ils s'efforcent de promouvoir ces puissants moyens de régénération et de sanctification.

Depuis plus de vingt ans, la Revue « The Irish Rosary » manifeste sa vitalité. En un grand nombre d'âmes, elle ne cesse de susciter et de développer avec fruit le culte de Marie Immaculée, Reine du Très Saint Rosaire, et le recours filial à la toute-puissance de sa maternelle intercession.

Quant à la gracieuse Revue «The Imeldist», si elle ne compte encore que cinq années d'existence, elle n'en pénètre pas moins déjà dans 40,000 familles et dans les Pensionnats, sous le patronage de la Bienheureuse Imelda, la jeune vierge dominicaine, victime de son amour de l'Eucharistie, contribuant avec un succès toujours croissant à fake connaître, aimer et désirer ardemment Jésus-Hostie par les petits enfants et à réaliser ainsi la pensée même du divin Sauveur.

En ces temps douloureux que nous traversons, où, plus que jamais, il est nécessaire que les âmes soient fortement trempées, le Souverain Pontife Se plaît à prodiguer Ses paternels encouragements aux directeurs des Revues mentionnées ci-dessus. Dans ce but, et comme gage des faveurs célestes les plus abondantes, le Saint-Père accorde de tout cœur à ces mêmes directeurs, ainsi qu'aux rédacteurs et aux lecteurs de « The Irish Rosary » et de « The Imeldist » le bienfait de la Bénédiction Apostolique.

Je vous prie, mon très Révérend Père, d'agréer l'assurance de mon entier dévouement en Notre-Seigneur.

Du Vatican, le 9 février 1916.

P. GARD. GASPARRL.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

14 febbraio 1916. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, ***Protettore dell'Istituto delle Suore francescane della Immacolata Concezione di Barcellona.***

— Il R. P. Angelo Angelucci, dei Servi di Maria, ***Consultore della sacra Congregazione dei Riti.***

16 febbraio. — Mons. Vincenzo La Puma, ***Sotto-segretario della sacra Congregazione dei Religiosi.***

23 febbraio. — Mons. Domenico Taccone Gallucci, arcivescovo titolare di Costanza di Scizia, ***Consultore della sacra Congregazione del Concilio.***

26 febbraio. — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, ***Pro-Prefetto della sacra Congregazione di Propaganda Fide.***

— L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, ***Prefetto della sacra Congregazione dei Religiosi.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

7 febbraio 1916. — Mons. Giovanni Maria Pellizzari, vescovo di Piacenza.

9 febbraio. — MODS. Natale Bruni, arcivescovo di Modena.

12 febbraio. — Mons. Giuseppe M. Salvador y Barrera, vescovo di Madrid-Alcalá.

Prelati Domestici di S. S.:

9 febbraio 1916. — Mons. Francesco Saverio de Maio, dell'archidiocesi di Sorrento.

10 febbraio. — Mons. Pietro Maria Malsou, della diocesi di Angers.

14** febbraio **1916. — Mons. Calogero Minacapelli, della diocesi di Piazza Armerina.

***19** febbraio.* — Mons. Giuseppe Gioacchino de Almeida e Silva, della diocesi di Campinas.

— Mons. Manuele Ribas de Avila, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

10** febbraio **1916. — Al sig. principe Don Giuseppe Lancellotti.

La Commenda dell' Ordine Piano :

11** febbraio **1916. — Al sig. Giacomo marchese de Dampierre, della diocesi di Angers.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

*23 febbraio **1916.*** — Al sig. Bonaventura Bassegoda y Amigó, della diocesi di Barcellona.

Il Cavalierato dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe civile:

*8 febbraio **1916.*** — Al sig. Roberto De Angeli, segretario al Ministero dei Culti e dell'Istruzione Pubblica in Ungheria.

NECROLOGIO

*3 gennaio **1916.*** — Mons. Tommaso F. Doran, vescovo titolare di Alicarnasso, ausiliare di Providence.

***17** febbraio.* — Mons. Pietro Goebl, vescovo titolare di Sinope, ausiliare del vescovo di Augusta.

Annus **VIII - Vol. VIII** **Die** 3 **Aprilis 1916** Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE

I

DE ERECTIONE PROVINCIAE REGTNENSIS, DIVISIONE DIOECESIS SANCTI BONIFACII ET ERECTIONE ARCHIDIOECESIS WINNIPEGENSIS.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter praecipuas Apostolicae Sedis curas ea semper enituit novas dioeceses et ecclesiasticas provincias erigendi quoties vel territorii amplitudo vel fidelium numerus vel itinerum asperitas, vel alia huiusmodi, ad efficaciorem reddendam pastoralem sollicitudinem et vigilantiam id exigèrent. Quod si utiliter hoc contigit aliis in regionibus id quoque in Canadensi Dominio expedire visum est, ut amplissimae civiles provinciae, quibus Dominium ipsum constat, et quae quasi status civiles habentur, ab invicem independentes et unico foederali vinculo coniunctae, hierarchia donentur propria, adeo ut unaquaeque civilis provincia, provinciam ecclesiasticam saltem unam, propriam et independentem -constituat. Quibus omnibus mature consideratis, Venerabilium Fratrum Nostrorum, qui rebus consistorialibus praesunt, consilio, suppleto etiam quatenus opus sit quorum intersit, vel sua interesse praesumant consensu, Nos, Apostolicae potestatis plenitudine, in provincia civili memorati Dominii, Saskatchewan nuncupata, novam ecclesiasticam provinciam •erigere statuimus et decrevimus, duas dioeceses Reginensem et Principis Alberti a provincia ecclesiastica Sancti Bonifacii sejüngendo, et ecclesiam Reginensem in Metropolitanam constituendo, eique dioecesim Prin-

cipis Alberti uti suffraganeam assignanda Hisce itaque Apostolicis litteris ecclesiam Reginensem ad Archiepiscopatus honorem et dignitatem evehimus, omnibus metropoliticis iuribus et praerogativis, quae ad Ecclesias Metropolitanas spectant ipsi concessis, eique subiicimus dioecesim Principis Alberti. Hisce pariter Apostolicis litteris Venerabilem Fratrem Oliverium Eleazarum Mathieu, hactenus episcopum Reginensem, in Archiepiscopum eiusdem dioecesis constituimus, quin aliis Apostolicis Litteris opus sit. Insuper peramplam dioecesim Sancti Bonifacii in duas partes dividimus, et partem orientalem eis flumen Rubeum, ubi est urbs Sancti Bonifacii, antiquae huic ecclesiae Archiepiscopali reservamus cum privilegiis et iuribus metropoliticis, quibus antea fruebatur, exceptis tamen duabus dioecesibus Reginensi et Principis Alberti. Partem vero occidentalem trans flumen Rubeum, ubi est urbs Winnipeg, novae dioecesi Nobis immediate subiectae et Archiepiscopali, quam hisce Apostolicis litteris erigimus et ab urbe principe Winnipegensem appellandam statuimus, Apostolicae potestatis plenitudine assignamus. Harum dioecesum divisoria linea erit commenticia illa, seu imaginaria linea, quae a finibus antiquae dioecesis Sancti Bonifacii descendit meridiem versus per medium lacum Winnipeg usque ad ostium fluminis Rubei : postea ad meridiem pariter prosequens, "ascendit per medium cursum fluminis Rubei, et pergit ultra oppida Sancti Bonifacii et Winnipeg usque ad occursum parallelae lineae, quae separat regiones, vulgo *Townsyips,* IX et X a censu officiali Gubernii Canadensis determinatas: deinde haec ipsa linea parallela procedens erga occidentem divisoria erit utriusque dioecesis usque dum incidit, seu occurrit in meridianam lineam quae statuta est a memorato censu officiali inter sectiones, vulgo *ranges,* XII et XIII occidentales, hoc est ad occidentem lineae principalis, positas: denique ex hoc puncto divisoria linea denuo ad meridiem perget usque ad fines civiles Dominii Canadensis et Statuum Foederatorum Americae, coincidens cum finibus quibus comitatus *Souris* separatur a comitatibus Macdonald et Lisgar civilis provinciae Manitobensis. Volumus autem ut Archiepiscopi Winnipegenses omnibus iuribus, privilegiis et praerogativis quibus ceteri Archiepiscopi fruuntur et ipsi gaudeant, ideoque, praevia postulatione rite facienda in Consistorio, usum Pallii et Crucis ante se ferendae, inter fines tamen propriae Archidioecesis, ipsis, concedimus. Ad dotem Winnipegensis Ecclesiae constituendam assignamus bona et reditus omnes, etiam adventitios quacumque ratione ad mensam archiepiscopalem obventura, data simul Archiepiscopo pro tempore,, discreto eius arbitrio, facultate cathedraticum imponendi, inter varias ecclesias in urbe Winnipeg existentes aptiorem in Cathedralem seligendi

atque alia ad bonum archidioecesis regimen necessaria vel utilia iuxta sacros canones statuendi ac decernendi. Item quod spectat ad archidioecesis Winnipegensis regimen, administrationem, dotationem ac taxationem ad ipsius Archiepiscopi potestatem, auctoritatem, attributiones, officia, iura et munia, ad Capituli Cathedralis, vel Consultorum Collegii erectionem, ad Seminarii dioecesani institutionem, ad ipsorum fidelium et clericorum onera, iura, aliaque id genus, servanda iubemus, quae sacri Canones, praecipue Tridentina Synodus statuunt ac praescribunt, sartis insuper tectisque Concilii plenarii Quebecensis primi editis decretis. Mandamus insuper ut documenta omnia, iura et acta, quae archidioecesim Winnipegensem eiusque fideles respiciunt a cancellaria Metropolitanae Ecclesiae Sancti Bonifacii, quum primum fieri poterit, tradantur cancellariae huius novae archidioecesis ut in eius archivio religiose asserventur...

Nobis insuper ac Sedi Apostolicae reservamus facultatem novam ineundi harum dioecesum dismembrationem seu circumscriptionem, quandocumque id expedire in Domino visum fuerit.

Hisce omnibus ut supra dispositis, ad eadem fideliter exsequenda deputamus Venerabilem Fratrem Peregrinum Franciscum Stagni, archiepiscopum Aquilanum et in Canadensi ditione Delegatum Apostolicum, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectam de quo agitur quemlibet ecclesiastica dignitate insignitum ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione, in exsecutionis actu quomodolibet oritura, facto insuper ei onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex mensem transmittendi authenticum testimonium peractae exsecutionis, ut in eiusdem S. Congregationis archivio asservari possit.

Contrariis quibuslibet etiam peculiari et expressa mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo quinto, die quarta mensis decembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

Expedita die decimaquarta mensis martii, anno secundo.

Loco K& Plumbi.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO
S. B. E. Cancellarius.

>£ C. CARD. DE LAI
S. C. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

lieg, in Cane Ap., vol. XIII, n. 19.
M. RIGGI, ***a tabulario C.*** *A.*

II

DE ERECTIONE NOVAE DIOECESIS « PORTUS NATIONALIS »

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolatus officium Summo Pontifici divinitus commissum postulat ut ea sedulo studio praestet quae in catholici nominis incrementum exploratamque christianae plebis utilitatem cedunt. Porro cum Venerabili* Frater Episcopus Goyasensis in Brasilia enixe postulaverit ut ad maius bonum animarum nova dioecesis erigeretur per divisionem dioecesis sibi commissae, quumque Nuntius Apostolicus in Republica Brasiliana huiusmodi postulationem commendaverit, Nos oblatas preces benigne excipiendas censuimus. Quapropter de consulto Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis, potestate utentes Romano Pontifici et Apostolicae Sedi reservata in Apostolicis sub plumbo litteris', quarum initium est *Ad universas orbis Ecclesias,* quinto kalendas maii anni Incarnationis Dominicae millesimi octingentesimi nonagesimi secundi datis, libere novam ineundi in Brasilia circumscriptionem dioecesum, quoties id in Domino expedire visum fuerit, suppleto praeterea, quatenus opus sit, quorum intersit, aut sua interesse praesumant consensu, Goyasensem dioecesim bifariam dividendam atque ex septentrionali eius parte novam dioecesim constituendam decernimus in eum qui sequitur modum.

Totum igitur territorium ad aquilonem dioecesis Goyasensis situm, complectens quatuordecim sequentes paroecias: B. M. V. Gratiarum in *Porto Nacional,* B. M. V. sine labe conceptae in *Boa Vista de Toca-Hns,* S. Petri in *Pedro Affonso,* B. M. V. *do Canno,* Spiritus Sancti *do Peixe,* S. Annae *da Chapada,* B. M. V. *de Nativitade,* S. Miguel *e Almas,* S. José *do Duro,* Sanctae Mariae *de Taguatinga,* B. M. V. *da Conceicâo,* S. Ioannis Baptistae *della Palma,* B. M. V. *dos Remedios in Arrayas* et S. Antonii *do Chapeo,* Nos, ex plenitudine apostolicae potestatis, e dioecesi Goyasensi distrahimus ac seiungimus atque in distinctam dioecesim perpetuo erigimus erectamque declaramus *Portus Nationalis* denominandam.

Nova autem Portus Nationalis dioecesis finibus qui sequuntur continebitur, ad septentrionem finibus civilibus inter Statum de *Goyaz* et Status de *Maranhao* et de *Para;* ad orientem limitibus civilibus inter Statum de *Goyaz* et Status de *Maranhâo, Piauhy* et *Bahia;* ad occidentem limitibus civilibus inter Statum de *Goyaz* et Status de *Para* et de *Matto Grosso;* ad meridiem limitibus septentrionalibus paroeciarum vulgo *S. Domingos, Flores, Nova Boma, Cavalcanti* et *Amaro Leite,* a quibus nova dioecesis separatur a dioecesi Goyasensi, ad quam memoratae paroeciae spectant. Portus Nationalis dioecesis ita limitibus circumscriptae sedem et cathedram episcopalem in urbe vulgo *Porto* * *Nacional,* a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, constituimus, quam idcirco ad civitatis episcopalis fastigium et gradum evehimus cum omnibus iuribus et privilegiis, quibus aliae episcopales civitates iure communi fruuntur et gaudent; ecclesiam vero ibidem existentem et Beatae Mariae Virgini Gratiarum dicatam, sub eodem titulo et invocatione ac eandem servaturam parochialitatem cum animarum cura ut antea exercenda, ad Cathedralis statum et dignitatem, praevia liturgica consecratione, evehimus atque extollimus; simulque ipsi eiusque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, gratias, privilegia et iura, quibus aliae Cathedrales Ecclesiae in America Latina earumque Antistites tum ex iure communi, tum ex legitima consuetudine non tamen ex titulo oneroso vel peculiari indulto, pollent ac fruuntur. Domum praeterea ibidem exstantem, quam citius reparandam, Nos uti residentiam Episcopi Portus Nationalis attribuimus.

Quoad* aedes vero pro Curia ecclesiastica, Seminario dioecesano, necnon quoad patrimonium dioecesanum stabili modo constituendum, id, ut citius fiat, liberalitati fidelium atque industriae zeloque novi Episcopi summopere commendamus. Huiusmodi autem dioecesim sic erectam constituimus suffraganeam Metropolitanae Ecclesiae Mariannensis, donec aliter provisum sit, atque illius Episcopum ac in munere successores metropolitico iuri eiusdem Archiepiscopi Mariannensis subiicimus. Quae praeterea in memoratis Apostolicis sub plumbo litteris, quinto kalendas maii anni Incarnationis Dominicae millesimi octingentesimi nonagesimi secundi datis, constituenda disponuntur de novarum dioecesum in Brasiliana regione honoribus, gratiis, privilegiis, indultis, favoribus, dotatione atque de novorum Episcoporum ^potestate, auctoritate, attributionibus, taxatione; item de Capituli Cathedralis vel saltem Consultorum Collegii ac Seminarii institutione, regimine et administratione, de Vicarii Capitularis seu Administratoris in sede vacante ele-

ctione, de ipsorum clericorum et christifidelium iuribus atque officiis, de documentorum traditione aliisque id genus, omnia accurate observanda censeantur ad tramitem sacrorum Canonum et potissimum Tridentini Concilii, ad novam quod attinent erectam dioecesim Portus Nationalis. Praeterea ut novae huius dioecesis Antistites et suae dignitatis decorem tueri et clericorum sustentationi consulere et *divini* cultus impensis aliisque dioecesis necessitatibus occurrere queant, Nos in novae episcopalis sedis dotem ac mensam perpetuo assignamus et attribuimus emolumenta Curiae ecclesiasticae, proventus iure communi vel legitima consuetudine statutos, ceterasque fidelium oblationes in quorum spirituale bonum haec nova dioecesis erecta est. Quum adsit autem in Urbe Collegium Pium-Latinum-Americanum, in quo adlecti Evangelii 'praecones et animarum rectores, ipsis sub oculis Romanorum Pontificum excoluntur, praecipimus ut, quemadmodum a ceteris Americae Latinae dioecesibus secundum ea, quae in plenario Americae Latinae concilio Romae anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono celebrato decreta sunt, etiam a modo condita dioecesi Portus Nationalis eiusque sumptibus alendi, ubi primum fieri poterit, duo saltem huc mittantur, non intermissa vice, delecti iuvenes, qui religionis scientiam in ipso veritatis centro acquisitam cum suis deinde civibus utiliter communicent. Ut vero stabilius et sustentationi horum Clericorum et Collegii Pii-Latini-Americam dotationi sit provisum, vehementer exoptamus ut cura et studio Praesulis pro tempore novae dioecesis, quo citius fieri poterit, tot conferantur bona, quot necesse est ut ex eorum reditibus bini memorati alumni, aut modo saltem unus, ex ipsis sustentari queat, eosque reditus, ubi primum percipiantur, Collegio Pio-Latino=Americano de Urbe perpetuo attribuimus. Quae autem hisce Litteris apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Ad haec autem exsecutioni mandanda deputamus Venerabilem Fratrem Iosephum Aversa, archiepiscopum titularem Sardianum et in ditione Brasiliana Nuntium Apostolicum, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum ac definitive sententiam dicendi de Quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito onere Romam ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses fidem, authentica forma exaratam, absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes Lit-

teras valituras contrariis quibuslibet etiam peculiari et expressa mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo quinto, die vigesima mensis decembris, Pontificatus Nostri anno secundo.

Loco >5 Plumbi.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO ffi C. CARD. DE LAI
S. B. E. Cancellarius. ' ***S. C. Consistorialis Secretarius.***

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Beg. in Cane. Ap., vol. XIII, n. 19.

M. RIGGI, ***a tabulario*** *G. A.*

SERMO

HABITUS DIE VI MARTII AD DIVINI VERBI PER QUADRAGESIMALI IN URBE PRAECONES.

Al Vescovo che, secondo un lodevole costume, assiste nella sua cattedrale alla prima predica della Quaresima, si presenta il sacro oratore per chiedere la benedizione, ed il Vescovo la imparte con le parole che gli pone sul labbro la Chiesa: *Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne, competenter et fructuose annunties Evangelium suum.*

A Noi non sarà dato di assistere alle prediche che nella imminente Quaresima voi, o dilettissimi figli, farete in quest'Alma Città. Ma appunto per ciò voi avete voluto presentarvi ora al Vescovo di Roma, quasi per domandarne anticipatamente la benedizione; e Noi tenteremmo invano di esprimere tutta la soddisfazione, che proviamo nell'accingerci a secondare la vostra domanda. Imperocché non solo Ci è grato di dare pubblico attestato di benevolenza a voi, che dal Nostro Cardinale Vicario siete stati scelti od approvati per predicare in Roma, ma desideriamo altresì che la Nostra benedizione possa rendere fecondo di grazie il ministero che voi state per intraprendere in favore del popolo romano, a Noi stretto da vincoli speciali. Quale però dovrà essere la formóla della Nostra benedizione? Non altra che quella usata dal Vescovo nel benedire il predicatore della Quaresima nella sua cattedrale;

sicché anche Noi vogliamo dire con la Chiesa sopra ciascuno di voi. *Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne, competenter et fructuose annunties Evangelium suum.*

È facile intendere che questa forma di benedizione contiene ad un tempo un'esortazione ed un augurio: ma Noi vogliamo insistere principalmente sull'augurio, amando sperare che l'esortazione sia per voi superflua. Si comincia infatti coll'augurare che il Signore sia nel cuore del sacerdote destinato a bandire il Santo Vangelo: *Dominus sit in corde tuo.* Se la benedizione non fosse indirizzata a chi può vantare il pubblico attestato di stima avuto dai propri Superiori mercè il delicato incarico di predicare al popolo la divina parola, in questa prima parte della benedizione si potrebbe scorgere un ammonimento, fatto al predicatore, di dover esso rivestire la virtù di Gesù Cristo prima di inculcarne ad altri la professione. Noi vi scorgiamo l'augurio che i sacerdoti incaricati di predicare in Roma nella prossima Quaresima non solo siano, ma ancheappariscano forniti della virtù propria del loro stato, così che di ciascuno si debba dire: *Sacerdos alter Christus.* Si può anche interpretare come augurio, che la grazia del Signore si accresca ognora più nei sacerdote a cui è indirizzata la benedizione, perchè non a caso si dice che il Signore deve essere accolto «'nel cuore » del sacerdote: *Dominus sit in corde tuo.* La parola « cuore » si può adoperare tanto per indicare l'anima con le notissime 'sue tre potenze, quanto per esprimere il principio di tutte le operazioni dell'uomo: nell'un caso e nell'altro è evidente 'augurio che il predicatore sia tutto cosa di Dio, in guisa da meritare il saluto dell'Apostolo delle genti : *tu autem homo Dei.* Infatti se in tutte le potenze dell'anima sua ha stanza e regno il Signore, in conformità della prima interpretazione dell'augurio: *Dominus sit in corde tuo,* la memoria del predicatore non può non essere occupata che dei benefici di Dio, l'intelletto di lui non può perdere di vista la divina Legge, e la sua volontà ad altro non può aspirare che a rafforzare in sè, e ad estendere in altri, il regno del Signore; ma se la memoria, l'intelletto e la volontà di un predicatore non sono occupate che di Dio, chi non dirà che quel predicatore è in tutto cosa di Dio, *homo Dei?* Se poi si preferisca la seconda interpretazione, per la quale nel cuore viene indicato il principio di tutte le operazioni dell'uomo, è agevole comprendere che al predicatore si dice : *Dominus sit in corde tuo* perchè la grazia è elemento tanto necessario alla vita dello spirito, quanto è necessario il cuore a quella del corpo: quando il cuore cessa di battere, cessa anche la vita dell'uomo; del pari se venisse meno la grazia, cereherebbesi invano la vita dell'anima. Di qui apparisce ampio ed

esteso il significato della prima parte della benedizione: *Dominus sit in corde tuo.*

Potrebbe alcuno, e non a torto, osservare che l'augurio in essa compreso conviene a tutti i fedeli, perchè certamente il Vescovo desidera che il Signore abiti con la sua santa grazia nell'anima di tutti ~ i suoi fedeli, o che la grazia di Dio sia principio di tutte le loro operazioni. Má non avete posto mente all' inciso, *et in labiis tuis,* che viene a completare la prima parte della benedizione? Dopo l'augurio di essere « cosa di Dio », il sacerdote benedetto dal Vescovo avrebbe dovuto apparire *homo Dei* in tutti i suoi atti, in tutte le sue movenze; ma importava considerarlo nell'esercizio concreto del suo ufficio di predicatore,, ed ecco 'esortazione, ecco l'augurio che « il Signore sia anche sulle labbra di lui: *Dominus sit et in labiis tuis* ».

Non fa mestieri spiegare che « Dio è sulle nostre..labbra » quando amiamo di parlare spesso di lui, quando ne zeliamo la gloria, quando ne propugniamo i diritti, quando gli accresciamo adoratori, e sopratutto quando inculchiamo l'osservanza della legge da Lui emanata. Piuttosto è da osservare che l'augurio *Dominus sit... in labiis tuis* può avere un doppio significato, positivo l'uno, e l'altro negativo. Nulla infatti è più naturale che al predicatore si rivolga l'augurio non solo di predicare Dio, ma anche di non predicare altri che Dio. Per voi, o dilettissimi figli, vogliamo credere superflua l'esortazione a non predicare. altri che Dio. Certamente voi condannate coloro che predicano se stessi; estendete pure la vostra condanna a coloro che portano sul pulpito argomenti non strettamente religiosi, o che vi trattano materie pro ane ; anzi una tale condanna si dovrebbe estendere anche a quei predicatori, i quali non arrivassero al riprovevole eccesso di trattare direttamente argomenti profani, ma nondimeno non sapessero astenersi, nello svolgere il loro tema, da qualche così aperta allusione a cose profane, che fosse capace di impressionare gli uditori più che il tema stesso. Un tale abuso verrebbe a rinnovare nella Chiesa quelle infauste divisioni, che S. Paolo deplorava in Corinto, quando diceva essergli stato riferito il linguaggio di alcuni tra i primi cristiani: « io sto con Paola, io con Apollo, io con Cefa ed io con Cristo » (I *Gor.*, I, 12). Ah non. è impossibile, specialmente ai dì nostri, che qualcuno vada a predica per iscoprire a qual partito politico appartiene il predicatore: deh! voi fate in modo che non apparisca essere voi nè di Paolo, nè di Apollo, nè di Cefa, ma essere soltanto di Gesù Cristo.

In questo modo, o dilettissimi, la parola *Dominus sit... in labiis tuis* non sarà stata pronunziata invano per voi.

Ma affinchè risulti ognor meglio l'efficacia di questa parola, è d'uopo porre mente allo scopo, per il quale al predicatore viene impartita la benedizione. Tale scopo è dichiarato dalla seconda parte della formóla usata dal Vescovo: *ut digne, competenter et fructuose annunties evangelium suum.*

Poc'anzi abbiamo detto che, mercè l'inciso *et in labiis tuis, il* Vescovo considera il sacerdote non genericamente, ma come incaricato dell'officio di predicatore; ora possiamo aggiungere che, con le ulteriori parole della benedizione, il Vescovo considera.il sacerdote nell'atto di recarsi a predicare. Per costui ha formulato l'augurio *Dominus sit in oorde tuo et in labiis tuis,* ed ora ne dichiara il motivo : « affinchè annunzii nel dovuto modo il vangelo di Dio », *ut digne, competenter et fructuose annunties evangelium suum.*

A niuno sfugge la particolare sollecitudine, che ha la Chiesa nel precisare il Vangelo che dev'essere annunziato dal predicatore a cui il Vescovo imparte la benedizione, imperocché non dice semplicemente •*annunties evangelium,* ma specifica *evangelium suum.* Nessun ammonimento può essere più opportuno di questo, per indurre il predicatore a far buona scelta di temi; nessun criterio può essere più sicuro di questo, per fargli comprendere se ha compiuto 0 negletto il suo dovere. È questa veramente *parola di Dio?* deve domandare a se stesso, quando prepara .la predica ; ho io veramente annunziata *la parola di Dio ?* deve pur chiedere a se medesimo, quando, dopo la predica, torna al silenzio della sua cella.

La risposta a tali domande sarà data al predicatore, oltre che dalla propria coscienza, dal raccoglimento con cui i fedeli avranno ascoltata la sua predica, e anche meglio dai frutti di conversione che ne avrà raccolto. Degno di compassione sarebbe invece quel predicatore il quale, durante la predica, non compunzione ma divagamenti, non lagrime ma sorrisi scorgesse sul volto dei suoi uditori, e, dopo«la predica, vedesse gli ascoltatori precipitarsi alla porta, senza pur riflettere un istante alle •cose udite. E che dire di quel predicatore, il quale alle citazioni della Sacra Scrittura, che è vera « parola di Dio », od ai commenti dei Santi Padri, che ne sono autorevoli interpreti, avesse preferita la citazione di autori profani, forse di qualche pregio letterario ma di niuna fama religiosa o morale? Ah! come ingrata dovrebbe riuscire all'orecchio di costui l'eco della parola onde il Vescovo 1' aveva pur ammonito «. di annunziare il vangelo *di Dio!* ». Non possiamo dire purtroppo di parlare solo ipoteticamente, perchè anche nell'anno testé decorso dovemmo più volte lamentare che qualche predicatore avesse dimenticato di por-

tare sul pulpito, sempre e sola, la parola di Dio. Ma ci affrettiamo a soggiungere che di tale dimenticanza non crediamo capaci voi, dilettissimi figli, che dalla competente autorità siete scelti a predicatori della Quaresima in quest'alma città di Roma. Basterebbe d'altronde a dissipare ogni timore la certezza che voi abbiate posta particolare attenzione ai caratteri, che dalla stessa formóla di benedizione usata dal Vescovo sono indicati proprii della sacra predicazione. Il Vescovo infatti non è pago di augurare che « il Signore sia nel cuore e sulle labbra del predicatore, affinchè questi annunzii il vangelo di Dio », ma esplicitamente ne dichiara il modo, aggiungendo « affinchè lo annunzii degnamente, con competenza e con frutto : *ut digne, competenter et fructuose annunties evangelium suum ».*

Vorremmo dire partitamente di ciascuno dei tre caratteri della sacra predicazione, significati da quei tre avverbi *digne, competenter et fructuose,* che pronunzia il Vescovo neh'indicare il modo onde dev'essere annunziato il Santo Vangelo, perchè voi sapete che sono gli avverbi che caratterizzano i verbi. Ma nessuno ignora che dei tre avverbi suddetti il più importante è l'ultimo; anzi i due primi sembrano ordinati al terzo, in quanto che la predicazione non può riuscire fruttuosa se non è fatta in maniera conveniente e con la dovuta competenza ; e, per contrario, quanto più degna ne sarà la maniera, e quanto più autorevole ne apparirà l'incarico, tanto più fruttuosa dovrà riuscire la sacra predicazione. Tralasciamo perciò di ricordare che per predicare degnamente, *ut digne... annunties evangelium suum,* è necessario non solo trattare argomenti di vero interesse religioso, come già abbiamo detto e ripetuto poc'anzi, aia è necessario altresì trattarli con castigatezza di linguaggio, con proprietà di forma, con chiarezza di esposizione, e sopratutto con lucidità di ordine, senza dare una parte troppo grande alla mozione degli affetti, affinchè un passeggero entusiasmo, eccitato forse dalla brillante fc*ma del dire, non venga a prendere il luogo della seria riflessione, madre dei buoni propositi. Tralasciamo del pari di ricordare che il secondo avverbio « *competenter », ut... competenter... annunties evangelium suum,* è ordinato a porre in rilievo la sublimità dell'officio affidato al predicatore. Imperocché noi crediamo che almeno voi, o dilettissimi figli, leniate presente che la vostra « competenza a predicare » viene da Dio. Voi siete altrettanti ambasciatori mandati al popolo di Roma; le credenziali della vostra ambasceria possono essere state firmate dal rappresentante di Gesù Cristo, ma donde traggono tutta la loro forza, se non dall'essere date *in nome di Gesù Cristo medesimo?* Ora se, trovandovi sul pulpito, terrete vivo il ricordo che in quell'atto

di predicare rappresentate Gesù Cristo, non è possibile che vogliate accogliere pensieri, pronunziare parole o avanzare proposte, le quali debbano poi essere sconfessate dal Sovrano che vi ha fatto suoi ambasciatori presso il popolo. Portiamo invece speciale attenzione all'ultimo avverbio che dichiara il carattere più importante della sacra predicazione : *ut... fructuose annunties evangelium suum.* E qui non vogliamo celarvi, o dilettissimi, che della inserzione di questo terzo avverbio nella formóla di benedizione ai predicatori Noi avemmo notizia solo quando Noi stessi dovemmo pronunziare quella formóla, il primo mercoledì delle Ceneri che Ci trovò in Bologna al governo della Nostra indimenticabile sede. Ma alla confessione della Nostra prolungata ignoranza vada congiunta l'espressione del gradimento che allora provammo, quando vedemmo opportunamente ricordato il fine precipuo della sacra predicazione.

A raggiungere un cotal fine sarà d'uopo che il predicatore sia, e si mostri, principalmente sollecito della gloria di Dio e della salute delle anime. Non torneremo qui a dire che deve perciò parlare di sè il meno possibile, e che da ogni suo discorso deve eliminare tutto -ciò che la sua coscienza non lo assicuri dover giovare al profitto spirituale dei suoi ascoltatori; ma non vogliamo omettere di ricordare che, a rendere fruttuosa la predicazione, il sacro oratore deve adattare il suo linguaggio alle condizioni intellettuali dei suoi uditori. Una tesi di filosofia, anche se provata coi più rigorosi sillogismi, e una dissertazione storica, anche se confortata coi più sicuri documenti, non solo sarebbero inutili ad un uditorio di mediocre coltura, ma forse indisporrebbero siffattamente gli animi degli ascoltatori, da renderli incapaci a trarre profìtto da quelle stesse più volgari osservazioni che, in altri casi, sarebbero state feconde di molti e buoni frutti.

E riguardo agli uditori più scelti, ossia formati da persone di preclara intelligenza e nutrite di buoni studi, non sarà inutile avvertire che il frutto a cui deve mirare il sacro oratore non» è il diletto intellettuale, non la compiacenza della fantasia, non la soddisfazione degli orecchi. Sarebbe quello il linguaggio dei maestri che S. Paolo fin dai suoi tempi diceva: *Prurientes auribus,* e dei quali doveva soggiungere: *A veritate quidem auditum avertent, ad fábulas autem convertentur* (II *Tim.* IV, 3). Epperò il frutto inteso dai sacro oratore dev'essere sempre, ed in ogni caso, la conversione del peccatore o il perfezionamento del giusto. Solo a questo mira il Vescovo quando dice di benedire il predicatore *ut... fructuose annunties Evangelium suum.*

E dovremo Noi aggiungere che solo a questo, e non ad altro frutto, miriamo Noi nel benedire i quaresimalisti di Roma? Ce ne dispensa la

presenza dei parroci urbani, i quali sono i predicatori abituali, vorremmo dire « gli annualisti » nelle loro chiese, ed essi sanno che Noi vogliamo non sia predicato al popolo altro che Gesù Cristo: *Iesum Christum praedicamus, et hunc crucifixum.*

Leviamo dunque le mani sopra i parroci di Roma e sopra ciascuno dei dilettissimi figli, che stanno per intraprendere la predicazione quadragesimale in quest'Alma Città, e a ciascuno di essi diciamo con le parole della Chiesa: *Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne, competenter et fructuose annunties Evangelium suum.* E questa benedizione sia resa efficace dalla potenza di quel Dio che ci ha creati, dalla sapienza di quel Dio che ci ha redenti, dall'amore di quel Dio che con la sua grazia ci ha santificati e ci vuole tutti salvi. *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

BENEVENTANA

DISMEMBRATIONIS TERRITORII

DECRETUM

Archidioecesis Beneventana, pluribus titulis illustris, populi quoque frequentia simul ac territorii amplitudine adeo in Italia praestat, ut a Thireni conspectu ad mare usque Adriaticum se pro tendat; et praeter principale territorii corpus plura alia loca complectatur ab illo disiuncta, et interiectis diversis dioecesibus dissita. Factum est idcirco ut Beneventani Sacrorum Antistites nequeant ea qua par est frequentia Christifideles eorumdem locorum sibi subiectos invisere, neque salutaribus pasquis coram pascere; et fideles, pauperiores praesertim, qui longa itinera suscipere ob graves impensas nequeunt, proprium Pastorem et Episcopum adire prohibentur.

Quae incommoda, quamvis cuiuslibet aetatis, nostris hisce temporibus, quum populus optet et exigat expeditius omnia agi, et celerius suis votis et postulationibus satisfieri, magis magisque animum boni Pastoris afficiunt. Ad haec itaque aliaque incommoda removenda, et ad fidelium bonum aptius procurandum, SSmus Dominus noster Benedictus PP. XV statuit et decrevit, ut loca a Beneventana Sede magis dissita et a finibus illius disiuncta dismembrentur et propinquae cuique dioecesi uniantur. Quapropter Sanctitas Sua, certa scientia ac matura deliberatione, de Emorum huius S. Congregationis Patrum consulto deque apostolicae potestatis plenitudine, suppleto praeterea, quatenus opus sit, quorumcumque interesse habentium vel habere praesumentium consensu, tres quae sequuntur paroecias cum adnexo cuiusque oppidi territorio, idest Casalnuovo Montero taro, Lesina et Poggio Imperiale, a territorio Beneventanae archidioecesis dividit ac separat, simulque pri-

mam ex memoratis paroeciis, hoc est Casalnuovo Monterotaro, finitimae dioecesi Lucerinae, alias vero duas, hoc est Lesina et Poggio Imperiale,, dioecesi S. Severi perpetuum in modum unit et aggregat, salvo tamen iure, si quod competat, dioecesi Lucerinae super Lesinensi lacuna. .

Ut autem quae in hoc decreto statuta sunt ad exsecutionem adducantur, Sanctissimus Dominus deputare dignatus est R. P. D. Ianuarium Cosenza, Capuanum archiepiscopum, eidem tribuens necessarias- et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur,, iniuncto onere intra tres menses ad hanc S. Congregationem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae. Hac denique super re praesens edi iussit consistoriale decretum, perinde valiturum ac si apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, contrariis non obstantibus quibusvis^ speciali etiam mentione vel derogatione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die 23 februarii 1916.

j$j C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. ffi S.

Ioannes ßapt. Rosa, *Substitutus.*

II

ERECTIO NOVAE DIOECESEOS IN BRASILIA

SSmus D. N. Benedictus PP. XV, huius Sacrae Congregationis Consistorialis decreto diei 20 decembris elapsi anni, votis Episcopi benigne annuens, Goyasensem dioecesim in duas partes divisit; ita ut, coarctata in meridionali regione eadem dioecesi Goyasensi, novam constituit in regione septentrionali, Portus Nationalis denominatam, ab urbe principe vulgo « Porto Nacional ». Quae dioecesis quatuordecim sequentes paroecias complectitur: B. M. V. Gratiarum in Porto Nacional; B. M. V. sine labe conceptae in Bòa Vista de Tocatins; S. Petri in Pedro Affonso; B. M. V. do Canno; Spiritus Sancti do Peixe; S. Annae de Chapada; B. M. V. de Nativitade; S. Miguel e Aimas; S. José do Duro; S. Mariae de Taguatinga; B. M. V. da Conceicâo; S. Ioannis Baptistae della Palma; B. M. V. dos Remedios in Arrayas et S. Antonii de Chapeo. Idem SSmus hanc dioecesim, donec aliter provideatur, Archidioeceseos Mariannensis suffraganeam constituit.

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastóre providit, scilicet:

13 martii 1916. — Metropolitanae ecclesiae Rothomagensi praefecit R. P. D. Ludovicum Ernestum Dubois, hactenus archiepiscopum Bituricensem.

14 martii. — Titulari episcopali ecclesiae Apolloniensi sac. Petrum Segura Saenz, canonicum doctoralem metropolitanae ecclesiae Valiisoietanae, quem constituit auxiliarem Emi ac Rmi Dñi cardinalis Cos et Macho, archiepiscopi Valli soletan i.

27 martii. — Titulari episcopali ecclesiae Chamachensi R. P. D. Leonidam Medina, hactenus episcopum Pastopolitanum, quem deputavit in auxiliarem R. P. D. Bernardi Herrera Restrepo, archiepiscopi Bogotensis in Columbia.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE
PRO NEGOTIIS RITUS ORIENTALIS

I

DUBIA CIRCA CONSTITUTIONEM APOSTOLICAM « INCRUENTUM » QUOAD ORIENTALES

Nella plenaria adunanza della S. Congregazione di Propaganda Fide per gli affari di rito orientale, tenutasi il 13 marzo 1916, fu presa in esame la proposta d'estendere agli Orientali il privilegio di dire tre Messe nel giorno della Commemorazione dei fedeli defunti, a norma della Costituzione Apostolica *Incruentum* del S. P. Benedetto XV, con i seguenti dubbi:

I. Se il privilegio Benedettino di celebrare tre Messe nel giorno della solenne Commemorazione dei defunti si estenda agli Orientali.

Et quatenus negative :

II. Se convenga estendere agli Orientali il privilegio di cui è parola nel primo dubbio.

Et quatenus affirmative:

III. In qual giorno i sacerdoti dei diversi riti orientali possano godere del privilegio medesimo.

E gli Emi signori Cardinali dopo maturo esame risposero:

Ad I. Negative.

Ad II. Prout proponitur non expedire.

Ad III. Provisum.

Il S. Padre nell'udienza accordata al sottoscritto Segretario della medesima S. Congregazione, il 22 marzo seguente, si è degnato di approvare le surriferite risoluzioni.

Girolamo Rolleri, *Segretario.*

II

DECRETUM

DE SPIRITUALI ADSISTENTIA FIDELIUM GRAECO-RUTHENI RITUS IN REGIONIBUS AMERICAE MERIDIONALIS IMMIGRANTIUM.

Cum sat numerosiores in dies graeco-rutheni ritus fideles in regiones Americae meridionalis peragraverint, visum est in unum colligere quae, statis circumstantiis, postremis hisce temporibus ad eorum spiritualem administrationem ab hac Sacra Congregatione Christiano Nomini propagando inter fideles orientalium rituum praeposita, decreta fuerunt, quaeque inde valeant tum pro locis in quibus missiones graeco-ruthenae cum propriis sacerdote et ecclesia iam existant formatae, tum etiam pro locis in quibus fideles graeco-rutheni ritus fidelibus latini ritus permixti vivant.

1. Fideles omnes graeco-rutheni, usque dum in regionibus Americae meridionalis degunt, a iurisdictione Episcopi loci unice pendeant.

2. Quilibet sacerdos graeco-ruthenus ex Europa proveniens ac in regionibus Americae meridionalis pro fidelium graeco-ruthenorum spirituali cura commorans, ab Episcopi loci iurisdictione omnino pendeat; nec Episcopus eiusdem originis in eum ullimode iurisdictionem suam exercere valeat. In patriam redire aut revocari nequit sine expressa Ordinarii loci licentia in scriptis concedenda.

3. Episcopi regionum Americae meridionalis, si indigeant presbyteris graeco-ruthenis pro adsistentia fidelium eiusdem ritus in sua dioecesi commorantium, eos postulent a S. Congregatione de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis.

4. Illi vero sacerdoti graeco-rutheno qui proprio marte, neque ab Episcopo loci vocatus, neque a S. Congregatione missus in Americae meridionalis regiones perrexerit, Episcopus loci nullas sive sacrum celebrandi, sive administrandi sacramenta, sive munia ecclesiastica quomodocumque obeundi, concedat facultates.

5. Fideles graeco-rutheni frequentare ac sustentare tenentur proprias ecclesias in locis in quibus commorantur erectas; atque sui ritus praescripta diligenter observare. In locis tamen in quibus nulla ecclesia nec sacerdos proprii ritus habeatur, ac ubi propter longinquitatem ecclesiae suae non eam possint, nisi cum gravi incommodo, adire, ritui latino sese conformare tenentur, tum quoad praeceptum audiendi Missam, tum quoad sacramentorum perceptionem; quin tamen ex hoc, etiam ob continuam ex parte graeco-ruthenorum Ecclesiarum latini ritus frequentationem, ritus mutatio inducatur.

6. Transitus a ritu graeco-rutheno ad latinum ritum graeco-ruthenis qui verum et stabile domicilium in regionibus Americae meridionalis constituerint, concedi nequit nisi a Sacra Congregatione de Propaganda Fide pro negotiis Ritus Orientalis, gravibus ac iustis intervenientibus causis, ab ipsa Sacra Congregatione cognoscendis.

7. Si vero contingat ut hi quandoque in patriam revertantur, tunc etsi ex pontificio rescripto latinum ritum susceperint, licebit eis, Apostolica Sede exorata, ad pristinum ruthenum ritum redire.

8. Non licet sacerdotibus ritus latini, sub poenis ab Apostolica Sede decretis aut decernendis, quempiam graeco-ruthenum ad latinum ritum amplectendum inducere.

9. Fideles latini, etiamsi adsit presbyter latini ritus, apud sacerdotem graeco-ruthenum a loci Ordinario adprobatum, peccata sua confiteri et beneficium sacramentalis absolutionis valide et licite obtinere possunt. Item fideles graeco-rutheni peccata sua confiteri possunt apud sacerdotem latinum ab Episcopo suo adprobatum. Presbyteri vero graeco-rutheni absolvere non poterunt fideles nec graeco-rutheni nec latini ritus a censuris et a casibus ab Ordinario loci reservatis absque eiusdem venia.

10. Omnibus fidelibus cuiuscumque ritus datur facultas ut, pietatis causa, Sacramentum Eucharisticum quolibet ritu confectum suscipiant; ac insuper, ubi necessitas urgeat, nec sacerdos diversi ritus adsit, licebit sacerdoti graeco-rutheno ministrare Eucharistiam consecratam in azymo; et vicissim sacerdoti latino, ministrare in fermentato; at suum quisque ritum in ministrando servabit.

11. Quisque fidelium praecepto Communionis paschalis ita satisfaciet, si eam suo ritu et quidem a parocho suo accipiat.

12. Sanctum Viaticum moribundis ritu proprio e manibus proprii parochi accipiendum est; sed, urgente necessitate, fas esto a sacerdote quolibet illud accipere, qui tamen ritu suo ministrabit.

13. Funerum celebratio ac emolumentorum perceptio in familiis mixti ritus, ad parochum illius ritus pertineant, ad quem defunctus pertinebat.

14. Ad vitanda gravia incommoda, quae inde graeco-ruthenis evenire possent, facultas eis fit dies festos et ieiunia observandi iuxta consuetudinem locorum in quibus degunt. Attamen diebus dominicis et festis in utroque ritu in eamdem diem forte incidentibus, sacrae Liturgiae in ecclesia sui ritus, si in loco existat, graeco-rutheni interesse tenentur; quin ex contraria consuetudine etiam diuturna, ritus mutatio ullimode inducatur.

15. Matrimonia inter catholicos graeco-ruthenos et latinos non prohibentur; sed ad vitanda incommoda quae ex rituum diversitate in familiis evenire solent, uxor durante matrimonio, ritum viri sequi potest, quin ex hoc sui nativi ritus mutatio inducatur.

16. Soluto matrimonio, mulier proprium ritum originis resumere valet.

17. Matrimonia tum inter fideles graeco-ruthenos, tum inter fideles mixti ritus, servata forma Decreti *Ne temere* contrahi debent ; ac proinde in ritu mulieris, a parocho mulieris benedicenda sunt.

18. Nati in regionibus Americae meridionalis ex parentibus diversi ritus, ritu patris sunt baptizandi, proles enim utriusque sexus sequi omnino debet patris ritum.

19. Baptismus in alieno ritu ob gravem necessitatem susceptus, cum nimirum infans morti proximus esset, in loco in quo, tempore nativitatis, parochus proprius patris non aderat, ritus mutationem non parit; et sacerdos qui baptizavit, proprio parocho testimonium baptismatis collati remittere debet.

20. Infantes ad eius parochi iurisdictionem pertinent, cuius ritus est eorum pater, exceptis natis ex illegitimo thoro qui sequuntur ritum matris.

Haec autem omnia, referente infrascripto huius S. Congregationis R. P. D. Secretario, in audientia diei 22 martii vert, anni, SSmus Dnus Noster Benedictus div. Prov. Papa XV rata habuit confirmavitque, ac praesens Decretum, contrariis quibuscumque non obstantibus, et abrogatis omnibus quae in antecessum hac super re statuta a praedecessoribus suis fuerant, *ad decennium* valiturum, edi iussit.

Datum Romae, ex Aedibus huius S. Congreg., die 27 martii anno 1916.

DOMINICUS CARD. SERAFINI, *Praefectus.*

L. *B* S.

Hieronymus Rolleri, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DECLARATIO

CIRCA OBLIGATIONEM DIVINI OFFICII RECITANDI CLERICORUM IN SACRIS CONSTITUTORUM, QUI LEGE CIVILI COACTI IN BELLO VERSANTUR.

Quum plura dubia atque quaesita circa declarationem, a Sacra Poenitentiaria die 15 martii 1912 datam,[1] huic Sacro Tribunali proposita fuerint, ad tollendam deplorabilem ac a Sanctae Sedis mente prorsus alienam interpretationis latitudinem, qua praedicta declaratio ad omnes generatim, extenditur Clericos in Sacris constitutos, qui in praesenti bello quomodocumque inter milites accensentur, Sacra Poenitentiaria, ne Sanctae Sedis benignitas in grave vertatur spiritus ecclesiastici detrimentum, muneris sui esse ducit, annuente Ssmo Dno Nostro Benedicto PP. XV, sequentem authenticam edere declarationem:

« Clerici qui, licet in Sacris constituti sint, nihilominus coacti fue-« runt interesse bello, tum solum excusantur ab obligatione Divini « Officii recitandi quum actu in acie seu in linea et loco certaminis « versantur; secus vero tenentur ad Divinum Officium in horis liberis « quo meliori modo potuerint recitandum; in casu vero gravis sui vel « aliorum incommodi 'se gerere possunt ac debent (audito si potuerint « proprio confessario) iuxta normas generales a Theologis traditas ».

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 17 martii 1916.

GULIELMUS CARD. VAN ROSSUM, *Poeti. Maior.*

L. © S.

I. Palica, *S. P. Secretarius.*

[1] **Declaratio sic sonat: «Utrum ab Officii Divini lege liber existat clericus in « Sacris constitutus, quem bellica convocatio seu, ut aiunt, mobilitatio ad functio-« nem adiudicavit militis vel activi vel ministrantis commilitonibus vulneratis? Qua-« tenus negative dignetur Sanctitas Vestra praefatos clericos durante bello eximere».**

Resp. : Ad primam partem : Durante bello eiusque proxima praeparatione *affirmative.*

Ad secundam partem : *Provisum in prima.*

SACRA ROMANA ROTA

T

NIGIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SURCOUF-DE SERRES)

Benedicto XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno primo, die 31 iulii 1915, BR. PP. DD. Seraphinus Many, Ponens, *Ioannes Prior et Baphael Ghimenti, Auditores de Turno, in causa* Nicien. - Nullitatis matrimonii *inter* Germanam Surcouf, *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem Albertum Colomb, advocatum, cui, decurrente lite, substitutus est advocatus Angelus d'Alessandri, ex una parte, et* Emmanuelem de Serres, *conventum, qui declaravit se se remittere iudicio S. Bomanae Botae, ex altera parte, in gradu appellationis contra sententiam Bev. Curiae Niciensis a defensore Vinculi Niciensi interpositae, interveniente et disceptante in causa Vinculi defensore ex officio, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Germana Surcouf, adoptata ad normam iuris gallici a domina Duplessy, et Emmanuel de Serres, Nicaeae, in Gallia, die 2 iunii 1909, matrimonium ritu solito contraxerunt. Verum ex his nuptiis haud laetus exitus secutus est. Vita enim communis, vix elapso uno anno cum dimidio, abrupta est et separatio thori a iudice saeculari, mense ianuario 1911, pronunciata. Itaque Germana, mulier religiosa et pia, libertatem suam in foro Ecclesiae recuperare voluit, et supplicem libellum, die 6 octobris 1913, Curiae Niciensi obtulit, ut suum cum Emmanuele matrimonium nullum declararetur, tum ex defectu consensus ex parte mariti, tum ex capite vis et metus ex parte uxoris. Die 22 maii 1914, sententia prodiit, qua, reiecto priori nullitatis capite, admissum fuit alterum, et matrimonium declaratum nullum ex capite vis et metus ex parte uxoris. Itaque ab hac sententia, quoad secundam partem, ad S. Sedem appellavit defensor Vinculi niciensis, et ideo in hoc sacro Ordine concordatum est solitum dubium: *An constet de nullitate matrimonii in casu?*

Quod ad ius spectat. Iuxta definitionem a iure romano desumptam (L. *Ait praetor,* 1, D. *Quod metus causa,* IV, 2) et ab omnibus receptam, metus est: instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio.

Metus est gravis, si periculum vel malum quod timetur, est grave, sive sit in se seu absolute grave, sive sit grave tantum relative ad personam quae timet, v. g. ad feminam, puellam, uti bene exponit Sánchez, *de matrimonio,* lib. 4, disp. 3, n. 2-4. Quod si periculum seu malum non sit grave neque relative, metus est levis. Porro notissimum est solo metu gravi (ceteris concurrentibus requisitis, scilicet ut sit iniustus, et in ordine ad extorquendum consensum matrimonialem incussus) dirimi matrimonium. Omnia enim loca iuris, quae de irritatione matrimonii ob metum agunt, expresse dicunt aut supponunt metum debere esse gravem seu cadere in constantem virum, v. g. capita *Cum locum,* 14; *Veniens, ib; Consultationi,* 28, *De sponsalibus,* quibus addi debet cap. *Cum dilectus,* 6, *De his quae vi,* etc. Porro in foro ecclesiastico frequens esse solet inquisitio de metu reverentiali, praesertim in re matrimoniali, et quaeritur utrum dirimat matrimonium; cui quaesito respondendum est: Metus reverentialis, per se, non dirimit matrimonium. Dupliciter enim metus reverentialis intelligi potest. Primo modo per illum intelligitur reverentia et verecundia, quibus inferior erga superiorem, v. g. filius erga parentes, affici solet, ita ut, propter illam reverentiam, plura faciat inferior, ne superiori displiceat, aut huius praeceptis, monitis, consiliis, obtemperet, quia non audet ei contradicere. In hoc sensu intellectus, metus reverentialis non dirimit matrimonium: imo nec est metus proprie dictus, quia sine formidine alicuius periculi aut mali metus non intelligitur. Altero modo per metum reverentialem intelligitur, praeter dictam verecundiam et reverentiam, etiam timor offensionis superioris ; quae offensio utique malum est pro inferiore. Verum, etiam in hoc altero sensu, metus reverentialis, per se, non dirimit matrimonium; praefata enim offensio superioris, licet sit malum, non tamen in iure habetur uti malum grave, neque pro puella. In iure romano, matrimonium initum ex solo praecepto seu coactione patris, absque minis aut aliis huiusmodi adiunctis, non censetur invalidum, L. 22, D., *de ritu nuptiarum,* XXIII, 2 : « Si patre « cogente (filius) ducit uxorem, quam non duceret si sui arbitrii esset, « contrahit tamen matrimonium; quod inter invitos non contrahitur; « maluisse hoc videtur». Pariter in iure canonico, professio religiosa emissa ex mero praecepto patris, non censetur invalida: cap. *Insinuante,* 7, *qui clerici vel voventes.* Revera, cum ex hypothesi, absint minae, et verbera, et gravia iurgia, signum est dictam superioris offensionem non esse malum ita grave, etiam pro puella. Unde metus reverentialis simplex non dirimit matrimonium.

Sed aliud est, quando praeter simplicem metum offensionis superioris, occurrunt adiuncta ex quibus efficiatur etiam virum aut feminam

constantem graviter turbari; inter huiusmodi adiuncta, doctores enumerant minas, gravia iurgia, verbera, importunas et diuturnas preces, aut etiam signa gravis et perpetuae indignationis ex parte superioris: quorum omnium adiunctorum ponderatio reliquitur aestimationi iudicis. In his ergo casibus, metus reverentialis, non iam simplex sed mixtus seu qualificatus, fit vere gravis et dirimit matrimonium.

Et ita quoad supradicta omnia, communissima doctorum opinio, a qua nefas sit recedere. Sic Sánchez, *de matrimonio,* lib. IV, disp. 6, n. 7, et seq., qui innumeros pro hac opinione auctores allegat; Pichler, in tit. *de sponsalibus,* n. 108, in fine; Barbosa, *Vota decisiva,* vot. 77, n. 73 seq.; Lessius, *de iustitia et iure,* lib. 2, cap. 17, n. 35; Reiftenstuel, in tit. *de his quae vi,* etc. n. 93-101, et in tit. *de Regularibus,* n. 165, in quo agit de professione religiosa: iuxta enim omnes doctores, matrimonium et professio religiosa, sub praesenti respectu aequiparantur (Cf. Barbosa, *Vota decisiva,* Vot. 37, n. 7). His autem doctoribus assentiunt recentiores, v. g. d'Annibale, *Summula,* t. I, § 138, not. 16; Vecchiotti, *Inst. Canon.,* t. III,de *Sacramentis,* § 99 in fine; Rosset, *de matrimonio,* t. II, n. 1278-1285; Santi, in tit. *de sponsalibus,* n. 144; Wernz, *Ius matrimoniale,* n. 264, p. 392, edit. 1904; Gasparri, *de matrimonio,* n. 942, t. II, p. 53, edit. 1904 Talis etiam fuit iurisprudentia S. Congr. Concil., quae metum reverentialem simplicem nunquam admisit tamquam dirimentem matrimonium, bene vero metum reverentialem mixtum, in sensu supra exposito (vide causas indicatas apud Wernz, loc. cit.). Et haec est etiam iurisprudentia S. Rotae, quae, ad dirimendum matrimonium, admittere solet metum reverentialem mixtum, uti fecit in *Parisien. - Nullitatis matrim.,* die 26 febr. 1910; in altera *Parisien. - Nullitatis matrim.,* diei 13 martii 1911, etc.

Quod ad factum attinet. Ut melius intelligatur in quo iaceat difficultas in praesenti causa, sciendum est Germanam Surcouf, adhuc in tenella aetate, a matre monente commissam fuisse alicui amicae, scilicet dominae Duplessy, feminae aeque religiosae et diviti, quae eam, ab hoc tempore, quasi filiam habuit; vivebat adhuc Germanae pater, dominus Surcouf, cui gratissimum fuit propriam filiam in honestissima familia collocatam videre. De suis parentibus adoptivis haec ait Germana in suo libello supplici ad Curiam Niciensem: « Orpheline très jeune, j'ai « été confiée par ma mère mourante à des amis, Monsieur et Mme Du- « plessy, qui d'étrangers qu'ils étaient, sont devenus pour moi les père « et mère les plus dévoués, au point de me donner leur nom et leur « fortune en me constituant civilement leur fille adoptive. Arrivée à l'âge « de me marier, je comprenais tout ce qu'ils étaient pour moi, je me

« rappelais leurs tendresses, leurs sacrifices et la dette considérable que « j'avais contractée envers eux ». Igitur, cum Germana secundum supra vigesimum aetatis suae annum ageret, mater eius adoptiva ei in matrimonium proposuit iuvenem Emmanuelem de Serres. Hoc matrimonium dominae Duplessy valde cordi erat, tum quia multa bona ab amicis de hoc iuvene audierat, tum quia hic nomen illustre gerebat, tum praesertim quia, cum nec militiae, nec alii professioni vacaret, quae illum longe agere cogeret, sperabat dna Duplessy filiam adoptivam cum viro domi remansuram, sibique matri adoptivae curas in senectute impensuram. Interea dna Duplessy et vir eius beneficiis suis erga Germanam cumulum imposuerunt, eam formaliter in filiam adoptandi, ad normam legis Gallicae, ita ut Germana Surcouf nomen Duplessy suo nomini adiungere potuerit, et in bona adoptantium omnia iura filii legitimi acquisierit (codex civilis Gallicus, art. 347, 350) ; quae adoptio, ut dicit dna Duplessy, in suo interrogatorio, ad 3, duobus mensibus ante matrimonium peracta est.

Verum Germanae propositum matrimonium valde displicebat; de quo dicit ipsa in praefato supplici libello: « Mr de Serres mê fut violem- « ment antipathique dès le jour où il me fut présenté. Il voulut danser « avec moi ; je l'abandonnais quelques instants après, en priant une de « mes compagnes de l'entretenir, car il me déplaisait souverainement. « Quelques jours après, Mr de Serres demanda ma mairi à Mme Duplessy. « Ma mère adoptive apprit de moi, que je n'aimais pas le jeune homme, « qu'un mariage avec lui n'était pas à désirer. Elle insista. Une per- « sonne amie en laquelle elle avait toute confiance venait presque cha- « que jour la relancer. Mr de Serres lui avait fait entre temps des con- « fidences mensongères qui l'avaient émue, et l'avaient amenée à conclure « qu'en donnant sa fille adoptive à cé jeune homme, elle aurait auprès « d'elle une famille qui serait la bénédiction des ses vieux jours. Des « renseignements pris sur la famille achevaient de la convaincre; le « mariage me fut carrément proposé. Si Mme Duplessy avait lu dans « mon âme, elle ne Taurait pas fait. Si elle avait été ma mère, j'aurais « impitoyablement dit non. Mais dans la circonstance elle était plus « qu'une mère, se donnant elle-même à mon avantage ce que la nature « ne lui avait pas donné, et me comblant d'une affection qui n'a pas « d'exemple. Je n'eus pas la force de lui résister ». Matrimonium ergo Germana cum dicto.iuvene contraxit, quia matri adoptivae firmiter has nuptias proponenti, resistere non est ausa, ne ipsam, post tanta ab ea recepta beneficia, offenderet.

Quaeritur itaque utrum hic metus, ex quo Germana matrimonium cum Emmanuele contraxit, sufficiens fuerit ad dirimendum hoc matrimonium.

Porro, ex actis causae, negative respondendum censuerunt RR. DD. Auditores. Utique, ut iam insinuatum est, Germana matrimonio consensit, quia timuit ne matri adoptivae displiceret, ne eam offenderet: quod sic ipsa asserit, in suo interrogatorio ad 4 et 5: « Je n'ai dit oui « que pour ne pas contrarier ma mère adoptive je ne voulais pas « faire comme tout le monde en pareille circonstance, mais uniquement « pour ne pas déplaire à ma mère adoptive ». Igitur Germana metum reverentialem passa est; sed erat metus reverentialis simplex, non mixtus aut qualificatus; ut enim patet ex actis, mater adoptiva Germanae nec minas, nec verbera, nec gravia iurgia, nec preces importunas et instantissimas unquam adhibuit; quorum omnium ne minimam quidem mentionem facit Germana, aut ullus testis.

Nec dicatur Germanam fuisse timidam, mitem atque docilem, et, ex altera parte, in re de qua agitur, dñam Duplessy fuisse propositi tenacem, et Germanae matrimonium cum Emmanuele non tam proposuisse quam imposuisse, et quidem firmiter et constanter. - Verum non nimium attendenda est Germanae timiditas; hac de re dicit testis Duplessy, Germanae pater adoptivus : « Plutôt timide sans l'être ; n'ayant « pas l'énergie de la lutte. Elle avait confiance en nous qui l'avions « élevée dans les principes du respect et de l'obéissance; eíle ne discu- « tait pas nos ordres, se rebiffant quelquefois, comme les autres enfants, « quand on ne voulait pas lui accorder certaines choses que nous ne « pouvions, dans son intérêt moral, lui accorder ». Imo dicit Emmanuel de Serres, ad 10: « (Germaine) est assez autoritaire, mais elle se laisse «aussi facilement influencer par ses parents adoptifs ». Igitur potius videbatur timida quam erat; ceterum, tempore matrimonii, viginti unum annos nata erat, unde non amplius erat puella. Quod attinet ad matrem eius adoptivam, quoad matrimonium de quo agitur, erat quidem propositi tenax, uti patet ex attestationibus testium; attamen rationes quae ipsam movebant non erant absolute urgentes; harum praecipua erat, ut dictum est, quia sperabat filiam adoptivam, Emmanueli nuptam, domi cum viro remansuram, et sibi curas in senectute impensuram ; verum cum dna Duplessy ditissima esset, procul dubio aliter sibi in senectute providere potuisset. Unde timor quo Germana affecta erat, fines metus reverentialis simplicis non egrediebatur. Unde etiam testes dicunt Germanam, quoad hoc matrimonium, non fuisse coactam, sed tantum impulsam. Sic Ioseph de Serres, frater conventi, ad 6: «Mon « impression est qu'elle a donné un plein consentement et qu'elle a « consenti bien volontairement, malgré la pression qu'elle a pu subir. « J'assistais au mariage comme témoin de mon frère ». Dicit etiam Em-

manuel de Serres ad 12: « Sans faire pression, on lui a conseillé ce « mariage, et elle a dû être influencée ». Quod ipsa Germana confirmat in suo interrogatorio ad 2: « Non, je n'ai pas donné un plein et libre « consentement à ce mariage, non pas que j'aie été forcée, mais in- « fluencée ».

Igitur quod attinet ad matrimonium, Germana non coacta fuit, sed tantum impulsa. Ceterum, in fine, matris adoptivae voluntati, licet non sine aliqua remanente repugnantia, acquievit. Quod plura facta ex actis deprompta demonstrant.

Ante matrimonium, Germana sponso nunquam declaravit se illi non nisi coacte nupturam; hoc refert vir ipse; ad hoc enim quaesitum 4: « Vous a-t elle déclaré qu'elle avait de la répugnance à vous épouser? « Qu'elle ne le faisait que contre sa volonté? », respondit: « Non, jamais ». Et hoc ipsa Germana fatetur in suo interrogatorio suppletivo, ad 9; ad hoc enim quaesitum : « Avez-vous laissé entendre à Mr de Serres « que vous ne l'épousiez pas volontiers, et que vous cédiez au désir de « vos parents? », respondit: « Non, je ne le lui ai jamais fait entendre ». Porro, uti experientia docet, puellae quae vero metu ad nuptias coguntur, sponso ante matrimonium declarare solent se illum odium prosequi, ut hoc saltem modo sponsalia resolvere tentent.

Item ante matrimonium, ad nullum Germana recurrit, qui potuerit ipsam ab influxu matris adoptivae liberare; suam enim contra matrimonium repugnantiam vel patri adoptivo, vel proprio patri, vel etiam quibusdam sponsi cognatis aperire potuisset, eorumque opem contra matris adoptivae influxum implorare; verum hoc non fecit: uni famulae suae, Iuliettae Brocard, sensus suos intimos concredidit; quod erat, ut patet, inefficacissimum. Porro non sic agere solent puellae, vero metu ad matrimonium coactae, quae ad cognatos et amicos recurrunt, ut pro ipsis apud metum inferentem interveniant.

Pariter ante nuptias, cum iam ei matrimonium cum Emmanuele propositum fuisset, libere acceptavit adoptionem; in iure enim Gallico (Codex civ., art. 353), ut adoptio fiat, requiritur consensus adoptandi, et ideo fieri nequit adoptio, nisi postquam adoptandus maioritatis annos compleverit (ibid., art. 346). Germana ergo acceptavit adoptionem; porro * hoc signum est ipsam non adeo repugnasse matrimonio cum Emmanuele; si enim huic matrimonio vere repugnasset, adoptionem non tam facile acceptasset, ex qua minus libera remanebat ad hoc matrimonium reiiciendum; quod eo magis dicendum est quod ratio praecipua, propter quam dna Duplessy Germanam adoptavit, est quia haec matrimonium contraxit, quod parentibus suis adoptivis placebat: quod dicit ipsa

dna Duplessy; ad hoc enim quaesitum: «L'adhésion de Mlle Surcouf «à ce mariage ne vous a-t-elle pas engagée à l'adopter plus tôt que « vous ne vous l'étiez proposé? », respondit: « Nous étions décidés à « l'adopter à la condition que le mariage qu'elle ferait nous convienne, « et ce mariage nous a fait réaliser notre intention, vu qu'il nous parais- « sait convenable ».

Die matrimonii, sive in ipso ritu sacro, sive extra, non modo in Germanae actis gestisque nihil insoliti notatum est, sed etiam laeta videbatur. Quod referunt passim testes. Maria de Lambordette ait, ad 5: « J'assistais au mariage religieux, mais je n'ai rien remarqué d'extraor- « dinaire ». Item ioseph Dumont, ad 10: « Je n'ai rien remarqué d'ex- « traordinaire à la célébration de son mariage ». Imo Iosephus de Serres, ad hoc quaesitum 7: « Lors de la célébration du mariage, son attitude « a-t-elle eu quelque chose d'anormal? » respondit: « Non, absolument « rien ; et d'après les apparences on pouvait croire qu'elle était bien « contente ». His similia dicit Emmanuel de Serres; ad hoc enim quae- situm 3: « Quels sentiments Mlle Germaine Surcouf vous a-t-elle témoi- « gnés avant le mariage?», respondit: «Elle avait l'air très contente « que le mariage se fasse »; et ad hoc quaesitum 7: « Lors de la célé- « bration du mariage, son attitude a-t-elle eu quelque chose d'anormal? », respondit: «Mais non». Et hoc etiam fatetur ipsa Germana actrix: ad hoc enim quaesitum: « Vos attitudes (scilicet ipsius Germanae et Em- « manuelis) ont-elles présenté quelque chose d'anormal?», respondit: « Il n'y a rien eu extérieurement à remarquer? ».

Ceterum addit Germana se matrimonio acquievisse: in interrogatorio suppletivo, ad hoc quaesitum 10: « Quand, à l'église, vous avez affirmé « votre consentement, que signifiait pour vous cette parole? », respondit: « Je pensais que je devais accomplir tout mon devoir d'épouse, et essayer « de faire mon bonheur; qu'en acceptant les charges, je devais en ac- « cepter les conséquences »; et in priori interrogatorio, ad hoc quae- situm 13: « N'avez-vous pas, par des relations conjugales librement con- « senties, au moins ratifié après coup votre consentement? », respondit: « J'ai considéré qu'il était de mon devoir de me prêter à ses demandes « (scilicet mariti) et pour amoindrir mon malheur. J'avais l'espérance « que mon union pourrait peut-être devenir acceptable. Du reste ma « crainte que j'avais d'être malheureuse n'était qu'une impression, et « j'espérais qu'à force de douceur je pourrais le gagner ». Quae omnia confirmat maritus: ad hoc enim quaesitum 8: « Quels furent ses sén- « timents envers vous après le mariage? sa manière d'agir était-elle « d'une personne qui se croit vraiment mariée? », respondit : « Oui, après

« le mariage, et pendant un certain temps, elle a eu l'air de se con-« duire comme une personne vraiment mariée ».

Tandem, uti apparet passim in actis, propria ratio quae Germanam ad acceptandum matrimonium movit, est gratitudo, licet exaggerata, qua erga parentes suos adoptivos, propter recepta ab eis beneficia, afficiebatur, et qua factum est ut eis matrimonium proponentibus displicere noluerit. Testis Castelli, ad quaesitum 11: « Croyez-vous que « Madame et Mr Duplessy l'aient contrainte à ce mariage et comment? », respondit: « Par le sentiment et l'exagération tele la reconnaissance due », Testis Coutan, ad 10, ait: «J'estime que la jeune fille a accepté ce « mariage par suite d'une contrainte morale provenant des meilleurs « sentiments d'affection et de reconnaissance, surtout eu égard à cette « circonstance, que le fait considérable de la procédure d'adoption coin- * « cidait avec le projet de mariage ». Supra animadvertimus Germanam huic proposito adoptionis, quod cum proposito matrimonii concurrebat, libere consensisse. Et haec confirmant dnus et dna Duplessy; prior ait, ad 10 : « Je puis affirmer que si nous avions été son père et mère, elle « aurait peut-être refusé ce parti, et même si nous n'avions pas fait « pour elle ce que nous avons fait, elle aurait refusé ». Altera, ad 10, pariter dicit : « Je crois qu'elle n'aurait pas fait ce mariage, si j'avais « été sa mère, et qu'elle n'y a consenti que par reconnaissance pour «ce que j'avais fait pour elle ». Sed hoc clarius adhuc fatetur Germana; in suo enim interrogatorio suppletivo, ad 5, ait: « On m'a bien dit « formellement qu'ils ne m'auraient pas adoptée si je ne faisais pas un « mariage à leur convenance ; mais c'est uniquement dans la crainte de « manquer à la reconnaissance, dette que j'avais contractée à leur égard «pour tout ce qu'ils avaient fait pour moi»; et ad hoc quaesitum: « N'aviez-vous pas assez de confiance dans l'affection de vos parents « adoptifs, pour croire que votre refus raisonnable ne la briserait pas? « Vous avait-on même dit ou laissé entendre que, si vous refusiez, on « romprait? », respondit: « Non, mais une simple obligation morale que «je tenais à remplir». Clarum est ergo Germanam matrimonio consensisse propter gratitudinem, nimiam quidem et male intellectam, qua mota parentibus adoptivis matrimonium proponentibus displicere noluit. Quae animi dispositio longissime distat a metu; metus enim qui dirimit matrimonium debet esse ab extrinseco; porro in Germana gratitudo et eius « exaggeratio » erant ab intrinseco.

Nunc solvendae remanent quaedam difficultates.

1. Dna Duplessy, in suo interrogatorio, ad 7, ait: « Germaine n'a « jamais osé s'opposer à ma volonté, par soumission; et, le matin même

« de son mariage, elle est encore venue à moi dans l'intention de s'ou- « vrir, mais le courage lui a manqué à cause de ce que nous avions « fait pour elle ». Quibus verbis addenda sunt haec verba testis Annae Revela, sarcinatricis, quae in suo interrogatorio, ad 11, ait: « N'osant « pas dire non, elle a donné son consentement; mais ce n'était pas sa « volonté de dire oui; car elle était très triste, et, le jour même du « mariage, elle pleurait pendant que je l'habillais ». Ex quo sequitur Germanam in sua contra matrimonium repugnantia usque ad ipsum matrimonium permansisse, et huic libere non consensisse. Respondetur: I° Conciliandа sunt haec verba cum verbis ipsius actricis, quae, uti vidimus, aperte dicit se matrimonio acquievisse, seu illud acceptasse, seque, propter gratitudinem, obligatam putasse ad obtemperandum voluntati parentum adoptivorum; unde dicendum est Germanam acquievisse quidem matrimonio, non tamen sine aliqua repugnantia, quae usque ad ipsum matrimonium perduravit; *T* Quod ergo, iuxta verba duae Duplessy, ipso mane matrimonii, sensus suos intimos matri suae adoptivae aperire ausa non fuerit, id provenit ex metu reverentiali; verum cum nunquam fuerint, ex parte matris adoptivae, neque minae, neque verbera, neque iurgia, etc., hic metus remansit intra fines metus reverentialis simplicis, et proinde inefficacis ad dirimendum matrimonium; quod eo magis dicendum est, quod, die matrimonii, ritus civilis adoptionis iam perfectus erat, et proinde Germana nihil amplius timendum habebat, nec privationem adoptionis, nec exheredationem; iure enim civili Gallico, uti dictum est, filius adoptivus in hereditatem parentum adoptivorum eadem iura habet, quae filius legitimus.

% Germana, ad hoc quaesitum 8: « Jusqu'à quel point, en refusant « ce mariage, leur auriez-vous fait de la peine? Leur avez-vous témoigné « de votre répugnance? », respondit: « Je croyais que,-les froissant ainsi « profondément, ils m'en auraient toujours voulu, après tout ce qu'ils « avaient fait pour moi. Oui, je le lui ai dit en pleurant, et elle m'a répondu « que je voulais la contrarier dans un affaire capitale, que je laissais « passer le bonheur, uniquement pour ne pas vivre avec eux, ce à quoi « elle tenait beaucoup ». Unde Germana gravem et perpetuam matris adoptivae indignationem reformidabat, et, eo metu commota, matrimonio consensit; itaque iam non est amplius metus reverentialis simplex; indignatio enim gravis et perpetua parentum est unum ex his adiunctis quae metum reverentialem efficacem ad dirimendum matrimonium reddunt. - Respondetur: I° Revera, secundum sententiam Sanchezii, indignatio gravis et perpetua patris aut superioris, metui reverentiali adiuncta, sufficit ad dirimendum matrimonium; sic enim ait Sánchez, *De*

matrimonio, lib. 4, disp. 6, n. 14: « Si (persona metum patiens) teneret « probabiliter diuturnam fore indignationem, et semper se habituram « patrem aut virum valde infestum et indignatum, obiecturumque pas- « sim illam inobedientiam, crediderim esse timorem cadentem in virum « constantem. Quis enim vir constans aut prudens non reputabit grave « malum, semper coram oculis habere infensum patrem aut virum, aut « alium a quo pendet, et eum quo semper versaturus est, maxime cum « vix invenías, qui linguam moderari valeat, ne male sentiat peiusque « loquatur de eo, cui infestus est ». Cui sententiae adhaerent Barbosa, *Vota decisiva,* votum 77, n. 77; D'Annibale, *Summula,* t. I, § 138, not. 16, edit. 3; Wernz, *Ius matrimoniale,* t. IV, n. 264, edit. 1904, etc. Verum haec praesenti speciei applicari nequeunt; Germana enim proprie non* timebat indignationem parentum adoptivorum, sed tantum eorum ali-"» qualem offensionem (« *ils m'en auraient toujours voulu* »), quae multum inter se distant; insuper, cum non praecessissent minae, nec iurgia, nec alia huiusmodi, Germanae timor non erat probabilis, qualem requirunt supra relati auctores, sed mera phantasia; quod eo magis dicendum est, quod dna Duplessy semper fuerat in filiam adoptivam benevola, imo benevolentissima, et hoc ipsum matrimonium bonum et gratum Germanae futurum esse sperabat. Ceterum de hac diuturna offensione parentum adoptivorum sola loquitur Germana; de probabilitate enim talis offensionis alte silent omnes testes. Tandem, uti iam supra dictum est, concilianda sunt citata verba Germanae cum aliis eiusdem verbis, quibus dicit se ex gratitudine matrimonium acceptasse.

3. Germana matrimonium cum Emmanuele contraxit, non solum ob metum reverentialem quo erga parentes adoptivos afficiebatur, sed etiam ob metum gravis mali, scilicet ne adoptione et consequente hereditate privaretur: quae privatio utique erat grave maium pro Germana; unde metus reverentialis, ob illud adiunctum, scilicet timorem gravis mali, factus est gravis, et matrimonium diremit. - Respondetur: I° Non constat dnam Duplessy minas intentasse Germanae de privatione adoptionis, si matrimonium cum Emmanuele non acceptare!. In interrogatorio supple- tivo, ad 5, Germana refert: « On m'a bien dit formellement qu'ils ne « m'auraient pas adoptée, si je ne faisais pas un mariage à leur conve- « nance »; sed quis hoc dixit? Utrum dixit ante vel post matrimonium? Et de quo matrimonio agebatur? Unde, in eodem interrogatorio, ad 3, Germana dicit solummodo : « J'étais moralement obligée, vu les paroles « de ma mère adoptive, qui, disait-elle, ne m'aurait pas adoptée, *ou que, « tout au moins, je lui aurais grandement déplu,* ne m'ayant laissé nul- « lement entendre que j'étais libre de refuser M. de Serres ». 2° Quid-

quid sit, ipsa Germana asserit se, non ex illis hypotheticis minis, sed ex gratitudine matrimonium acceptasse; post verba enim superius relata: « On m'a bien dit formellement qu'ils ne m'auraient jamais adoptée, etc.», addit: « Mais c'est uniquement dans la crainte de manquer à la recon- « naissance, dette que j'avais contractée à leur égard pour tout ce qu'ils « avaient fait pour moi ». 3° Ceterum, notandum est, ad iuris abundantiam, timorem privationis adoptionis et consequentis hereditatis, non fuisse, pro Germana, metum gravis mali, qualem leges canonicae requirunt ad dirimendum matrimonium; timor enim ille (posito quod revera fuisset in mente Germanae) erat potius timor amissionis lucri, ad quod lucrum ius nullum habebat, seu, modo praecisiori, quod non erat ei debitum ; porro doctrina communis et certa est, timorem amissionis lucri, quod non est alicui debitum, non irritare matrimonium, sicut nec quemlibet contractum; et ratio urgens est: contrahere enim matrimonium ne lucrum amittatur, est contrahere, non metu mali, sed spe lucri. Ita Sánchez, *De* ***matrimonio,*** lib. IV, disp. 5, n. 27-29; Pontius, *De* ***matrimonio,*** lib. IV, cap. 4, n. 10, et alii communiter. Porro Germanae debita non erat adoptio, nec proinde consequens hereditas.

4. Vita communis brevi cessavit, scilicet post circiter menses septemdecim ; cum enim matrimonium die 2 iunii 1909 contractum fuisset, iam separatio quoad thorum a tribunali civili mense ianuario anni 1911 pronunciata est; porro haec coniugalis cohabitationis brevitas cum consensu matrimoniali libere a Germana dato vix conciliari potest. - Respondetur: 1° Haec cohabitationis coniugalis brevitas nullo modo repugnantiae Germanae contra matrimonium tribuenda est; iam enim supra vidimus, et ex ipsis Germanae verbis demonstravimus, illam matrimonio acquievisse propter gratitudinem: et, matrimonio semel inito, illam onera matrimonii generose acceptasse, cum spe conversandi in charitate et pace cum marito; 2° aliis causis tribuenda est vitae coniugalis brevitas et separatio, scilicet iurgiis frequentibus ex parte viri, cuius indoles insolita erat, et erga uxorem immitis.

His ergo omnibus tam in iure quam in facto consideratis, et bene perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et Deum solum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, ***non constare de nullitate matrimonii inter*** *Germanam Surcouf* ***et*** *Emmanuelem* ***de*** *Serres,* ideoque, infirmata sententia iudicis primae instantiae, ad dubium propositum respondemus: ***Negative.*** Statuentes praeterea eamdem Germanam Surcouf ad expensas iudicii et ad taxam pro sententiae expeditione solvendas teneri.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV *De reform.* Concilii Tridentini,' iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 31 iulii 1915.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Ioannes Prior. „
Raphaël Chimenti.

L. SB S.

Ex Cancellaria, 13 augusti 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

n

BENEVENTANA

PRAECEDENTIAE

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno primo, die 13 mensis augusti anni 1915, RR. PP. DD. Seraphinus Many, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de Turno, in causa* Beneventana-Praecedentiae, *inter* Sodalitatem Montis Mortuorum *seu* Bonae Mortis, *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem Angelum d'Alessandri, advocatum, ex una parte, et* Sodalitatem a Pretiosissimo Sanguine D. N. I. C, *conventam, repraesentatam per legitimum procuratorem Nazarenum Patrizi, advocatum, ex altera parte, in gradu appellationis contra sententiam Rotalem diei 4 ianuarii eiusdem anni 1915 a Sodalitate a Pretiosissimo Sanguine interpositae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

In oppido vulgo Montefalcione, dioecesis Beneventanae, exstant duae confraternitates, una scilicet Montis Mortuorum seu Bonae Mortis nuncupata, canonice erecta anno 1695 ab archiepiscopo Cardinali Orsini; altera, a Pretiosissimo Sanguine nomen habens, anno 1883 ab archiepiscopo Cardinali di Rende canonice erecta, et anno 1895, titulo archiconfraternitatis a Leone XIII, Brevi *Pias fidelium,* aucta. Acris inter

eas orta est controversia, utri praecedentia debeatur; illa antiquitatem suam et praecedentiae possessionem in medium adduxit; haec suam archiconfraternitatis dignitatem attollit. Cum autem, die 3 iunii 1909, Vicarius Generalis Beneventanus, attento hoc archiconfraternitatis titulo, praecedentiam Sodalitati a Pretiosissimo Sanguine attribuisset, Sodalitas Bonae Mortis processum formalem in Curia Beneventana instituit, ut praecedentia sibi super alteram confraternitatem adiudicaretur. De consensu utriusque Sodalitatis causa ad S. Sedem avocata fuit, et rescripto Pontificio diei 23 martii 1912 S. Rotae commissa, una cum aperitione oris ad impugnandum supradictum Breve, Die autem 4 ianuarii a. 1915, sententia Rotalis prodiit, qua definitum est ius praecedentiae spectare ad Sodalitatem Montis Mortuorum. Cum ergo ab hac sententia alterum Sodalitium appellasset, in H. S. O. solitum dubium concordatum est: *An confirmanda vel infirmanda sit sententia Rotalis, diei 4 ianuarii anni 1915.*

Quod ad ius spectat. - Notissima est in re Constitutio Gregorii XIII *Exposcit pastoralis* diei 25 iulii 1583, in qua ponuntur principia seu regulae circa praecedentiam inter confraternitates. Prima regula est haec: « Qui (confratres) in quasi possessione praecedentiae ac iuris praece- « dendi sunt, iis, quibuscumque reclamationibus, protestationes, appel- « lationibus et aliis subterfugiis prorsus remotis, et cessantibus, et post- « positis, in processionibus tam publicis quam privatis praecedere « debeant »; subdit immediate Pontifex, et est secunda regula : « Quando « vero non probetur aut non constet de quasi possessione praeceden- « tiae huiusmodi, inter confratres inter se litigantes ii, qui prius saccis « usi sunt, in processionibus tam publicis quam privatis praecedere « debeant ». Igitur primo et ante omnia attenditur possessio praecedentiae: quod si de ea non constet, quia, v.g., modo una, modo altera confraternitas praecessit, tunc attenditur maior antiquitas usus saccorum seu habitus specialis; si enim una confraternitas prius quidem erecta fuit, sed serius sacco seu habitu speciali usa fuerit, tunc praecedentia debetur illi confraternitati, quae prius sacco usa est, iuxta verba Gregorii XIII; imo Confraternitas, quae nullo habitu speciali utitur, nullum ius habet ad praecedentiam; cfr. Bassus, *De Sodalitiis,* quaest. XI, n. 2, cum aucto ribus ibi allegatis.

Haec sunt itaque regulae praecedentiae, iuxta ius commune ; unde ad hanc Gregorii Constitutionem remisit S. Rituum Congregatio in his controversiis dirimendis, v. g., in *Nepesina,* diei 10 maii 1608; in *Telesina,* 19 martii 1611 *(Decreta authentica,* n. 251, 291); hinc in *Bononien.,*

diei 9 dec. 1617, decrevit: « Dictos confratres Societatis SSmi Rosarii « non posse deferre crucem sine habitu, nec praecedentiam eis compe- « tere super alias Societates, quae ante eos habent habitum (Ibid., « n. 359) ». Hinc etiam auctores qui hac de re scripserunt, ad Constitutionem Gregorianam remittere solent tamquam ad normam, iuxta* quam componi debeant omnes inter confraternitates controversiae circa praecedentiam; v. g., Bassus, *De Sodalitiis,* q. II, n. 1-4; Barbosa, *Ius eccles, univ.* lib. 2, cap. 11, n. 102; Francés, De *Ecclesiis cathedralibus,* cap. 25, n. 377, seq.; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *Confraternitas,* art. 6, n. 15-16; Benedictus XIV, *Instit.* 105, n. 84, seq., et alii passim. Pariter, ad normam huius Constitutionis controversiae huiusmodi diremit semper S. Rota, uti videre est, v. g., inter *Recentiores,* in *Albinganen*,, *Praecedentiae,* diei 20 iunii 1653, dec. 320, Parte XI; et recentissime, in Rota restituta, in *Mileten., Iurium,* diei 16 ianuarii 1913, coram Sincero.

Unica facta est huic Constitutioni exceptio, scilicet favore confraternitatis SSmi Sacramenti; quod sic exponit Benedictus XIV, loco cit., n. 85: « Nulli unquam limites huic Constitutioni positi fuerunt, nisi « ratione sodalitatum, quae a SSmo Sacramento nuncupantur, quibus « semper reliquis praeire conceditur, in iis processionibus, quibus sacro- « sancta Eucharistia defertur, ea tamen conditione, ut sacco utantur, et « aliis quoque processionibus interesse consueverint ». Ita S. Congregatio Rituum, praecipue in *Lünen.-Sarzanen.,* diei 18 iunii 1639; in *Vercellen.,* diei 20 septembris 1687; in alia *Vercellen.,* diei 18 iunii 1695, ad 3; in *Meliten.,* diei 23 septembris 1820 *(Decr. auth.,* n. 682, 1789, 1925, 2606).

Hinc Constitutioni Gregorianae non fit exceptio, etiam quando una ex confraternitatibus litigantibus titulo archiconfraternitatis decorata est; lex enim non distinguit, unde nec nos distinguere debemus; sed de hoc infra redibit sermo.

Quod ad factum attinet. - Ex actis processus manifeste patet praedictam Constitutionem Gregorianam confraternitati Montis Mortuorum seu Bonae Mortis aperte favere. Quantum ad primam regulam, qua statutum est attendi debere ad possessionem seu quasi possessionem praecedentiae, clarum est praedictam confraternitatem praecedentia fruitam fuisse super confraternitatem a Pretiosissimo Sanguine per tredecim annos, scilicet ab anno 1882, quo erecta fuit haec altera confraternitas, usque ad annum 1895, quo haec titulo archiconfraternitatis decorata fuit. Licet enim confraternitas a Pretiosissimo Sanguine vix erecta praecedentiam sibi assumere, sub variis praetextibus, conata.

fuerit, attamen haec tentamina in irritum cesserunt. Vicarius enim Generalis Beneventanus, epistola diei 19 maii 1883, ad Oeconomum spiritualem oppidi Montefalcione, declaravit praecedentiam ad confraternitatem Bonae Mortis pertinere: « In riscontro alla sua nota dei 18 corrente, « Le significo che la precedenza nelle ecclesiastiche funzioni spetta per « diritto alla congrega della Buona Morte, perchè nell'archivio di questa « Revma Curia si è trovata la Bolla di erezione e fondazione della mede- « sima ». Revera omnes testes tum a parte actrice, tum a parte conventa producti, si paucissimos excipias, testantur per hanc tredecim annorum periodum confraternitatem Bonae Mortis iure praecedentiae usam fuisse in functionibus publicis. Quod si agatur de periodo temporis ab anno 1895, quo confraternitas a Pretiosissimo Sanguine titulum archiconfraternitatis impetravit, usque ad motam litem, iteratae sunt contra praecedentiam confraternitatis Bonae Mortis, oppositiones et protestationes ex parte novae archiconfraternitatis. Verum Curia Archiepiscopalis tueri perrexit ius confraternitatis Bonae Mortis, praesertim annis 1898 et 1909. Die enim 8 iulii anni 1898, Vicarius Generalis ad Praefectum confraternitatis Pretiosissimi Sanguinis haec scripsit : « Ad evi- « tare possibili controversie, fo notare alla S. V., che la precedenza « de' pii sodalizi va regolata secondo la priorità di fondazione, giacché « " qui prior est in tempore, potior est in iure „; e quindi a nulla valgono « gli sforzi che codesta congregazione del Preziosissimo Sangue vor- « rebbe fare per aver la precedenza su quella del Monte dei Morti ». Pariter, die 1 martii anni 1909, Vicarius Generalis haec archipresbytero oppidi Monfalcione mandata voluit : « Per la nota quistione sorta tra « codeste due ¡confraternite del Monte dei Morti e del Preziosissimo « Sangue, prego V. S. far noto a chi di ragione, nel nome di questa « Curia Arcivescovile, *che'nihil innovetur* di quanto al riguardo si è « praticato per il passato. Faccia notare V. S. che nel caso dovessero « ripetersi, *quod Deus avertat,* gli incidenti testé lamentati, non si manche- « rebbe di comminare severe pene canoniche ». Ex quibus documentis colligere licet confraternitatem Bonae Mortis, etiam per dictam periodum, praecedentiam retinuisse, licet non sine protestationibus, imo et gravibus iurgiis, ex parte alterius confraternitatis. Quod idem deducitur ex depositionibus testium ; omnes enim testes a parte actrice producti testantur confraternitatem Bonae Mortis retinuisse praecedentiam ; testes autem ab altera parte inducti hoc non negant, sed dicunt solummodo confraternitatem a Pretiosissimo Sanguine, a tempore quo fuit evecta ad dignitatem archisodalitatis, incepisse contra praecedentiam alterius confraternitatis protestan.

Verum, hoc eodem anno 1909 decurrente, Curia Archiepiscopalis *{n* aliam visa est abire sententiam. Cum enim, die 2 martii 1909, primarii officiales archisodalitatis a Pretiosissimo Sanguine ad Rmum Archiepiscopum Beneventanum recurrissent, allegantes recentissima S. Rituum Congregationis responsa, quibus archisodalitati super omnes sodalitates praecedentiam attribuit, Vicarius Generalis primum, scilicet die 15 martii, rem notam fecit archipresbytero oppidi Monfalcione, deinde, scilicet die 3 iunii, ad eumdem archipresbyterum rescribens, decisionem S. Rituum Congregationis, diei 18 augusti 1877, in *Abellinen.,* in extenso allegavit, ideoque, ad normam huius decisionis, praecedentiam deinceps archisodalitati Pretiosissimi Sanguinis adiudicavit. Contra quod rescriptum confraternitas Bonae Mortis protestata est, lite contra alteram confraternitatem in Curia Archiepiscopali formaliter mota.

Itaque, uti deducitur ex his factis, iunctis testium attestationibus, possessio praecedentiae, usque ad motam litem, pertinuit ad confraternitatem Bonae Mortis, licet, ultimis annis, non parum ab altera confraternitate turbata fuerit. Nec dicatur testes qui ita de possessione praecedentiae in favorem confraternitatis Bonae Mortis testantur, omnes ad hanc confraternitatem pertinere, et ideo esse suspectus, quasi testes in causa propria. - Nam huic difficultati respondet ipsa S. Rota, in citata *Albinganen.,* num. 8-12 : « Obiectum procederet, si exinde emolumentum « aliquod vel honorem ut singuli reportarent; cum autem minime « reportent, quia ut singulis non debetur honor, debitus ut universis, « plene probant pro confraternitate ; Baldus, in dictum cap. *Cum insu-« per,* 3, *De testibus;* et in specie de confratribus, Rota, dec. 290, n. 13, * P. V., *Recentiorum;* et in *Anconitana, Bonorum,* 13 ianuarii 1645, *« § Quia etiam* (dec. 320, p. IX, t. *% Recentiorum) ;* et magis in puncto « in *Taurinen. Delationis baldacchini,* 4 iulii 1646 (dec. 419, n. 3, P. IX, «t. 2, *Recentiorum);* maxime quia supplentur ex numero, et adminicu-« lantur ab instrumento antiquitatis, ac, in aliquibus etiam, a testibus « ex adverso adductis plene probantibus contra inducentem » ; quae omnia pro praesenti causa scripta esse videntur.

Unde patet primam regulam a Constitutione Gregoriana positam sodalitati Bonae Mortis favere.

Sed magis adhuc huic sodalitati favet altera regula a Gregorio posita, secundum quam, si de possessione praecedentiae dubium aliquod exsurgat, attendi debet ad maiorem erectionis aut usus saccorum, vel habitus specialis, antiquitatem. Revera archisodalitas a Pretiosissimo Sanguine recentissime, scilicet anno 1883, aut 1882, erecta est; sodalitas autem Bonae Mortis ad annum 1695 retroascendit, quo, die

Ii maii, ab Emo Cardinali Orsini, archiepiscopo Beneventano, canonice erecta est, uti fert ipsa bulla erectionis.

Patronus sodalitatis Pretiosissimi Sanguinis dicit quidem sodalitatem Montis Mortuorum anno 1695 canonice erectam, postea, saeviente peste, exstinctam fuisse, et serius in eius locum subrogatam fuisse aliam diversi nominis, scilicet Bonae Mortis, confraternitatem, quae sine canonica erectione remansit, ideoque ad praecedentiam ius habere nequit. - Verum haec facile solvuntur; nam: 1) Praefata exstinctio confraternitatis Montis Mortuorum nullo argumento nititur, eo magis quod pestis, quae tamquam causa huius exstinctionis exhibetur, non post annum 1695 saeviit, bene vero prius, ut recte in sententia appellata animadversum est. 2) Etiamsi dicta confraternitas aliquo tempore, ob hanc vel aliam causam desiisset, attamen revixit, siquidem eam anno 1793 florentem videmus, quo anno, die 22 februarii, regium beneplacitum ei a rege Utriusque Siciliae, Ferdinando IV, concessum est; porro, sic reviviscendo, canonicam suam erectionem, et omnia sua iura et privilegia et indulgentias quasi quodam iure postliminii recuperavit; quod extra controversiam est ex decreto S. Congregationis Indulgentiarum, diei 28 ianuarii anni 1839, in *Tomacen. (Decreta auth.,* n. 269), quod sic relatum est: « Inter Chartas, quae in ecclesia S. Waldetrudis, dioecesis Tornacensis, « asservantur, inveniuntur bullae et decreta episcopalia, quibus conceditur « facultas erigendi confraternitatem dictae S. Waldetrudis; sed dubitatur, « an praefata confraternitas unquam erecta sit, vel an defectu confra- « trum desierit existere. Cum vi et tenore bullarum, confraternitas in « perpetuum erigenda esset, petitur, an nova erectione opus sit ad instaure randam hanc confraternitatem, vel, si nondum erecta fuit, bullis et « decretis praedictis uti nunc adhuc liceat. S. Congregatio, auditis con- « sultorum votis, rebusque mature perpensis, die 28 ianuarii 1839, decla- « ravit: Non indigere nova canonica erectione pro sodalitate S. Walde- « trudis instauranda; ac si etiam ob defectum confratrum ipsa desierit, « tamen indulgentiae ac privilegia in enunciatis bullis contenta minime « amissa esse; proindeque vigere ». 3) Haec autem sodalitas Montis Mortuorum, sic anno 1793 regio beneplacito aucta, vixit et floruit toto saeculo xix usque hodie, nunc (anno 1817) translata in ecclesiam suppressi conventus Fratrum Virginianorum, nunc (annis 1820, 1828, 1832) canonem ecclesiae S. Ioannis Baptistae solvens, etc.; vocabatur autem modo sodalitas Montis Mortuorum, modo sodalitas Bonae Mortis, quia Archiepiscopus Orsini in bulla erectionis, anni 1695, illi praeceperat, ut, infra quatuor menses, se curaret aggregari archiconfraternitati Bonae Mortis de Urbe, ad lucrandas huius indulgentias; unde patet distinctio-

nem illam inter sodalitatem Montis Mortuorum et sodalitatem Bonae Mortis notitiam esse; unde etiam, i-njhac altera instantia, Patronus sodalitatis Pretiosissimi Sanguinis hanc defensionis viam dereliquit.

Itaque ambae regulae praecedentiae in Bulla Gregoriana positae, scilicet possessio ipsius praecedentiae, et maior erectionis antiquitas, aperte sodalitati Montis Mortuorum favent.

Hic autem praecipue occurrit Patronus archiconfraternitatis a Pretiosissimo Sanguine, dicens huic archisodalitati praecedentiam ex solo titulo archiconfraternitatis deberi, quo titulo maior ei dignitas accrescit prae omnibus sodalitiis; et cum huic assertioni omnino contraria sit Gregoriana Constitutio supra citata in expositione iuris, in qua dignitas nullo modo exhibetur ut titulus seu regula praecedentiae, addit idem Patronus in hac bulla non agi de archiconfraternitatibus, sed tantum de confraternitatibus. Haec autem omnia confirmat adductis duabus decisionibus S. Rituum Congregationis, una scilicet in *Abellinen.,* diei 18 augusti 1877 *(Decreta authen.,* num. 3432), altera in *Lucerina,* diei 25 septembris 1875 (ibid., n. 3381). In priori, sic legimus: « Praecedentiam declaravit archisodalitati B. M. V. de Carmelo deberi super ceteras « archisodalitates, si quae fuerunt post eam erectae, ac supra omnes « sodalitates, excepta Processione SS. Corporis Christi ». In altera, cum ageretur de pluribus archisodalitatibus de praecedentia inter se contendentibus, S. Congregatio declaravit praecedentiam deberi non a die erectionis in sodalitatem, sed a die erectionis ad archisodalitatem; unde concludit patronus archiconfraternitatis a Pretiosissimo Sanguine, praecedentiam absque ullo dubio huic archiconfraternitati super sodalitatem Bonae Mortis deberi.

Verum: 1) In Gregoriana Bulla non agi de archiconfraternitatibus, sed tantum de confraternitatibus, omnino inverisimile est, nec admitti potest. Nam titulus archisodalitatis, praesertim quando sit titulus merae dignitatis, ut in casu, non mutat speciem; archiconfraternitas enim remanet confraternitas, sicut archiepiscopus remanet episcopus. Unde etiam auctores passim vocant *confraternitates* sodalitia quae sunt archiconfraternitates; sic, v. g., de Luca, *Adnotationes ad Concilium Tridentinum,* disc. 18, n. 1, loquitur de *Confraternitatibus Urbis,* quae privilegium habent aggregandi ceteras confraternitates, et ideo sunt archiconfraternitates. Sicut ergo iura quae agunt de episcopis, respiciunt etiam archiepiscopos, ita et iura quae agunt de sodalitiis, respiciunt etiam archisodalitia. Quod confirmatur ex fine quem sibi Gregorius XIII proposuit in condenda praefata Constitutione; vult enim praecipue, imo unice, dirimere controversias quae sive inter ordines mendicantes, sive inter con-

fraternitates oriri solent de praecedentia: quod constat ex toto tenore Constitutionis, et ex prooemio: « Exposcit pastoralis officii munus, ...ut « ad ea sollicite intendamus, per quae discordiarum et litium ac contro- « versiarum quarumlibet, praesertim inter personas ecclesiasticas, materia «tollatur»; et paulo infra: « Volumus et apostolica auctoritate decer- « nimus, quod quicumque ex dictis fratribus mendicantibus inter se de « praecedentia huiusmodi contendentibus, aut confratribus confraterni- « tatum praedictarum, inter quos lites et causae, praemissorum occa- « sione, ortae iam sint seu oriri contigerit in futurum », etc. Porro inverisimile est Gregorium voluisse dirimere controversias inter confraternitates simplices, non vero inter archiconfraternitates et confraternitates; quae ultimae controversiae sunt multo frequentiores, uti experientia docemur. Quod eo magis dicendum est, quod, tempore Gregorii, multae erant archiconfraternitates, ut patet ex historia, et ex bulla *Quaecumque* Clementis VIII, quae post paucos annos edita, scilicet anno 1604, agit de confraternitatum aggregatione ad archiconfraternitates. Dicendum ergo omnino est, in bulla Gregoriana agi etiam de archiconfraternitatibus, ita ut cum Benedicto XIV, supra citato, concludere debeamus: « Nulli « umquam limites huic Constitutioni positi fuerunt, nisi ratione sodali- « tatum, quae a SS. Sacramento nuncupantur ». Etenim hae sodalitates, in Processione SS. Corporis Christi, positis ponendis, praecedunt omnibus aliis etiam archiconfraternitatibus.

2) Sed etiamsi concedatur (quod quidem, ut dictum est, admitti nequit) in bulla Gregoriana non agi de archiconfraternitatibus, attamen dici nequit, iure communi, titulum archiconfraternitatis praecedentiam conferre super confraternitates, quae sint in possessione huius praecedentiae aut erectionis antiquioris. Et hoc communissime docent doctores, qui, quoties de praecedentia inter confraternitates agitur, se remittunt ad Gregorianam bullam, tamquam ad ius commune, ut supra dictum est in expositione iuris. Unde etiam apud S. Congregationem Concilii, haec est recepta doctrina; scribit enim Secretarius huius Congregationis in folio causae *Neapolitanae, Praecedentiae,* diei 23 ianuarii 1897 : « Ipsa sodalitas sub titulo S. Augustini et S. Monicae, fatetur « in oppido hunc viguisse morem ut si qua sodalitas titulo archicon- « fraternitatis augeretur, haec statim alias praecederet, quamvis antea « praecedentiae iure non potiretur. Qui mos videtur potius iure pecu- « liari seu consuetudinario consistere, quam iure communi; nam archi- « confraternitatis titulus potius se videtur referre ad alias eiusdem spe- « ciei sodalitates, et has inter constituere gradum principem seu « potiorem; non vero hic titulus ita videtur censendus ut absolutam

« inducat prioritatem et digniorem gradum prae aliis omnibus sodali-
« tatibus etiam alterius speciei et generis. Re quidem vera constat, ex
«praescripto canonum, sodalitatem a SS. Sacramento nuncupatam, in
« processionibus ductis ad honorem Corporis Domini, omnes praece-
« dere sodalitates et archiconfraternitates. Quare ex iure non est consti-
« tutum quod titulus archiconfraternitatis alios absolute vin eat titulos,
« sive prioritatis erectionis sive pacificae quasi possessionis iuris prae-
« cedentiae, quoad alias omnes simplices confraternitates etiam di-
« versae speciei *(Thesaurus* S. C. Concilii, t. 156, p. 87-88) ». Similia leguntur in folio eiusdem causae *Neapolitanae,* iterum propositae, die 11 septembris 1897 (ibid., p. 1008-1010). Nec unquam S. Congregatio Concilii praecedentiam alicui archiconfraternitati concessit, attento hoc solo titulo, ex iure communi. Die quidem 2 aprilis an. 1898 in *h&c Neapolitana* quarto proposita, S. Congregatio concessit praecedentiam archiconfraternitati S. Rosarii *(Thesaurus,* t. 157, p. 289); sed inde nihil in favorem archiconfraternitatum deduci potest, tum quia in oppido de quo agitur, consuetudo localis erat, quam etiam pars adversa vigere fatebatur, vi cuius archiconfraternitas, semel erecta, aliis sodalitatibus praecederet, tum quia haec decisio S. Congregationis non transiit in rem iudicatam, obstante appellatione confraternitatis adversae ; post hanc autem appellationem, sententia fuit dilata *(Thesaurus,* ibid., p. 857), nec unquam causa fuit reassumpta.

3) Ad confirmationem praedictorum, notandum est titulum dignitatis, qualis est titulus archisodalitatis, archiepiscopi, etc., non conferre praecedentiam iure communi, nisi modo omnino subordinato, scilicet quando alii tituli, seu aliae regulae, potiores et altiores, praecedentiae, locum non habent, aut sunt exhausti. V. g., in concilio provinciali, in consecratione episcopi, aut coronatione regis, altior titulus praecedentiae, iure communi, est iurisdictio; unde, in concilio provinciali, simplex episcopus provincialis praecedit etiam archiepiscopis titularibus si qui adsint, imo et archiepiscopo titulari, qui sit auxiliaris Metropolitani. Ita Pignatelli, *Consultationes canonicae,* t. VI, con. 57, n. 4; de Luca, *De Praeeminentiis,* disc. 16, n. 7; Andreucci, *De episcopo titulari,* n. 144, dico 3°; ita etiam Sacra Rituum Congregatio, in decisione quam refert de Luca, loco cit.; unde, in concilio provinciali, non applicabitur titulus dignitatis, in ordine ad praecedentiam, nisi inter archiepiscopum titularem et episcopum pariter titularem. Propter eamdem rationem, episcopus, in sua dioecesi, in omnibus functionibus, praecedit aliis episcopis, etiam consecratione antiquioribus, et etiam cuilibet archiepiscopo, excepto Metropolitano; cf. Barbosa, *lus eccles, univ.,* lib. I,

cap. 12, n. 11. Imo hoc idem dicendum est de parocho, « qui, ut ait de « Luca, loco cit., n. 4, in propria parochia praecedit abbates ac digni- « tates, et canonicos cathedralis, singulariter consideratos, et non consti- « tuentes capitulum, aliosque digniores ». Unde falsum est titulum dignitatis conferre praecedentiam, iure communi, super alias personas ecclesiasticas, physicas aut morales, eiusdem speciei, quae hac dignitate careant; sed considerandi sunt potiores et altiores tituli praecedentiae, v. g., iurisdictio, possessio, prioritas temporis, aliique qui pro singulis institutis aut collegiis ecclesiasticis iure communi statuti sunt; et postea, exhaustis his titulis aut locum non habentibus, applicari poterit titulus dignitatis. Sic, in re de qua agimus, si qua archiconfraternitas de praecedentia contendat cum aliqua confraternitate, et sint aequalis antiquitatis, et non constet de possessione, archiconfraternitati praecedentia adiudicabitur.

4) Nec difficilis est responsio ad duas decisiones S. Rituum Congregationis, in *Abellinen.* et in *Lucerina,* quas Patronus archiconfraternitatis a Pretiosissimo Sanguine obiicit. - In his enim decisionibus, procul dubio, S. Congregatio rescripsit secundum consuetudinem particularem, quae in his dioecesibus viget, sicut et in pluribus aliis partibus antiqui Regni Neapolitani. Quae consuetudo originem sumpsit ex regio decreto Ferdinandi II, regis Utriusque Siciliae, diei 16 novembris 1853; articulus I huius decreti haec statuit: « La precedenza nelle « pubbliche funzioni è accordata alle archiconfraternite in concorso colle « confraternite, e, tra le prime, la precedenza medesima sarà regolata « dalla data del decreto di elevazione alla dignità di archiconfraternita « (*Thesaurus,* 1.156, p. 1007) ». Hoc decretum nullius valoris esse in iure canonico, obvium est, cum nec in concordato S. Sedis cum Ferdinando I, regis Utriusque Siciliae, anni 1818, nec in quovis alio documento publico, his regibus ulla fuerit concessa potestas super confraternitates; verum hoc decretum, licet in se nullum, dare potuit, et revera dedit originem consuetudini de qua agitur. Secundum ergo hanc consuetudinem decidit et decidere debuit S. Rituum Congregatio; in plerisque enim rebus ecclesiasticis, et praesertim in materia praeeminentiarum et praecedentiarum, multum, imo plurimum attendenda est consuetudo, prouti docent omnes auctores, et fert iurisprudentia Congregationum Romanarum, et H. S. Tribunalis.

5) Sed licet detur (quod tamen admitti nequit) titulum archiconfraternitatis, in genere, conferre praecedentiam super confraternitates, attamen, in specie nostra, titulus archiconfraternitatis, sodalitio a Pretiosissimo Sanguine concessus a Leone XIII vi Brevis *Pias fidelium,* diei

29 augusti 1895, praedictum effectum gignere nequit relate ad confraternitatem Bonae Mortis. Cuius ratio est clarissima dispositio Pontificia in Regula 18 Cancellariae contenta; quae sic habet: « Item, ne « per varias, quae pro commissionibus seu mandatis et declarationibus « habendis in causis plerumque fiunt, suggestiones, iustitia postponatur, « idem D. N. decrevit suae intentionis fore, quod deinceps per quam- « cumque signaturam, seu concessionem aut gratiam, vel litteras aposto- « licas pro commissionibus, seu mandatis aut declarationibus huiusmodi, « etiamsi motu proprio, et ex certa scientia, ac etiam ante motam litem, « a Sanctitate Sua emanaverunt, vel de mandato eius faciendas, nulli ius « sibi quaesitum quomodolibet tollatur ». Cum ergo, antequam sodalitas a Pretiosissimo Sanguine ad dignitatem archiconfraternitatis eveheretur, confraternitas Bonae Mortis certissimo et clarissimo iure frueretur ad praecedentiam super alteram confraternitatem, hoc ius amittere non potuit, vi praedicti Brevis. Nec dicatur in hoc Brevi clausulas efficacissimas positas esse, quae clare testantur de voluntate Pontificis, scilicet *decretum irritans,* et clausulam : *Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque;* nam, uti communiter docent auctores, adhuc his omnibus clausulis fortior est praedicta Regula 18, qua Pontifex protestatur se nunquam velle tollere ius tertio quaesitum ; ita Fagnan., in cap. *Ceterum,* 3, *De rescriptis,* n. 23-27 ; Riganti, *in hanc Regulam Cancellariae,* n. 28-32. Unde, ad hoc ut Leo XIII praedicto Brevi ius sodalitati Bonae Mortis quaesitum de praecedentia tolleret, necessaria erat aliqua specialis clausula quae praedictae Regulae 18 derogaret; quae clausula in Brevi non invenitur. - Nec dicatur clausulam Regulae derogatoriam non requiri, quando agitur de gratia aut privilegio *per se praeiudiciali,* uti dicunt citati auctores, Fagnan., loco cit., n. 28 sq.; Riganti, loco cit., n. 51 sq.; talem autem esse titulum archiconfraternitatis quo (in data, non concessa hypothesi) per se archiconfraternitati praecedentia confertur. - Nam hoc quidem verum est, quando gratia concessa est essentialiter et substantialiter praeiudicialis, ita ut concipi nequeat sine praeiudicio : v. g., immunitas a decimis, exemptio a iurisdictione episcopali, unio, divisio beneficiorum, etc.; tunc enim si Pontifex gratiam huiusmodi concedat, clarum est etiam eum intendere et velle praeiudicium' inde oriturum, et necesse non est ut specialiter deroget Regulae 18 Cancellariae; verum aliud omnino est, quando gratia non est praeiudicialis *per se,* sed tantum *per accidens,* ut concessio tituli archiconfraternitatis; quae per se nulli nocet, sed tantum per accidens, nimirum si adsit in loco aliqua alia confraternitas, quae iure praecedentiae potiatur, et quae

per dictam concessionem iure suo privaretur. Ut ergo in hoc casu Pontificia concessio ius tertio quaesitum tollat, necesse est ut in Brevi concessionis ponatur clausula Regulae 18 derogatoria; alioquin constare nequit de voluntate Pontificis consentiens in praeiudicium. - Uti patet ex tenore praefatae Regulae superius relatae, etiam Breve *motu proprio* a Pontifice concessum, non infert praeiudicium iuri tertii, nisi expresse Regulae deroget; ergo, a fortiori, non fit ullum huiusmodi praeiudicium, quando, ut in casu, Breve ad instantiam partis concessum est, et praesertim quando, ut in casu, pars instans, scilicet sodalitas a Pretiosissimo Sanguine, in suo libello supplici, ne minimam quidem mentionem fecit alterius confraternitatis, in eodem loco vigentis, et iure praecedentiae fruentis; quo in casu, Pontifex nullo prorsus modo praeiudicium illi inferendum cognoscere potuit, multo minus velle.

His ergo omnibus tam in iure quam in facto consideratis et bene perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus *nullum praecedentiae ius Sodalitati a Pretiosissimo Sanguine super Sodalitatem Montis Mortuorum seu Bonae Mortis competere,* et ideo ad dubium propositum respondemus : *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam,* scilicet *confirmandam esse sententiam Botalem diei 4 ianuarii 1915.* Condemnantes praeterea Sodalitatem a Pretiosissimo Sanguine ad solvendas omnes expensas iudiciales huius secundae instantiae et integram taxam pro sententiae expeditione, non tamen honorarium advocati.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 8, sess. XXV, *de Beform.,* Conc. Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 13 augusti 1915.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

L. i$i S.

Ex Cancellaria, 18 augusti 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nella S. Congregazione dei Religiosi avrà luogo per esame scritto il concorso ad un posto di Ufficiale minore, che si terrà il 4 del prossimo maggio, alle ore 8, nel palazzo della Cancelleria.

Quegli ecclesiastici che desiderassero prendervi parte, dovranno entro un mese dalla data del presente avviso, esibire alla Segreteria di detta S. Congregazione la domanda corredata dei titoli necessari per l'ammissione.

Roma, 30 marzo 1916.

f Adolfo, Vescovo di Canopo, ***Segretario-,***

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

6 marzo 1916. — L'Emo signor cardinale Vincenzo Vannutelli, ***Protettore della Società di Maria (Marianisti).***

16 marzo. — Mons. Pietro Iorio, arcivescovo titolare di Nicomedia, ***Consultore della sacra Congregazione dei Religiosi.***

24 marzo. — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, ***Prefetto della sacra Congregazione di Propaganda Fide per gli affari del rito latino e per quelU del rito orientale.***

25 marzo. — L'Emo signor cardinale Raffaele Merry del Val, segretario della suprema sacra Congregazione del Santo Offizio, ***Membro della sacra Congregazione di Propaganda Fide per gli affari di rito orientale.***

29 marzo. — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, ***Presidente del Pontificio Seminario dei Santi Apostoli Pietro e Paolo per le Missioni estere.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

19 febbraio 1916. — Mons. Paolino Ladeuze, rettore magnifico dell'Università cattolica di Lovanio.

10 marzo. — Mons. Antonio Pujia, vicario generale dell'archidiocesi di Santa Severina.

18 marzo. — Mons. Galeazzo Mancia-Salvini, abbate commendatario di Campofìlone in diocesi di Foligno.

19 marzo. — Mons. Angelo* Maria La Monaca, vicario generale della diocesi di San Severo.

Prelati Domestici di S. S.:

1 marzo 1916. — Mons. Luigi Zefìlippo, abbate parroco di S. Euplio in Castelbaronia della diocesi di Lacedonia.

— Mons. Raffaele Tagliamonte, della diocesi di S. Agata dei Goti.

2 marzo. — Mons. Giuseppe Pétrone, rettore del Gesù Vecchio a Napoli.

9 marzo. — Mons. Guglielmo Saturnino Bruzat, della dioc. di Périgueux.

10 marzo. — Mons. Giuseppe Pinazzi, vicario generale della diocesi di Piacenza.

12 marzo. — Mons. Vincenzo Bianchi-Cagliesi, di Roma.

18 marzo. — Mons. Alessandro Schnuetgen, canonico seniore della metropolitana di Colonia.

19 marzo. — Mons. Nicola Pensati, della diocesi di San Severo.

22 marzo. — Mons. Giovanni T. 0' Connell, vicario generale della diocesi di Toledo (Ohio).

— Mons. Agostino I. Schwertner, della medesima diocesi.

— Mons. Giovanni Battista Le Camus, della diocesi della Martinica.

28 marzo. — Mons. Cesare Manzoni, della diocesi di Lodi.

30 marzo. — Mons. Edgardo Vauquelin, della diocesi di Moulins.

31 marzo. — Mons. Riccardo Paolucci, della diocesi di Fano.

— Mons. Giuseppe Iguerastegui, della diocesi di Pamplona.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell'Ordine Piano con Placca:

29 marzo 1916. — Al sig. marchese Carlo Pagani-Planca Incoronati.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

29 marzo 1916. — Al sig. Demetrio Nelidow, ministro di Russia presso la S. Sede.

La Gran Croce dell'Orarne di S. Gregorio Magno, classe militare: .

21 marzo 1916. — Al sig. generale conte Carlo de Pélacot, primo aiutante di campo dei Principe di Monaco.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

27 marzo 1916. — Al sig. comm. Giovanni Battista Di Pietro, già comandante della guardia palatina d'onore.

1 aprile. — Al sig. conte comm. Marcello Czarnecki, dell'arehidiocesi di Gnesnen e Posen.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 febbraio 1916. — Al sig. Carlo Dessain, sindaco di Malines.

14. marzo. — Al sig. Riccardo Rodolfo de Court Beadon, dell'arehidiocesi di Simia.

21 marzo. — Al sig. Adolfo Fuhrmeister, segretario particolare di S. A. S. il Principe di Monaco.

27 marzo. — Al sig. Nicola Matarazzo, dell'Abbazia Nullius della SSma Trinità di Cava dei Tirreni.

31 marzo. — Al sig. conte Francesco Kwilecki, dell'archidioc. di Gnesen e Posen.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 febbraio 1916. — Al sig. Francesco Dessain, dell'arehidiocesi di Malines.

19 marzo. — Al sig. Federico Ganac-Marquis, dell'arehidiocesi di Québec.

24 marzo. — Al sig. Francesco Giacomo Giuseppe Gibbons, dell'arehidiocesi di Birmingham.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

19 febbraio 1916. — Al sig. Adamo Aerts.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 marzo 1916. — AI sig. Giovanni Fusshoeller, dell'archidioc. di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

29 febbraio 1916. — AI sig. Gastone Chantrieux, della diocesi di Amiens.

14 marzo. — Al sig. avv. Giuseppe Sebastiani, di Roma.

— Al sig. rag. Luigi Casazza, addetto alla ditta Bertarelli in Roma.

29 marzo. — Al sig. Renato Basset, membro corrispondente dell'Istituto di Francia.

MÀGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

17 novembre 1915. — Mons. Carlo Sentroul, della diocesi di S. Paolo (Brasile).

29 dicembre. — Mons. Carlo Schwechler, della diocesi di Secovia.

— Mons. Luigi Müller, della medesima diocesi.

7 ***gennaio 1916.*** — Mons. Antioco dott. Cossu, della diocesi d'Iglesias.

— Mons. Ferdinando dott. Bernardi, della medesima diocesi.

31 gennaio. — Mons. Carlo Lipari, della diocesi di Palermo.

— Mons. Emilio dott. prof. Seraglia, della diocesi di Padova.

7 ***febbraio.*** — Mons. Cesare Angotti, della diocesi di Nicastro.

14 febbraio. — Mons. Francesco Marengo, della diocesi di Malta.

21 febbraio. — Mons. Ludovico Janssens, della diocesi di Ruremonda.

— Mons. Lorenzo Le Bron de Vescela, della medesima diocesi.

— Mons. Giovanni Canoy, della medesima diocesi.

29 febbraio. — Mons. Pietro Bonnin, della diocesi di Autun.

4 marzo. — Mons. Antonio Luciarini, della diocesi di Cagli e Pergola.

9 marzo. — Mons. Gaetano Cicognani, della diocesi di Faenza.

14 marzo. — Mons. Geremia Pascucci, della diocesi di Fano.

— Mons. Emidio Vichi, della medesima diocesi.

22 marzo. — Mons. Antonio Cieplinski, dell'archidiocesi di Varsavia.

— Mons. Ceslao Sokolowski, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

16 ottobre 1915. — Mons. Giovanni G. Fitzgerald, della dioc. di Brooklin.

17 novembre. — Mons. Giovanni Riegler, della diocesi di Linz.

31 gennaio 1916. — Mons. Antonio prof. Della Valle, della dioc. di Padova.

— Mons. Pietro Millet, della diocesi di Carcassonne.

9 febbraio.'— Mons. Alfonso Gutiérrez, dell'archid. di Puebla (Messico).

21 febbraio. — Mons. Enrico Poels, della diocesi di Ruremonda.

29 febbraio. — Mons. Felice Canelli, della diocesi di S. Severo.

15 marzo. — Mons. Enrico Esser, dell'archidiocesi di Colonia.

18 marzo. — Mons. Luigi Magro, della diocesi di Treviso.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

22 dicembre 1914. — Il sig. conte Felice Saedt, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

25 settembre 1915. — Il sig. conte Domenico Des Enffans d Avernas, della diocesi di Seco via.

17 novembre. — Il sig. Michele von Szczaniecki, della diocesi di Cui ma.

12 febbraio 1916. — Il sig. visconte Carlo de Calan, dell'arehidiocesi di Rennes.

— Il sig. marchese Raoul de Netumjères, della medesima archidiocesi.

29 febbraio. — Il sig. marchese Gian Raniero Paolucci de' Caíboli Ginnasi, della diocesi di Forlì.

3 marzo. — Il sig. conte Alberto Gandelet, della diocesi di Nancy.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

24 gennaio 1916. — Il sig. Giovanni Power, della diocesi di Galloway.

19 febbraio. — Il sig. Domenico Lavitrano.

25 marzo. — Il sig. comm. Giovanni Battista di Pietro, già comandante la Guardia Palatina.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

17 gennaio 1916. — Mons. Pancrazio Berardi, della diocesi di Nocera e Gualdo.

— Mons. Felice Bruschelli, della medesima diocesi.

— Mons. Celeste Becchetti, della medesima diocesi.

19 febbraio. — Mons. Angelo Sosio, della diocesi di Sessa Aurunca.

22 febbraio. — Mons. Giuseppe Carminati, della diocesi di Bergamo.

Cappellano d'onore extra urbem *di S. S.:*

22 febbraio 1916. — Mons. Ernesto Monteleone, della diocesi di Sarno.

NECROLOGIO

3 marzo 1916. — Mons. Valeriano Menendez y Conde, arcivescovo di Valenza (Spagna).

6 marzo. — Mons. Edoardo Hermann, vescovo titolare di Cibistra, ausiliare del vescovo di Warmia.

14 marzo. — Mons. Giuseppe Bernardo Doëbbing, vescovo di Nepi e Sutri.

19 marzo. — L'Emo signor cardinale Girolamo Maria Gotti, prefetto della Sacra Congregazione di Propaganda Fide e di quella di Propaganda per gli affari di rito orientale.

22 marzo. — Mons. Giacomo Merizzi, arcivescovo titolare di Mocesso.

— Mons. Ferdinando de Souza Monteiro, vescovo di Spirito Santo nel Brasile.

28 marzo. — Mons. Stefano Sotero Ortynskyi de Labetz, vescovo titolare di Daulia, vescovo di rito greco-ruteno per gli Stati Uniti d'America.

29 marzo. — Mons. Vincenzo Franceschini, vescovo di Fano.

Annus VIII - Vol. VIII Die 5 Maii 1916 Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ORATIO AD POPULOS CHRISTIANOS ORIENTIS CUM ECCLESIA ROMANA IUNGENDOS INDULGENTIIS DITATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Catholicae Ecclesiae veritas unitate imprimis eluceat, nihil est magis exoptandum, quam ut homines, ab huius Matris complexu infeliciter abrepti, ad eam tandem, mutatis mentibus voluntatibusque, revertantur. Quae quidem desideria ac vota Romani Pontifices, Decessores Nostri, numquam concipere destiterunt et, quod potissimum ad Orientis schisma pertinet, omni tempore, sive Conciliorum auctoritate, sive paternis hortationibus, sive etiam opera precationibus data, pro viribus conati sunt, ut tam multae ac nobiles Christianorum gentes antiquam fidem, a qua misere desciverunt, denuo et corde uno et anima una profiterentur. Preces igitur, quas subiicimus, quaeque eo spectant, ut Christiani ex Oriente populi unum cum Romana Ecclesia ovile iterum constituant, et ab uno regantur Pastore, libenti quidem animo ratas habemus, et auditis quoque VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Inquisitoribus Generalibus, eas caelestibus Ecclesiae thesauris, quorum dispensatores Nos Altissimus delegit, summa voluntate locupletamus. Quare omnibus ex utroque sexu fidelibus, qui ubique terrarum insequentes preces quolibet idiomate, dummodo ad verbum sint expressae, per mensem quotidie recitaverint, atque uno ipsius mensis, ad

suum cuiusque arbitrium eligendo, die, vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, vel aliquam Ecclesiam, vel publicum Oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Nostram oraverint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus ac largimur. Iis vero fidelibus, qui, corde saltem contrito, quovis die easdem preces fuderint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse misericorditer indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Denique, ne quid postea immutationis vel erroris in subiectis precibus irrepat, earum exemplar in tabulario Brevium Apostolicorum asservari iubemus.

Preghiera per l'unione dei Cristiani d'Oriente alla Chiesa Romana.

« O Signore, che avete unito le diverse nazioni nella confessione « del Vostro Nome, Vi preghiamo per i popoli Cristiani dell'Oriente. « Memori del posto eminente che hanno tenuto nella Vostra Chiesa, « Vi supplichiamo d'ispirar loro il desiderio di riprenderlo, per for- « mare con noi un solo ovile sotto la guida di un medesimo Pastore. « Fate che essi insieme con noi si compenetrino degl' insegnamenti dei « loro santi Dottori, che sono anche nostri Padri nella Fede. Preser- « vateci da ogni fallo che potrebbe allontanarli da noi. Che lo spirito «di concordia e di carità, che è indizio della Vostra presenza tra i « fedeli, affretti il giorno in cui le nostre si uniscano alle loro preghiere, «affinchè ogni popolo ed ogni lingua riconosca e glorifichi il nostro « Signore Gesù Cristo, Vostro Figlio. Così sia ».

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xv aprilis anno MCMXVI, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRT, *a Secretis Status.*

L. % S.

II

ORATIO QUAEDAM AD S. PETRUM APOSTOLORUM PRINCIPEM INDULGENTIA DITATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum divinus Redemptor noster universae Ecclesiae, quam pretioso suo sanguine fundavit, primum Pontificem ac Rectorem Beatum Petrum instituerit, nihil antiquius esse ducimus, quam ut fideles auxilium eiusdem Apostolorum Principis implorent. Opportunum est enim, sive ad fidem integre servandam, sive ad Sanctam Matrem Ecclesiam constanti veneratione et amore prosequendam, illius opem impetrare, qui et Christum Filium Dei vivi ardenti animo confessus est, et ipsius Ecclesiae petra ac fundamentum constitutum fuit. Preces igitur, quae subiiciuntur, propensa voluntate excepimus, easque caelestibus thesauris, quorum custodiam Nobis Altissimus divinitus commisit, libentes locupletamus. Quare de consilio etiam VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. Inquisitorum Generalium, omnibus ac singulis ex utroque sexu Christifidelibus, qui corde saltem contriti infra descriptam precationem quolibet idiomate, dummodo ea sit ad verbum expressa, ubique terrarum recitaverint, trecentos dies de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Praeterea ne quid in posterum immutationis vel erroris in easdem preces inducatur, earum exemplar in tabulario Brevium Apostolicorum asservari iubemus.

Preghiera all'Apostolo San Pietro, primo Papa.

« O glorioso S. Pietro che in premio della vostra fede viva e gene-
« rosa, della vostra profonda e sincera umiltà, del vostro ardente amore
« foste da Gesù Cristo contraddistinto coi privilegi più singolari e spe-
« cialmente col principato su tutti gli Apostoli, col primato su tutta la
« Chiesa, della quale foste pure costituito pietra e fondamento, ottene-
« teci la grazia di una fede viva, che non abbia timore di palesarsi
« apertamente nella sua integrità e nelle sue manifestazioni, e dare all'oc-
« correnza anche il sangue e la vita anziché venir meno giammai. Impe-
« trateci vero attaccamento alla nostra Santa Madre Chiesa, fate che ci
« teniamo sinceramente e sempre strettamente uniti al Romano Pon-

« tefice, l'erede della vostra fede, della vostra autorità, unico vero Capo « visibile della Chiesa Cattolica, che è quell'arca misteriosa fuori della « quale non v'è salvezza. Fate che noi ne seguiamo docili e sottomessi « gli ammaestramenti ed i consigli, e ne osserviamo tutti i precetti, affine « di potere qui in terra aver pace sicura e tranquilla, e giungere un « giorno all'eterna felicità in Cielo. Così sia ».

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxvn aprilis MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. EDMUNDUM PRENDERGAST, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM, IN QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS NATALI, SCRIBENS, EIDEM GRATULATUR OB MERITA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quinquagesimo sacerdotii tui proxime redeunte natali, cum clerus populusque tuus omnibus te observantiae pietatisque officiis prosequetur ob merita, equidem nolumus Nostram gratulantis animi significationem desideres. Eo vel magis quod, cum magni a Nobis fias, nihil habemus antiquius quam aliquod tibi paternae caritatis testimonium tribuere. Gratias igitur primum omnium tecum et agimus et habemus conservatori Deo qui te usque adhuc, tam bene de Ecclesia merentem, benignus sospitaverit. Novimus enim vel quanta cum diligentia omnes boni Pastoris partes explere consueveris, vel quo studio hanc Apostolicam Sedem ipse semper colueris colendamque curaveris. Ceterum nemo est qui illa ignoret tuae munificentiae et religionis monumenta: aedes sacras qua amplifícalas, qua a fundamentis conditas; sacrum seminarium et auctum et omnibus praesidiis instructum; domum hospitalem singularis amplitudinis aegrotantium utilitati apertam; alia praeterea multiplicis beneficentiae instituta. Nec minus compertum est omnibus tuam praesertim instantiam et curam ad sodalitatis quae *Holy Name* dicitur, incrementa mirifica voluisse: illius, inquimus, sodalitatis quae, contumeliosis in divinam maiestatem vocibus comprimendis nata, omnem tamen reli-

giosam rem egregie tuetur et fovet. Tu vero haec agens, haud sane illud neglexisti opus quod optimo cuique debet esse cordi, catholicae fidei propagandae: in quo quidem adiuvando si dioecesis tua magnam, ut accepimus, liberalitatem praestat, te certe auspice atque hortatore, praestat. Quae Nos omnia recolentes, cum tibi gratulamur, tum Deum rogamus ut multos praeterea aetati tuae annos adiiciat, similium et laborum plenos et meritorum. Quod libenter facimus eam etiam ob causam quia, sollicitus de iis in quibus Apostolica Sedes versaretur angustiis, apud clerum et populum tuum egisti, et amplo quidem fructu, ut Christi Vicario de suis facultatibus subvenirent. In auspicium autem caelestium munerum atque in peculiaris benevolentiae testimonium, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis Frater, et omnibus quos habes tuae demandatos curae, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn octobris MCMXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. IOSEPHUM BARDOUX SAC. E SOC. IESU « SCHOLAE APOSTOLICAE » LANCENSIS MODERATOREM, ANNO QUINQUAGESIMO EXEUNTE, CUM EIUS GENERIS SCHOLA PRIMUM AVENIONE APERTA EST.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Hac summa in qua versamur aegritudine, cum odium invidiamque videmus in tanta generis humani parte ad mutuam populorum internecionem dominari, feliciter contingit ut Nobis Instituti istius cui praees, initia atque incrementa in quinquagesimo eius natali recolentibus, praeclara species christianae caritatis occurrat, qua non mediocriter animus recreetur. Etenim Evangelii lucem afferre iis *qui in umbra mortis sedent,* nemo non videt eximiae caritatis esse, cum sit idem ac divinae Redemptionis cum iis communicare beneficia: quo si multum conferunt qui praeconibus Evangelii danda stipe opitulantur, multo quidem plus dicendi sunt ii conferre qui praecones ipsos rite fingant atque conforment. Id sibi proposuit, id suscepit muneris egregius ille Societatis Iesu sacerdos Albericus de Foresta, qui Scholam Apostolicam primus condidit. Qua in re licet Dei providentis mirari consilium: cum enim, pro suo divinae gloriae et animarum studio, nihil is vehementius cuperet, quam barbaros ex vitae

immunitate ad christianam fidem civilemque cultum traducere, non ita voti compos factus est, ut per se in sacris missionibus, sed per suos alumnos elaboraret, quos continenter, alios ex aliis, in omnes barbariae plagas dimisisset. Mirumque est etiam quantum eius incepto semper faverit divina benignitas. Nam his quinquaginta annis ex quo Schola Apostolica Avenione patuit, non solum christianae sapientiae nuntios bene multos eosque ad tantum opus probe instructus inde scimus prodiisse : verum hos magnam etiam vim aliorum simili instituto hominum esse consecutam. Constat enim omnium, quotquot vel apud ipsam Societatem Iesu vel apud alias religiosorum familias eiusdem generis et nominis habeantur Scholae, Albericum de Foresta aut conditorem aut certe aliqua ratione auctorem exstitisse. Dum igitur merita pientissimi viri prosequimur laudibus, est profecto cur singulares Deo tecum agamus gratias, ac preces adhibeamus, ut istud tam salutare opus benignus fovere pergat. Eius vigorem sane graviter afflixit tristitia horum temporum; sed, quoniam divino nutu gloriae et honori Iesu Christi serviunt omnia, futurum confidimus, ut, ubi tanta rerum perturbatio conquieverit, cum alia in Ecclesiae sanctae utilitatem instituta, tum hoc ipsum in meliorum spem fructuum revirescat. - Auspicem interea caelestium munerum àc testem benevolentiae Nostrae, tibi, dilecte Fili, et omnibus qui de Schola sunt eamque adiuvant, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die r martii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD RELIGIOSUM VIRUM CYRUM DE PISAURO, O. F. M., DE OBLATA, IN OBSEQUIUM, EPHEMERIDE QUAE INSCRIBITUR « PICENUM SERAPHICUM » GRATIAS PERSOLVENS.

Dilecte Fili, religiose vir, salutem et apostolicam benedictionem. - Vix poteras altiora spectare et utiliora moliri. Franciscana enim monumenta eiusmodi profecto sunt, ut non cuiusdam tantum religiosae familiae, sed historiam referant plurimarum civitatum, quarum et res gestas et mores et instituta et ipsa artium optimarum studia ita affecit penitus ac pervasi! franciscana species et forma, ut in iisdem fere dixeris Sera-

phici Patris spirare animam et exardescere caritatem. Monumenta eiusmodi, frequentia in Picenis, in lucem tu quidem proferre provide admodum aggressus es ephemeride quam inscribís *Picenum Seráphicum:* idque Nobis consilii non ea solum de causa probatur quod Franciscalis Ordinis et catholicae Ecclesiae dignitati conferat ac splendori, sed ea in primis quod iisdem dum mens revocatur ad praeteriti temporis tranquillitatem et pacem, simul admonetur ab eadem nunc longius abiisse homines quod «.multorum refrixerit caritas ».

De oblato interim Nobis volumine gratias tibi, dilecte Fili, agimus ex animo gratulantes ; et ut ubere cum fructu opus urgeas, quod tam laudabiliter instituisti, apostolicam benedictionem, Nostrae testem benevolentiae ac caelestium auspicem adiumentorum, tibi tuisque Sodalibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII martii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. D. CAMILLUM MORESCHINI, ARCHIEPISCOPUM CAMERINENSEM, DE CHRISTIANAE DOCTRINAE INSTITUTIONE PER PICENUM PROMOVENDA.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Nonnullos ex egregiis viris, qui doctrinae christianae per Picenum promovendae praesunt, cum proxime, te producente, admisissemus coram, equidem communia eorum consilia, in Lauretano conventu suscepta, magnopere, ut meministi, laudavimus. Nunc autem, cum quae sibi haberent proposita ad agendum, scripto Nos diligentius edocuerint, ad te, venerabilis Frater, qui eius cogendi conventus auctor et in primis suasor exstitisti, singulari quadam causae gravitate adducti, scribimus, ut et eas iteremus laudes, et vestrum studium cohortando exacuamus. Etenim ex omnibus rebus in quibus catholicorum in Ecclesiae utilitatem versatur industria, quid cogitari maius, quid divinius potest, quam, quod vos laboratis, christianae et fidei et legis cognitionem in animis puerorum, qui spem futuri temporis continent, informare? *Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum* (Ioan., XVII, 3). Atque isto ipso labore vestro nihil hodie opportunius, cum improbi homines, sibi persuadentes se posse Ecclesiam fundi-

tus evertere, callidissime dant operam ut puerilis aetas ab omni religionis afflatu aliena succrescat. Vos autem ad illud quo spectatis, omnia quidem valde accommodate comparasse videmini, sed id praesertim quod hanc disciplinam, sicubi in scholis elementorum publicis desideratur, supplendam Curatis. Quod ipsum Nos putamus multo eventurum felicius atque ita ut religionis institutionem nostri pueri non minoris facere, quam ceterarum rerum, assuescant, si eam iis non alii quam delecti ex iisdem publici ludi magistris impertiant, et quidem in ipsis scholasticis aedibus, vel in propinquis. Res profecto non exiguae est neque impensae nec curae, verum fructus uberrimi, ut Nosmet ipsi, cum Bononiensem ecclesiam regeremus, experiendo cognovimus. Reliquum est, ut quod alacres instituistis, iam ex hortatione Nostra vel alacriores efficiatis, et coniunctis animis studiisque concordibus, in universa regione Picena novos vitae christianae spiritus, Episcopis praeeuntibus, excitetis, divinae gratiae confisi auxiliis, quae vobis certe defutura non sunt. Quorum auspicem et praecipuae Nostrae benevolentiae testem, tibi, venerabilis Prater, et omnibus qui tam salutare vel moderantur opus vel participant, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis martii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. P. D. BARNABAM PIEDRABUENA, EPISCOPUM CATAMARCENSIUM, DE SOLLEMNIBUS GRATULATUR, QUAE B. M. V. « DEL VALLE » APPARANTUR.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. - Litteris tuis officio functus es grato admodum Nobis. Nuntiasti enim Catamarcensium catholicorum in almam Dei Matrem adeo studia exardescere, ut iidem, labente vicesimo quinto anno ex quo Virginis simulacrum, sollemni Ecclesiae ritu, aureo donatum est diademate, velint huius eventus faustitatem iteranda pietatis significatione commemorare. Volumen vero, quod tu quidem Nobis perhumaniter obtulisti, certiores Nos facit non modo de simulacri eiusdem antiquitate, sed etiam de mutua eaque numquam intermissa Catamarcenses inter ac caelestem eorum Patronam hinc amoris atque obsequii, inde beneficiorum paene innumerabilem vicissitudine; ita plane, ut, ne ab eo discedamus quod bono-

rum omnium est maximum, christiana sacra auspice atque adiutrice Nostra Domina « dei Valle », uti eam vos nuncupatis, et suscepta a maioribus vestris et religiose fuisse a posteris conservata demonstret.

Haec quidem, venerabilis Frater, cum sunt Nobis ad recolendum iucunda, tum spem bonam faciunt fore ut proximis sollemnibus et ea amantissimum m filiorum pietate, cuius in primis hoc sit munus, hoc officium, Matris suavissimae exemplis ac monitis obsequi perdiligenter, dioecesis tuae fideles impensius in dies Eam sibi demereant, quam diligentes se tantopere diligere experti sunt.

Ad Nos quod attinet, auspicatissimi huius facti memoriam vobiscum una non recolemus solum communione laetitiae ac votis paterna plenis caritate, sed, ut vobis adesse ratione aliqua videamur, libenter admodum admotis annuentes precibus, vobis omnibus et ceteris quotquot istuc finitimi catholici Virginem augustam veneraturi convenerint, potestatem facimus lucrandi Indulgentiam plenariam iuxta usitatum Ecclesiae morem, et, ut id etiam sollemnium conferat splendori, designamus venerabilem Fratrem Achillem, archiepiscopum tit. Tessalonicensem, Apostolicum apud istam Rempublicam Legatum, ut Nostram, per eos dies, gerat apud vos personam vobisque Nostro nomine et auctoritate salutariter precetur. Quod si idem adesse utcunque nequeat, nemo te ad id muneris aptior, nemo hoc dignior honore: nisi forte officia humanitatis tuae, cuidam alteri Praesuli detulerint hac in celebritate principatum.

Ne demum benevolentiae Nostrae testimonium iis desit, qu' tecum adlaborant sollemnibus apparandis, apostolicam benedictionem, caelestium conciliatricem munerum, cum tibi, venerabilis Frater, tum illis omnibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiu martii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACKA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

CIRCA IMAGINES EXHIBENTES BEATISSIMAM VIRGINEM MARIAM INDUTAM VESTIBUS SACERDOTALIBUS.

Cum recentioribus praesertim temporibus pingi atque diffundi coepissent imagines exhibentes Beatissimam Virginem Mariam indutam vestibus sacerdotalibus, Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores Generales, re diligenter perpensa, fer. iv, die 15 ianuarii 1913, decreverunt: « imaginem B. M. Virginis vestibus sacerdotalibus indutae esse reprobandam ».

Feria vero iv, die 29 martii 1916, huiusmodi Decretum publicandum mandarunt.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 8 aprilis 1916.

Aloisius Castellano, & *R. et U. I. Notarius.*

II

DECRETUM

DECLARATUR DUBIUM CIRCA INDULGENTIAM CHRISTIANAE SALUTATIONIS: « LAUDETUR IESUS CHRISTUS ».

Andreas archiepiscopus Leopoliensis Ruthenorum Supremae S. Congregationi S. Officii sequens proposuit dubium: « Christiana salutatio *« Laudetur Iesus Christus* habet, praeter indulgentias tempore vitae, « etiam indulgentiam plenariam hora mortis, si is, qui consuevit salu- « tationem hanc in vita usurpare, in hora mortis SS. Nomen Iesu saltem « corde, si non potest ore, invocaverit. Quaeritur igitur, num ad istam

«indulgentiam in hora mortis lucrandam, etiam tamquam conditio «pertineat, ut moribundus mortem tamquam peccati stipendium de « manu Domini patienter sustineat? ».

Emi DD. Cardinales Generales Inquisitores, feria iv, die 12 aprilis 1916, responderunt: « Observentur opera praescripta, prout descripta « inveniuntur in *Raccolta di orazioni,* etc., a S. Congr. Indulgentiarum « approbata die 23 iulii 1898, eodem anno edita, pag. 54, n. 36 ».

Et feria v, die 13 aprilis 1916, Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, supra relatam dubii solutionem Emorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. « S.

D. Pasqualigo, O. P., *Comm. Gen. S. O.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

CIRCA QUASDAM CHOREAS IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTRIONALIS ET IN REGIONE CANADENSI.

Elapso saeculo, in foederatis Americae septentrionalis Statibus usus incoeperat catholicas familias convocandi ad choreas quae per multas noctis horas cum conviviis aliisque solatiis protrahi consueverant. Cuius rei ea dabatur ratio et causa, quo scilicet catholici se mutuo cognoscerent et amoris caritatisque vinculis intimius unirentur, simulque ut subsidia pro hoc illove pio opere necessaria compararentur. Qui autem conventus indicere eisque praesidere solebant, praesides plerumque erant alicuius pii operis, et non raro ipsi ecclesiarum rectores vel parochi.

Verum Ordinarii locorum, quamvis de recto fine eorum qui has choreas promovebant non dubitarent, nihilominus damna et pericula inolitae praxis perspicientes, sui officii esse censuerunt eas proscribere : et ideo in can. 290 plenarii Concilii III Baltimorensis haec statuerunt: « Mandamus quoque ut sacerdotes illum abusum, quo convivía parantur

« cum choreis *(balls)* ad opera pia promovenda, omnino tollendum « curent ».

Ast, ut in humanis saepe accidit, quae iustissime sapienterque ab initio iussa fuerant, paullatim in oblivionem venire coeperunt, et chorearum usus denuo invalescere, imo et in proximam Canadensis dominii regionem diffundi.

Quae cognoscentes Emi S. C. Consistorialis Patres, auditis pluribus locorum Ordinariis, et re multo cum studio examini subiecta, censuerunt, standum omnino esse sanctionibus a Concilio Baitimorensi III statutis: et, probante SSmo D.*N. Benedicto PP. XV, decreverunt, sacerdotes quoslibet sive saeculares sive regulares aliosque clericos prorsus prohiberi, quominus memoratas choreas promoveant et foveant, etiamsi in piorum operum levamen et subsidium, vel ad alium quemlibet pium finem; et insuper clericos omnes vetari, quominus hisce choréis intersint, si forte a laicis viris promoveantur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et ab omnibus religiose servari Summus Pontifex iussit, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 31 martii 1916.

Çft C. CARD. DB LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. S,

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

IL

DECLARATIO

CIRCA CLERICALIS VESTIS USUM IN REGIONE CANADENSI

A plenario Concilio Quebecensi duae clericales vestes recognitae sunt: altera talaris, quae proprior clericis est, et communi lege in sacris functionibus unice adhibenda iubetur; altera brevior, quae, si nigri coloris sit, ad genua usque protendatur et cum collari romano iuncta, a Patribus Quebecensibus pro civili usu admissa fuit, et qua clericis propria hisce in locis passim agnoscitur.

Additum quoque fuit circa usum harum vestium morem loci servandum esse.

Iamvero quum in praesenti dubia ac dissensiones quaedam orta sint circa hoc alterum praescriptum, nonnulla colligere oportet quae ad rectam legis intelligentiam et ad pacem servandam expédiant.

Sacra Tridentina Synodus circa ecclesiasticas vestes, utique pro civili usu, haec sanxit: « Etsi habitus non facit monachum, oportet tamen « clericos vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per « decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam osten- « dant; tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas religionisque « contemptus, ut propriam "dignitatem et honorem clericalem parvi pen- « dentes, vestes etiam publice deferant laicales, pedes in diversis ponentes, « unum in divinis, alterum in carnalibus; propterea omnes ecclesiasticae « personae, quantumcumque exemptae, quae aut in sacris fuerint, aut « dignitates, personatus, officia aut beneficia qualiacumque ecclesiastica « obtinuerint, si postea quam ab episcopo suo, etiam per edictum publi- « cum, moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum Ordini ac « dignitati congruentem, et iuxta ipsius episcopi ordinationem et man- « datum non detulerint, per suspensionem ab Ordinibus, ac officio et «beneficio, ac fructibus, redditibus et proventibus ipsorum beneficiorum; « nec non, si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per privatio- « nem officiorum et beneficiorum huiusmodi coerceri possint, et debeant, « Constitutionem Clementis V, in Concilio Viennensi editam, quae incipit « *Quoniam,* innovando et ampliando ».[1]

Proprium itaque et nativum Ordinarii ius est intra limites a sacra Tridentina Synodo statutos, constabilire modum et formam clericalis vestitus pro sua cuiusque dioecesi. Quo iure usi sapienter sunt Patres Quebecenses, dum duas in toto Canadensi dominio vestes probaverunt et statuerunt.

Aliud vero Concilii praescriptum circa alterutrius vestis usum, hoc est, morem servandum esse qui actu in loco viget, ceu facile quisque intelligit, non est nec esse potest absolutum et perpetuum, sed natura sua conditionatum et transitorium. Mores scilicet, temporum decursu novisque supervenientibus adiunctis, mutationibus obnoxii evadere possunt. Quo eveniente, expedit ut etiam vestis, quaecumque demum sit, novis aptetur moribus et conformetur, dummodo semper ecclesiastica.

Supponi autem, nequit Concilium voluisse hac in re, per se minoris momenti et fluxa, nativum Ordinariorum ius auferre vel circumscribere: id namque neque prudens, neque sapiens fuisset.

[1] **Conc. Trid., Sess, XIV, c.** 6, ***de Ref.***

Quibus consideratis, Sacra haec Congregatio, cohaerenter ad litteras die 5 maii 1914 iam datas, censuit:

1. Usum in dioecesi vigentem circa clericales vestes mutari sine causa non debere: iustam tamen libertatem singulis Ordinariis esse usum illum mutandi, requisito capituli vel Consultorum dioecesanorum voto, si nova tempora et adiuncta hoc suadeant, Deo et Apostolicae Sedi dumtaxat rationem reddituris.

2. Clericum a propria dioecesi in aliam migrantem posse ibi vestem dioecesis suae retinere, quamvis diversam ab ea quae in loco est praescripta, dummodo sit una ex duabus a Patribus Quebecensibus probata: idque usquedum domicilium vel quasi domicilium ibidem non ineat.

3. Sicut in ieiunii et abstinentiae lege aliisque similibus fas est peregrinis loci usum sequi, ita pariter salvam esse cuilibet clerico potestatem se conformandi usibus loci ad quem transmigrât, quin ab Ordinario suo hac una de causa reprehendí vel puniri valeat.

Ssmus autem D. N. Benedictus PP. XV resolutionem Em. Patrum ratam habuit et probavit, eamque publici iuris fieri iussit, ut ab omnibus ad quos spectat rite servetur, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis* die 31 martii 1916.

i$l C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit scilicet:

28 martii 1916. — Cathedralibus ecclesiis Aeserniensi et Venafranae praefecit R. D. Nicolaum Rotoli.

14 aprilis. — Cathedralibus ecclesiis Calvensi et Theanensi R. D.' Calogerum Licata.

27 aprilis. — Titulari episcopali ecclesiae Letensi R. P. D. Carolum Reth, praelatum domesticum S. S., canonicum cathedralis ecclesiae Augustanae Vindelicorum, quem constituit auxiliarem Rmi Episcopi Augustani.

27 aprilis 1916. — Titulari episcopali ecclesiae Echinensi R. D. Eduardum Gimbèrt, gubernatorem ecclesiasticum in civitate, cui nomen *Valparaiso,* in ditione Cilena.

28 aprilis. — Cathedrali ecclesiae Guayaquilensi R. P. D. Andream Machado, e Societate Iesu, hactenus Episcopum Bolivarensem.

29 aprilis. — Metropolitanae ecclesiae Olindensi R. P. D. Sebastianum Lerne da Silveira Cintra, hactenus Episcopum titularem Orthosiensem.

é maii. — Cathedrali ecclesiae Amazonum R. P. D. Ioannem Irenaeum Joffily, hactenus episcopum titularem Sufetulensem.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

I

PRAESUMPTAE MORTIS CONIUGIS

Species facti. - Mulier P. N. matrimonium die 9 iulii 1879 contraxit cum T. R. Maxima concordia viguit inter sponsos, qui, postquam in duobus locis cuiusdam amplae regionis Americae commorati sunt, se contulerunt W. in eadem regione, ubi vir T. R. in ferréis fodinis, ut faber ferrarius, addictus fuit. Anno 1890 mulieri, quae tunc oppidum M. petierat ad suos parentes invisendos, pluries vir eius scripsit, addito etiam consilio ut aliquandiu illic remaneret, donec videlicet ipsorum filioli ad Sacram Synaxim primitus suscipiendam parati essent; locus enim W., in quo residebant, templo carebat. In postrema epistola vir uxori nuntiavit se quoque esse proxime migratorum in locum R., ut suos propinquos inviseret; verum in hunc locum - testibus iisdem propinquis - nunquam pervenit. Immo ex eo tempore (anno 1890) neque testes, neque uxor quidquam de viro audiverunt, etsi plurima in ipso perquirendo opera consumpta fuerit.

Cum autem mulieri, de vita mariti iam desperanti, nova interim occasio nubendi se obtulisset, supplicem libellum Ordinario ipsa porrexit ad facultatem impetrandam secundas nuptias ineundi causa. Episcopus rem exposuit huic S. Congregationi, quae eidem rescripsit : « Ordinarius procedere non dedignetur ad normam Instructionis S. Offi-

« cii *Matrimonii vinculo* an. 1868 ». Verum, expletis investigationibus, cum Ordinarius iudicium ferre non auderet, acta processus ad hanc S. Congregationem misit.

Argumenta. - In casu exposito desunt utique probationes directae, siquidem nemo comparuit qui de viri morte tamquam testis vel ocularis vel auricularis testimonium proferre potuerit. Verum talia concurrunt adiuncta et circumstantiae, quae, simul collecta, maximam probabilitatem seu moralem certitudinem exhibent praesumptae mortis. Et

1) ipse disparuit anno 1890, scilicet a vigintiquinque et amplius annis, quin vel minimum de ipso resciri potuerit, etsi uxor et propinqui et Societas Fodinae Ferrariae, cui ille tamquam opifex addictus erat, nihil intentatum reliquerint ad eum reperiendum.

2) Rationabiliter praesumi nequit virum voluisse familiam deserere. Ipse enim uxorem, liberos et parentes continuo prosequebatur amore. « Felices - sic deposuit mulier in processu ecclesiastico sub « iuramenti vinculo - in nostro matrimonio vivebamus. Deus tres filios « nobis elargitus est, quos maritus meus maxime diligebat ». Huius dilectionis signa indubia habentur in epistolis ab eo uxori conscriptis, in quarum postrema ipse nuntium dabat proximi sui itineris in locum R. ad suos parentes invisendos. Iamvero in praefatum locum R. - testibus iisdem propinquis - nunquam .pervenit; neque de viro deinceps quidquam auditum est. Ad excludendam insuper hypothesim desertionis familiae maxime confert factum, in actis relatum, quod scilicet vir, minime dives, domum suam in loco W. deseruit supellectilibus instructam, quin inde secum quidquam abduxerit. Hoc satis aperte manifestat eiusdem voluntatem eo redeundi cum uxore et filiis,

3) Animadverti insuper debent pericula quae in illis Americae regionibus viro impendebant, dum iter peragebat. Ex actis enim processus apparet ad petendum locum R., in quo viri* parentes exstabant, ipsum transfretare debuisse magnum lacum. Nil ergo mirum si praedictus faber ferrarius, affectus in brachio aliqua infirmitate, deditus vino et liquorum potionibus, uti testes referunt, in ipso itinere aliquo infortunio perierit.

4) Nec defuerunt in illis regionibus tum privatae tum publicae inquisitiones ad ipsum inveniendum, quae nullum sortitae sunt effectum. In ipsis etiam regestis carcerem requisitum est eius nomen et cognomen, sed incassum. Unde

5) communis exorta est persuasio in iis locis fabrum ferrarium diem supremum obiisse causa alicuius infortunii, quin familiae quid-

quam patefacere potuerit. Et revera ex adiunctis nulla alia causa tam diuturnae ipsius absentiae rationabiliter assignari potest.

6) Rmus Ordinarius: acta processus remittens et amplum reddens testimonium de honestate et veracitate mulieris, suam profert favorabilem opinionem super praesumptam viri mortem.

Emi ac Rmi Patres huius S. Congregationis, in generali conventu habito die 25 februarii nuper elapsi, omnibus mature perpensis, proposito dubio : *An oratrici P.* ***N.*** *permitti possit transitus ad alias nuptias in casu,* respondendum censuerunt: *affirmative.*

f Aloisius Capotosti, Ep. Thermen., *Secretarius.*

II

IRREGULARITATIS

Ab hac Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum quaesitum est, quomodo locorum Ordinari se gerere debeant:

1) si qui clerici, sacris vel presbyteratus, vel diaconatus, vel subdiaconatus Ordinibus initiati, praesenti bello, contracta ex defectu corporis irregularitate, excedant, et ut ab hac irregularitate ad susceptos exercendos Ordines, vel etiam ad superiores recipiendos dispensentur, postulent;

2) si qui maioribus Ordinibus nondum initiati praesenti bello, pariter contracta ex defectu corporis irregularitate, excedant, et ut ab hac irregularitate ad sacros recipiendos Ordines dispensentur, postulent.

Haec Sacra Congregatio, re mature perpensa, et facta de universis Ssmo Dno Nostro Benedicto PP. XV relatione, respondit:

Ad I. Recurratur in singulis casibus.

Ad II. Non expedire ut promoveantur.

Datum Romae, ex aedibus huius S. Congregationis, die 3 aprilis 1916.

PHILIPPUS CARD. GIUSTINI, *Praefectus.*

L. & S.

f Aloisius Capotosti, Ep. Thermen,, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

TAURINEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI ALOISIAE BORGIOTTI, CONFUNDATRICIS SORORUM A IESU NAZARENO.

In civitate Taurinensi et in paroecia Metropolitanae Ecclesiae S. Ioannis, die 16 februarii an. 1802, e legitimis coniugibus Augustino et Clara Fiandri orta est Serva Dei Aloisia Borgiotti. Inter domesticos parietes cum primis christianae Fidei rudimentis, pietatem didicit, praesertim a genitrice, quae in infantula peculiares miserationis affectus in Dominicam Passionem admirata est. Quod ceteris monialibus in magna rerum perturbatione acciderat, id quoque obtigit monialibus discalceatis B. Mariae Virginis a Monte Carmelo, quae e suis aedibus expulsae suorumque bonorum spoliatae, Augustam Taurinorum se confugerunt. Illic ad scientiam et religionem simulque ad opera muliebria scholam pro selectis puellis instituerunt, inter quas filiolam suam Aloisiam optimi parentes adnumerari voluerunt. Sub hac recta disciplina haud paucos edere fructus aliosque uberiores portendere visa est puella. Tum Christi Domini passionem et Deiparae Virginis dolores Ipsa frequenter ac devote recoluisse perhibetur, praecipue in exercitio *Viae Crucis* quod feria quaque sexta puellis et magistris peragere moris erat. Quum autem moniales in pristinas aedes redire potuerint, et Dei Famula earum schola et consuetudine haud amplius frueretur, curisque domesticis, ad fratrum sororumque minorum educationem reique familiaris administrationem, absorpta esset, aliquantum molestiis animique angoribus confectam se demonstravit. Verum, divina opitulante gratia, quam Ipsa precibus, poenitentiis lacrimisque sibi promeruit, quantocius liberata et ad pristinum fervorem conversa, validioribus viribus ad altiora contendit. Vertente enim anno 1834, Piae Sodalitati vulgo *Delie Umiliate* nomen dedit eiusque sodalis ac subpriorissa sedula et prudens usque ad obitum extitit. Finis Instituti erat, initio pauperes in nosocomio S. Ioannis visitare eisque ministerio et eleemosynis subvenire, postea, omissa nosocomii visitatione, infirmos domi degentes verbo et stipe reficere atque subsidia dotali a in egenas puellas quotannis erogare. Aliis quoque sodalitiis se adscripsit, utilemque praebuit operam

Aloisia, scilicet iis quae nuncupantur a Ssmo Sacramento - a Deipara Pérdolente - a Sacra Suppellectili - a Matronis de Misericordia, cui postremae Societati aedem in paroecia S. Caroli suis impensis comparavit. Ast Deus Famulam suam ad maioris momenti Institutum vocavit, quod prius a Passione, postea a Iesu Nazareno nomen habuit. Augustae Taurinorum Marcus Antonius Durando, sacerdos e Congregatione Missionis, pro adsistentia et cura domi aegrotantium, anno 1865 illud fundaverat. Eodemque anno in finem vergente, sororibus Instituti uti magistra et superiorissa praeposita fuit Aloisia, quae eiusmodi munus per octo annos usque ad vitae exitum recte prospereque gessit, proposito semper sibi ac sororibus ad praesidium et exemplum Iesu Nazareno eiusque ineffabili caritate specialiter erga infirmos, cum frequenti et devota laude ac salutatione : *Sia lodato Gesù Cristo!* Postquam vero Famula Dei ad septuagesimum aetatis annum pervenisset, infirma saepe valetudine laborans, austeritatibus etiam debilitata, ad extrema deducitur. Tum, ingravescente morbo, Ecclesiae sacramentis roborata et Summi Pontificis benedictione recreata, dum sorores Instituti circa lectum lugentes ad vitae sanctitatem hortatur et matris affectu complectitur, oculis in imagines Iesu Crucifixi et Mariae Perdolentis coniectis, placide e vita discedit, die 23 februarii an. 1873. Mox solemnibus exsequiis persolutis, Eius exsuviae in communi coemeterio depositae sunt; quae postea an. 1905 ad Ecclesiam Visitationis translatae, apud altare Ssmi Crucifixi adhuc quiescunt. Interim sanctitatis fama quam Aloisia vivens sibi adepta fuerat, post obitum non solum apud sacerdotes Missionis et sorores Nazarenas, sed etiam intra et extra civitatem et archidioecesim Taurinensem magis in dies adeo clarescere visa est, ut super ea Processus Ordinarius informativus in ecclesiastica Curia Taurinensi institutus sit. Quo expleto et Romam ad Sacram Rituum Congregationem delato, quum, praehabito iudicio scriptorum Servae Dei attributorum, nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante Revmo Dno Raphaele Ricciardelli, Congregationis Missionis procuratore generali et Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Sacrorum Antistitum necnon Praepositorum generalium Ordinum seu Congregationum, aliorumque illustrium virorum ac mulierum, rogantibus praesertim Antistita et Sororibus Instituti a Iesu Nazareno, erga optimam matrem et confundatricem amore ac aestimatione permotis, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, loco et vice Emi et Rmi Dñi Cardinalis Sebastiani Martinelli, S. R. G. Praefecti et eiusdem Causae Ponentis, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad

Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius infrascripti Cardinalis proponentis, audito voce ac scripto R. P. D. Angelo Mariani, Sanctae Fidei Promotore, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 11 aprilis 1916.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum, relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servae Dei Aloisiae Borgiotti, Confundatricis Instituti Sororum a Iesu Nazareno, die 12, eisdem mense et anno.

A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUF., *S. R. C. Pro-Praefectus,*

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DUBIA

CIRCA MOTU PROPRIO « DOCTORIS ANGELICI » ET CIRCA XXIV THESES PHILOSOPHICAS A S. CONGREGATIONE STUDIORUM RECOGNITAS ET PROBATAS.

Cum Summus Pontifex Pius X, fel. rec, Motu Proprio *Doctoris Angelici,* edito die xxix iunii MCMXIV, praescripserit ut in Universitatibus, magnis Lyceis, Collegiis, Seminariis, Institutis quae habent ex Apostolico Indulto potestatem gradus academicos et lauream in Sacra Theologia conferendi, Summa Theologica Sancti Thomae tamquam textus habeatur, et cum Sacra Studiorum Congregatio vigintiquatuor theses philo-

sophicas, sibi ad examen propositas, germanam S. Thomae doctrinam continere, die xxix iulii eiusdem anni, declaraverit, sequentia dubia ad hanc S. Congregationem de Seminariis et Studiorum Universitatibus delata sunt:

I. Utrum Summa Theologica S. Thomae habenda sit in Scholis de quibus supra, uti textus consultationis, vel uti textus praelectionum, saltem quoad partem scholasticam?

IT. Utrum omnes vigintiquatuor theses philosophicae, a Sacra Studiorum Congregatione probatae, germanam S. Thomae doctrinam revera contineant, et, in casu affirmativo, utrum imponi debeant Scholis Catholicis tenendae?

His dubiis Emi ac Rmi DD. Cardinales huius S. Congregationis, in plenario coetu, habito diebus xxn et xxiv, mense februario huius anni, ita respondendum censuerunt:

Ad I. Summa Theologica S. Thomae habenda est uti textus praelectionum quoad partem scholasticam quaestionum ; ita scilicet ut, una cum aliquo textu, qui ordinem logicum quaestionum indicet et partem positivam contineat, habeatur prae manibus et explicetur Summa Theologica quoad partem scholasticam.

Ad II. Omnes illae vigintiquatuor theses philosophicae germanam S. Thomae doctrinam exprimunt, eaeque proponantur veluti tutae normae directivae.

Die XXV, eodem mense eodemque anno, SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV, in audientia infrascripto Secretario impertita, sententiam Emorum Patrum suprema sua auctoritate ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die VII martii, in ipso festo S. Thomae, an. MCMXVI.

CAIETANUM CARD. BISLETI, *Praefectus.*

f Iacobus Sinibaldi, Ep. Tiberien., *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (CHARRIER-GODET)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis suae anno secundo, die 4 novembris 1915, BB. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Ioannes Prior, Auditores de Turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii *inter* Eduardum Charrier, *repraesentatum per legitimum procuratorem Rev. Ieremiam Rossi, advocatum, et* Bertham Godet, *interveniente et disceptante in causa vinculi Defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Eduardus Charrier septemdecim annos natus, Lutetiam Parisiorum petiit, ut sibi victum aliquo modo compararet. Eius amita Maria Godet primo iuvenem apud condimentarium quemdam collocavit, deinde in domum suam recepit, ut uteris vacaret et magister fieret in publicis scholis. At malo fato pro Eduardo; amitae enim filia nomine Bertha amore in consobrinum correpta, vehementer optabat cum illo matrimonio iungi. Eduardus, licet ab initio propositis nuptiis reluctans, postea votis cessit consobrinae, et die 2 iulii 1892 matrimoniale foedus in parochiali ecclesia loci « Aubervilliers » initum fuit. Insimul sponsi cohabitarunt per quindecim annos et quatuor susceperunt filios. Hoc tamen tempore non defuerunt dissensiones et iurgia; ac variis vicibus vita coniugalis, ad tempus tamen, interrupta fuit. Tandem, separatione inter sponsos mutuo consensu et definitive inducta, sponsus die 30 maii 1910 Curiam Parisiensem adivit, ut suum matrimonium cum Bertha nullum declara retur tum propter amentiam mulieris, tum propter metum sibi illatum a consobrinis. Verum, cum actor deinde primum nullitatis caput dereliquerit, iudices Parisienses secundum tantummodo caput perpendentes, edixerunt non satis constare de nullitate matrimonii in casu. Ab hoc responso ad H. S. O. provocavit Eduardus, et hodie causa iterum proponitur sub consueta formula dubii: *An constd de nullitate matrimonii in casu?*

Ad ius quod attinet, Patres adnotarunt Alex. III in cap. 1⊳ *De sponsalibus et matrimoniis* decrevisse contrahentes immunes esse debere

a qualibet vi et metu: quod tamen intelligendum est de metu gravi, relative saltem ad illum, qui metum patitur. Metus enim levis facile spernitur, et si coniugia irritaret, nimias secumferret perturbationes in societate civili et religiosa. Si autem quaeratur, quinam metus revera sit gravis, idem Alex. III in capite finali eiusdem tituli et Inn. III in cap. 4, *De iis, quae vi metusve causa fiunt,* respondent eum esse, qui cadit in constantem virum. Quare metus gravis ita incutiatur oportet, ut sub eius influxu viri etiam prudentis et constantis mens trepidet, nec consilii sui plena sit domina. Quod iuxta Sánchez locum habet si quinque verificentur conditiones, quas tamen Em. Gasparri ad duas optime revocat: « Scilicet ut malum instans, vel futurum sit grave « pro illa persona, quae timet, et ut haec persona persuasum habeat « illud malum sibi revera imminere » *{De matrim.,* tom. II, n. 940, edit. tertiae). Ulterius metus non praesumitur, sed ab allegante probari debet, et satis probatus censetur, quoties testium depositiones, adminicula, coniecturae et praesumptiones in animo iudicis prudentem persuasionem et moralem certitudinem de eius existentia gignere possunt. « Quis- « nam enim hic et nunc sit iustus metus... ad irritandum actum suffi- « ciens... et coniecturarum qualitas visque probandi iudicis relinquitur « dispositioni et arbitrio » (Reinffenstuel, lib. I, cap. XL, n. 79).

Ad factum quod spectat. - I. Eduardus Charrier in supplici libello et in responsione ad nonam interrogationem affirmat se matrimonium contraxisse sub influxu metus. Hoc pariter asserunt testes. Ita Methildis Bisiaux: « J'estime que la famille Godet a absolument circonvenu le « jeune homme et la pression exercée sur lui était certainement de « nature à le contraindre au mariage ». Renatus Meynier: « Tout ce que « l'on m'a dit me donne la conviction que Mr Charrier, étant très jeune, « a pu être, en effet, l'objet d'une pression qui l'a amené à un mariage « auquel ne tenait pas du tout ». Ioanna Le Merdy: « Je ne sais rien que « puisse établir la contrainte, bien que j'ai des présomptions graves de la « supposer, d'après tout ce que j'ai appris par Mr Charrier ». Hyacinthus pariter Le Merdy: « D'après tout ce que j'ai entendu dire, et ce que « j'ai vu par moi-même à partir de 1895, je reste persuadé que la « famille Godet a circonvenu Mr Charrier... pour l'amener à épouser « Mlle Godet ». Maria Berthelot: « D'ailleurs, dans le voisinage on ne se « gênait pas pour dire que Mr Chenier était forcé d'épouser Mlle Godet ». Iosepha tandem Meynier: « Mon impression est que la famille Godet, et -« surtout la grand'mère, a circonvenu Mr Charrier pour l'amener au « mariage ». Verum allatas omnes depositiones DD. Patribus visum est

nimis generales esse, et simpliciter referre vel deponentium opinionem vel quod ipsi ab aliis audierunt, quod satis non est ad metum probandum, praesertim si attendatur in tabulis àlias reperiri depositiones contrarias, quae maiorem fidem merentur, utpote ab illis factae, qui sponsos iam a pluribus annis ante matrimonium cognoverunt et celebrationi nuptiarum interfuerunt. Sic Sophia Moulin: « Je ne puis donc pas m'imaginer qu'on « ait exercé une pression sur le jeune homme pour l'amener à ce ma- « riage ». Et Amatus Petrus Vincent: « Il n'y a eu de la part de la famille « Godet ni menaces, ni violences, ni rien de semblable ». Aliis demum omissis, Aloysia Gauben: « La famille Godet n'a pas circonvenu le jeune « homme pour l'amener à épouser Mlle Godet... Il ne faut pas connaître « Mr Charrier pour oser dire qu'il a pu être l'objet de menaces ou de vio- « lences. Est-ce possible? Il était plutôt homme à battre qu'a se laisser « battre ». Hinc in themate metus asseritur quidem, sed non probatur.

II. Adiuncta matrimonii praetensum metum excludunt, aut ad minus in dubium revocant. Etenim, *a)* ante matrimonium ex omnibus testibus iudicialiter excussis, una est Methildis Bisiaux, quae asserit: « La jeune « fille aimait beaucoup Mr Charrier, mais le jeune homme ne repondit « pas à ses sentiments », cum alii contrarium testentur. Requidem vera sponsa deponit: « Nous nous donnions les marques habituelles d'affec- « tion, mais dans la suite avec moins d'empressement qu'au commen- « cernent ». Et sponsae mater: « Peu de temps après il commença à me « dire qu'il désirait épouser ma fille; je lui fis toutes les observations « possibles. Néanmoins il fallut céder, d'autant que ma fille de son coté « le désirait. Les deux jeunes gens échangèrent donc leurs promesses « et je présentai partout Mr Charrier comme mon future gendre. C'était « plusieurs mois avant le mariage. Et pendant ce temps-là ils n'ont pas « cessé de se vouloir mutuellement bien ». Item de reciproca benevolentia et amore Eduardum inter et ßertham fidem faciunt quamplurimi testes, quorum duos tantum citamus. Sophia Moulin haec deponit: « Chaque fois « que j'ai vu les fiancés avant leur mariage, ils paraissaient jaloux l'un « de l'autre, autant l'un que l'autre ». Et Aloisia Fruk: « Les deux futurs « se plaisaient beaucoup, et se rejouissaient d'être l'un à l'autre ..... « Mr Charrier était très fier d'épouser une institutrice, et Mlle Godet de « son côté aussi était très heureuse ». Ex quibus scatet Eduardum, tempore, quod praecessit matrimonium, nullum signum dedisse, quod indicaret coactionem aut repugnantiam ad nuptias ineundas cum Bertha.

b) Adveniente die matrimonii, omnia rite et regulariter expleta fuerunt coram parocho et coram magistratu civili : « Il (testatur mater « sponsae) s'est comporté, ce jour-là, comme un mari content, joyeux.

« Il a dansé, chanté avec entrain. Jamais il m'a laissé entendre qu'il << se fût considéré comme contraint ou dénué de liberté ». Idem deponit Sophia Moulin: « Le mariage a été célébré à l'église d'Aubervilliers... « J'y assistais... Les deux époux paraissaient très heureux, ils ont été « certainement fort contents de prononcer le " oui „ sacramentel ». Eadem habent Aloisia Fmk, Amatus P. Vincent et M. Glotildis Vincent, quae postrema ait: « Le mariage a été célébré à Aubervilliers. J'y assistais... « Les deux mariés étaient très contents. Quand nous sommes arrivés au « restaurant, Mr Charrier s'est retourné vers moi et, faisant allusion aux « services, que je lui avais rendus en m'occupant de son trousseau, il me « dit: " Mme Vincent, c'est grâce à vous que nous sommes mariés aujourd'hui, sans vous, nous ne serions pas là, je ne l'oublierai jamais,,». Neque in contrarium afferri possunt verba patris Eduardi deponentis: « Le mardi matin, jour de mariage, au moment de partir pour l'église, « mon fils ne parut pas. 11 s'était enfermé dans sa chambre, et ce n'est « qu'après une heure et demie d'attente qu'on se décida à marcher... « A l'église je remarquais très bien que mon fils eut beaucoup de peine « à murmurer un " oui „ que personne n'entendit «. Etenim quod testis secundo loco asserit, opponitur depositioni aliorum testium, qui praesentes fuerunt caeremoniae religiosae. Quod autem Eduardus, ipso mane celebrationis matrimonii, moras posuerit, ita ut invitati ad nuptias ipsum expectare debuerunt per horam et dimidium, hoc tribuendum est vel indoli valde mutabili Eduardi, vel levitati animi, praesertim quia intelligebat se nimia iuvenili aetate matrimonium contrahere, vel tandem curae et studio, ut elegantiorem se redderet in caeremonia nuptiali, prouti refert M. Glotildis Vincent: « Mon fils était garçon d'honneur... « Il finit par monter dans sa chambre, où il le trouva, une serviette « sur le dos, en train de se faire friser par la femme de ménage. " Vite, « lui dit mon fils, vite, tout le monde vous attend „. " Ah, répliqua « Mr Charrier, c'est que je veux être chic pour le jour de mon mariage „ ».

c) Celebrato matrimonio, novi coniuges sat bene se habere videbantur, quod sic narrat pater actoris: « Au commencement du mariage je « croyais que tout allait bien. Ils sont venus plusieurs fois tout les « deux à la Venie. Elle s'emportait souvent, mais lui ne disait rien, il « sortait à la porte, et tout était fini ». Vita autem communis, licet bis aut ter paucis mensibus interrupta, ad quindecim annos, uti in specie diximus, protracta est et quatuor liberi inde fuerunt procreati. Definitiva separatio non sponso, sed sponsae tribui debet; dicit enim Eduardus : « Ma femme à profité de mon absence pour me tromper odieuse « ment, et me quitter définitivement ».

III. Admisso etiam, quod Eduardus non omnino libere nuptias iniverit, Patres dixerunt in casu metum non fuisse gravem. Et certe quaestio institui non potest de metu reverentiali. Cum enim iste metus sit existimatio mali, quod timemus ab iis, in quorum potestate sumus, Eduardus nullo modo et titulo erat sub potestate consanguinearum, in quarum domo conversabatur. Pater quidem Eduardi, Eugenius Charrier, rogaverat consobrinam suam dñatn Godet, ut tantisper advigilaret super filium; dicit enim in responsione ad 12 interr.: « Dans un de mes voyages à Paris j'ai recommandé en effet à ma cousine, la mère de Mlle « Godet, de veiller un peu sur mon fils. J'avais confiance en elle ». Sed, uti patet, haec petitio modicae vigilantiae non erat, nec esse poterat, delegatio patriae potestatis aut constitutio tutoris. Res itaque est de metu ordinario.

Inspecto libello introductivo iudicii et attentis actoris depositionibus causa timoris, « au point de vue morale », fuit continua pressura ex parte matris et aviae sponsae; « au point de vue physique » fuerunt minae Berthae, quae mortem tum sibi, tum Eduardo intulisset, si matrimonium sequutum non fuisset.

Verum relate ad pressuras, nec mater Berthae nec avia unquam minas Eduardo intulerunt, nec unquam erga eum vim adhibuerunt: imo non constat ex actis eas reprehensionibus, iurgiis, verbis in ira prolatis Eduardum ad matrimonium impulisse, quod actor ipse confitetur in suo interrogatorio ad 11: « La mère et la grand'mère ne me faisaient pas « de menaces, mais me circonvenaient en me prenant par les senti« ments ». Agitur ergo de circumventionibus, consiliis ac suasionibus, quae graviter animum turbare nequeunt et facile contemnuntur. Testis Hyacinthus Le Merdy, in sua relatione diei 3 ianuarii anni 1911 ad officialem Parisiensem, loquitur de metu alterius generis Eduardo a matre sponsae incusso: « Mme Godet, quelques temps avant le mariage, « a enfermé sa fille avec Mr Charrier dans la même chambre, menaçant « ensuite celui-ci de dénonciation s'il se refusait à l'union projetée ». Verum in primis adnotandum est testem Le Merdy non esse de visu, sed de auditu, cuiusdam nempe officialis municipii, cuius nomen non memorat, deinde factum ipsum referunt etiam Methildis Bisiaux et ipse Eduardus, sed de minis altum silentium tenent. Eduardus ita rem narrat: « Une fois même, lorsque, un soir, j'étais couché dans mon lit pliant, au « beau milieu de la nuit, elle (Bertha) eut une crise, et les parents, ne « sachant qu'en faire, la portèrent sur mon lit où on la laissa toute la « nuit. Retenu par un sentiment d'honnêteté, je n'ai pas touché ma cou« sine; mais cette situation me mettait dans un état très pénible ». Age-

batur ergo non de minis a matre B.erthae intentatis, sed de scandalo vitando. Scandalum autem vitari poterat, aut per matrimonium, aut per separationem sponsorum, uti resolutum fuit in Praefectura provinciae: « La Préfecture de la Seine (ait Mme Bisiaux) sur le rapport de l'Ins- « pecteur de l'enseignement Mr Bertrand, mort depuis, fit venir Madame « Godet et la mit en demeure d'avoir à presser la célébration du ma- « riage ou à séparer les deux jeunes gens ». Si igitur Eduardus ad amovendum scandalum matrimonium potius elegit, hoc tribuendum est non minis a matre Berthae intentatis, sed voluntati ipsius Eduardi.

Quoad minas « au point de vue physique », refert Eduardus Bertham pluries minitatam fuisse, se sibi necem illaturam, nisi ipse matrimonio consentiret; et inde etiam sequi mortem matris et aviae. « Est-ce « (ait) que je voudrais ainsi avoir trois morts sur la conscience? La fille « se tuera, s'il en est ainsi, et mère et grand'mère n'y résisteront pas. « De fait elles avaient pour cette fille unique un amour incroyable », Refert pariter pater Eduardi: « Mlle Godet m'a dit elle-même qu'elle s'em- « poisonnerait si elle n'épousait pas mon fils; et je suis certain qu'elle « l'aurait fait. On s'est surtout servi de cette menace pour presser le «mariage ». Sed quod Bertha minitata fuerit se sibi ipsi necem illatuturam et inde sequi mortem matris et aviae, hoc causam metus pro Eduardo constituere non poterat, vel ad minus metus aptus non erat ad dirimendum matrimonium. Sufficit quidem ad coniugium irritandum, quod malum, quod timetur, immineat ipsi timenti vel suis; sed I° Bertha atque Eduardus filii erant consobrinorum ; *T* Bertha propter corporis et animi infirmitates haud multum diligebatur ab Eduardo qui fatetur: « J'ai toujours eu de la répulsion pour cette femme (Bertha) » ; proinde *sua* dici non poterat. Quod attinet ad mortem matris et aviae, praeterquamquod mere hypothetica erat, non poterat constituere obiectum minarum, sed effectus erat malitiae ipsius Berthae.

Bertha etiam Eduardo mortem minitata est, quod sic narrat Eduardus: «J'ai déjà dit que Mlle Godet voulait m'empoisonner, et s'empoi « sonner elle-même Ce n'était pas une vaine menace: car une fois elle « a absorbé un flacon de laudanum ... souvent on l'a surprise à préparer « du laudanum ou d'autres drogues dans le verre, qui m'était destiné ». At de his minis haec notari possunt: 1. Ex actis non est iuridice probatum has minas revera fuisse prolatas, aut saltem fuisse serias; nam praeter actorem, tres tantum testes praedictas minas referunt: sed dna Bisiaux et Ioanna Le Merdy huiusmodi minas non cognoscunt nisi ex auditu ab ipso Eduardo, unde ipsarum attestatio reducitur ad depositionem solius Eduardi. Quoad tertium testem, Iosepham nempe

Meynier, haec praefatas minas non. cognovit nisi ab anno 1907 et quidem ex auditu a Maria Godet; unde tota probatio reducitur ad dicta Eduardi et matris sponsae; et adnotandum, quod haec in sua depositione de his minis omnino tacet. % Etiamsi admittatur Bertham has minas protulisse, non ideo sequitur Eduardum gravem metum passum fuisse; nam his non obstantibus declarare non dubitavit se nunquam matrimonium initurum: « Malgré tout, un jour, je signifiai que je ne me mariais pas ». 3. Tandem has minas Eduardus evitare poterat per fugam. Etenim, quamvis ipse fateatur: « On me séparait de plus en plus des commu- « nications extérieures; j'était surveillé, gardé, presque séquestré »; nihilominus custodia tam arcta non erat, ut non potuerat confugere ad patrem vel ad alios suos consanguineos Parisiis commorantes. Et revera acta referunt eum pluries in vicina domo versatum fuisse, et semel fugam arripuisse, quae tamen definitiva non fuit, quia ultro in domum Godet reversus est. Ex his omnibus patet Eduardum, licet non sine aliquali repugnantia, matrimonium voluisse contrahere cum Bertha, fortasse quia non pauca commoda ex hoc matrimonio sibi oritura noverat, quod testatur pater Eduardi, Eugenius Charrier: «Au fond, mon fils « répugnait à ce mariage. Cependant il me fit remarquer que la situa- « tion de sa cousine institutrice était avantageuse ».

His omnibus rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus *non constare de matrimonii nullitate in casu,* et ad propositum dubium respondemus : *Negative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribuna^ lium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Reform.,* Conc. Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 4 novembris 1915

Guilelmus Sebastianeiii, *Decanus, Ponens..*
Seraphinus Many.
Ioannes Prior.

L. & S.

Ex Cancellaria, 17 novembris 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOM i NE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

5 *aprile 1916.* — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, ***Protettore della Congregazione dell' Adorazione Riparatrice, avente la Casa-madre a Parigi.***

— L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, ***Protettore del Collegio Americano degli Stati Uniti.***

6 aprile. — L'Emo signor cardinale Giulio Tonti, ***Protettore delle Religiose Hermanas de San José, di Buenos Aires.***

— L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, ***Protettore delle Religiose della Presentazione di Maria, di Viviers.***

— L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, ***Protettore delle Suore della Croce del Cuore di Gesù, del Messico.***

7 aprile. — L'Emo signor cardinale Diomede Falconio, ***Protettore della Venerabile Confraternita dei Devoti di Gesù al Calvario.***

— L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, ***Protettore del Collegio Irlandese di Roma.***

15 aprile. — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, ***Protettore del Collegio Scozzese.***

2 maggio. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, ***Protettore della Arciconfraternità del Ssmo Crocifisso, eretta nella chiesa di S. Marcello in Roma.***

— Mons. Alberto Vassallo di Torregrossa, arcivescovo titolare di Emesa, ***Internunzio Apostolico presso la Republica Argentina.***

3 maggio. — L'Emo signor cardinale Michele Lega, ***Protettore dell'Istituto delle Figlie del Ssmo Crocifisso.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Sòglio Pontificio :

2 aprile 1916. — Mons. Antonio Adolfo Perez y Aguilar, arcivescovo di San Salvatore.

Proionotari apostolici ad instar participantium :

31 gennaio 1916. — Mons. Baldassarre Scherndl, della diocesi di Linz.
19 febbraio. — Mons. Giuseppe Volovié, dell' archidiocesi di Zagabria.
— Mons. Emilio Strahinséak, della medesima archidiocesi.
4 aprile. — Mons. Francesco Marnos, dell'arehidiocesi di Lione.
— Mons. Giacinto Chassagnon, della medesima archidiocesi.

Prelati Domestici di S. S.:

17 febbraio 1916. — Mons. Giuseppe Horváth, della diocesi di Rosnavia.
— Mons. Andrea Szeman, della medesima diocesi.
22 febbraio. — Mons. Agostino Valihora, dell'arehidiocesi di Colocza.
6 aprile. — Mons. Rocco Aurellana, dell'arehidiocesi di San Salvatore.
— Mons. Pietro Trabattoni, della diocesi di Lodi.
12 aprile. — Mons. Guglielmo I. Walsh, della dioc. di Waterford e Lismore.
13 aprile. — Mons. Cornelio Fia vin, della medesima diocesi.
— Mons. Donato Forlani, della diocesi di Conversano.
15 aprile. — Mons. Michele Weldon, della diocesi di Peoría.
— Mons. Ermenegildo Pogliani, dell'arehidiocesi di Milano.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

15 aprile 1916. — Al sig. principe don Ludovico Chigi.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 aprile 1916. — Al sig. cav. Abele Waldmann, dell'archidioc. di Lione.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

12 aprile 1916. — Al sig. Antonio Ciaburri, della dioc. di Cerreto Sannita.

PREFETTURA DEI SS. PALAZZI APOSTOLICI

NOMINA

Con Biglietto dell' Emo signor cardinale Prefetto dei SS. PP. AA. il Santo Padre si è degnato di nominare:

30 marzo 1916. — Il Molto Rev.do P. Maestro Pellegrino M[a] Castellani dell'Ordine dei Servi di Maria, ***Confessore della Famiglia Pontificia.***

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

13 novembre 1914. — Mons. Francesco Farkas, della diocesi di Sabaria.

18 novembre. — Mons. Leopoldo degli Ivanisëvié, della diocesi di Spalato e Macarsca.

— Mons. Nicolò Batistié, della medesima diocesi.

30 gennaio. — Mons. Stefano Zemancsik, della diocesi di Szepes.

13 aprile. — Mons. Francesco Bistanros, della diocesi di Hermopoli.

5 giugno. — Mons. Giacomo Obweger, dell'archidiocesi di Salisburgo.

— Mons. Cristiano Perkmann, della medesima archidiocesi.

14 luglio. — Mons. Edoardo Knopp, della diocesi di Könnigrätz.

19 febbraio 1916. — Mons. Giovanni Marangó, della diocesi di Sira.

29 febbraio. — Mons. Francesco Wagner, della diocesi di Bressanone.

— Mons. Carlo Krader, della diocesi di Cinque Chiese.

— Mons. Andrea Sikorsky, della diocesi di Cassovia.

— Mons. Arnoldo Hoffmann, della medesima diocesi.

— Mons. Nicola Pfeiffer, della medesima diocesi.

— Mons. Francesco Berger, dell'archidiocesi di Vienna.

25 marzo. — Mons. Vittore Mátéffy, della diocesi di Strigonia.

— Mons. Giovanni Drahos, della medesima diocesi.

28 marzo. — Mons. Alessandro Parri, della diocesi di Fabriano.

— Mons. Giuseppe Santangeli, della medesima diocesi.

3 aprile. — Mons. Alfonso Arrigoni, della diocesi di Sarsina.

— Mons. Emanuele Pharis, dell'archidiocesi di Conza.

18 aprile. — Mons. Giuseppe Bellino, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

13 novembre 1914. — Mons. Roberto Schlamadinger, delia dioc. di Sabaria.

29 febbraio 1916. — Mons. Teodoro Gürtler, dell'arehidiocesi di Vienna.

— Mons. Teodoro Stief, della medesima archidiocesi.

25 marzo. — Mons. Antonio Milacek, della diocesi di Budweis.

— Mons. Filippo Kohont, della diocesi di Linz.

12 febbraio. — Mons. Giuseppe Alessi-Batu, della diocesi di Piazza Armerina.

Cameriere d'onore extra Urbem *di S. S.:*

28 marzo 1916. — Mons. Nicola Beri, della diocesi di Fabriano.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

3 aprile 1916. — Sig. Luigi de' conti Zara, di Roma.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

18 novembre 1914. — Mons. Andrea Matas, della diocesi di Spalato e Macarsca.

31 marzo. — Mons. Vito Catamia, della diocesi di Conversano.

Cappellani Segreti d'onore di S. S.:

18 novembre 1914. — Mons. Giacomo Pircevió, della diocesi di Spalato e Macarsca.

5 giugno 1915. — Mons. Giovanni Filzer, dell'arehidiocesi di Salisburgo.

— Mons. Ruperto Rohrmoser, della medesima archidiocesi.

19 febbraio 1916. — Mons. Gabriele Privilenghios, della diocesi di Sira.

29 febbraio. — Mons. Adalberto Jakab, della diocesi di Cinque Chiese.

— Mons. Giovanni Hannig, della diocesi di Sabaria.

— Mons. Giulio Wehofsits, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

28 aprile 1916. — Mons. Paolo Marco Tei, vescovo di Pesaro.

4 maggio. — L'Emo signor cardinale Ettore Ireneo Sévin, arcivescovo di Lione.

Annus VIII - Vol. VIII Die 7 Iunii 1916 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE

DE ERECTIONE NOVAE DIOECESIS PENEDENSIS

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Catholicae Ecclesiae cura Romanis Pontificibus divinitus commissa postulat, ut quae in spirituale christiani gregis bonum atque emolumentum cedunt ipsi Pontifices, Apostolica auctoritate interposita, praestare maturent. Iamvero cum ea sit amplitudo territorii dioecesis de Alagöas in Brasilia et Christifidelium, qui eam incolunt, multitudo ut unus Pastor omnibus necessitatibus maxima cum difficultate par esse possit, Nobis visum est spirituale illorum fidelium bonum et commodum memoratam de Alagöas dioecesim dividere aliamque novam ibidem instituere.

Quapropter Nos, suffragante Nuntio Apostolico in Ditione Brasiliana, et de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui rebus consistorialibus praesunt, consilio, suppleto etiam, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, facultate quoque utentes Romano Pontifici et Sanctae Sedi reservata sub plumbo litteris quarum initium *Ad universas orbis ecclesias,* die vigesima septima mensis aprilis, anno Domini millesimo octingentesimo nonagésimo secundo, datis, libere novam ineundi in Brasiliana Ditione circumscriptionem dioecesum quoties id expedire in Domini) visum fuerit, territorium memoratae dioecesis de Alagöas in duas partes dividimus: partem orientalem, in qua est oppidum *Maccio,*

civilis illius provinciae caput et princeps, reservamus et assignamus antiquae dioecesi de Alagöas; partem vero occidentalem, ubi civitas *Penedo* exstat, novae ac distinctae dioecesi Penedensi denominandae assignamus, eamque erigimus et constituimus hisce sub conditionibus et limitibus. Imprimis nova Penedensis dioecesis eosdem quoquoversus habebit fines, quibus pars occidentalis dioecesis de Alagöas antea circumscribebatur; divisoria vero linea, qua Penedensis dioecesis secernitur ab ea de Alagöas, erunt limites orientales paroeciarum vulgo *Coruripe, Junqueiro, Zimoeiro, Palmeira,* quae ad novam dioecesim pertinent, ita ut haec nova dioecesis *de Penedo* has, quae sequuntur, complectatur paroecias vulgo *Penedo, Piassabussi, Coruripe, Junqueiro, Zimoeiro, Palmeira, Jertaösinhe, Sant'Anna de Panama, Paulo Affonso* atque *Brame, Pâo d'Assucar, Bello Monte, Traipú, S. Braz, Triumpho, Collegio.* Penedensis vero dioecesis sedem et cathedram episcopalem in oppido Penedo constituimus una cum omnibus iuribus et privilegiis, quibus ceterae episcopales civitates iure communi fruuntur; ecclesiam vero matricem in ea civitate exstantem et Beatae Mariae Virgini sub invocatione SSmi Rosarii dicatam, in cathedralem evehimus, parochiali animarum cura, ut antea, in ea servata; simulque ipsis eiusque pro tempore Episcopis tribuimus omnia privilegia et iura quibus aliae cathedrales ecclesiae earumque Antistites ex iure communi vel legitima consuetudine, non tamen ex titulo oneroso vel peculiari indulto, pollent ac fruuntur. In residentiam praeterea novi Episcopi eiusque in munere successorum assignamus modo emptas aedes, in quibus ipsa episcopalis Curia locum etiam habebit. Eamdemque praeterea dioecesim Penedensem suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Olindensis illiusque Episcopum ac in munere successores Metropolitico iuri Olindensis Archiepiscopi subiicimus; reservata tamen Nobis et Apostolicae Sedi libera facultate novam decernendi dismembrationem, seu circumscriptionem huius novae erectae dioecesis,» quoties id in Domino expedire visum fuerit. Quae autem in supradictis apostolicis sub plumbo litteris, die vigesima septima mensis aprilis, anno Domini millesimo octingentesimo nonagésimo secundo datis, constituenda disponuntur de novarum Dioecesum in Brasiliana Republica ac de novorum Episcoporum iuribus ac pz^ivilegiis, item de Capituli Cathedralis vel saltem Consultorum Collegii institutione, de Seminarii dioecesani erectione, regimine et administratione, de Vicarii Capitularis, seu administratoris, sede vacante, electione, de ipsorum clericorum et Christifidelium iuribus et officiis, de documentorum traditione, aliaque id genus mandamus ut religiose serventur ad tramitem sacrorum Canonum et potissimum Tridentini Concilii ad novam,

quod attinet, Penedensem dioecesim. Praeterea ut huius dioecesis Antistites et suae dignitatis decorem tueri clericorumque sustentationi consulere, et divini cultus impensis aliisque dioecesis necessitatibus occurrere queant, in novae episcopalis sedis dotem ac mensam perpetuo assignandus et attribuimus reditus patrimonii dioecesani quod iam ad hunc finem collectum fuit, vel in posterum colligetur, necnon proventus Curiae ecclesiasticae iure communi, vel legitima consuetudine statutos. Insuper statuimus ut ex hac dioecesi duo saltem delecti iuvenes in Collegium Pium-Latinum-Americanum, in hac alma Urbe exstans, ipsis sub oculis Romanorum Pontificum, non intermissa vice mittantur eiusdemque dioecesis sumptibus alantur, iuxta ea quae in Plenario Americae Latinae Concilio, anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono Romae celebrato, sapientissime decreta sunt, ut qui in ipso veritatis centro religionis scientiam adepti sint, cum suis deinde civibus utiliter uberiusque communicare valeant. Ut autem stabilius et horum clericorum substentationi et eiusdem Collegii Pii-Latini-Americani dotationi sit provisum, vehementer exoptamus ut cura Penedensis pro tempore Episcopi, quam citius fieri potuerit, tot conferantur bona, quot requiruntur ut ex eorum reditibus bini memorati alumni, aut modo saltem unus, sustentari queant, eosque reditus, ubi primum percipiantur, eidem Collegio Pio-Latino-Americano de Urbe perpetuo assignandus atque attribuimus. Quae autem hisce Litteris Apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt nulli hominum, ullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris Canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Decernimus denique has praesentes litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione vel derogatione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo sexto, die tertia mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno secundo.

Loco Plumbi.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO
S. B. E. Cancellarius.

% C. CARD. DE LAI
S. C. Consistorialis Secretarius.

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus.*

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Beg. in Cane. Ap., vol. XIII, n. 27.

M. RIGGI, *a tabulario C. A.*

EPISTOLAE

I

AD R. P. ANTONIUM LHOUMEAU, SOCIETATIS MARIAE ET FILIARUM A SAPIENTIA PRAEPOSITUM GENERALEM, ANNO VERTENTE DUCENTÉSIMO AB OBITU BEATI PATRIS LEGIFERI.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Altero iam exeunte saeculo, ex quo beatus Ludovicus Maria Grignion abiit ad superos, recte tu quidem cum utraque cui praees familia, omnem rerum vestrarum cursum respicientes, laeti atque alacres paratis sollemnes Deo grates persolvere, cuius benignitate usque adhuc provecti estis. In partem autem istius laetitiae Nos et iure a vobis vocamur et venimus perlibenter. Etenim in laudibus sodalitatum vestrarum duo praesertim, a legifero Patre, tamquam hereditate, profecta, videmus eminere: obsequium in Aposfcdicam Sedem, pietatem in Virginem Matrem. Huius obsequii illud praeclaro documento est quod historia eloquitur, vestros sodales ideo ab haereticis tum Gallicanis tum iansenistis contumaciter ante alios vexatos esse, quia nimis Romano Pontifici addicti viderentur; eosque in magna illa conversione rerum Gallicarum eamdem ob causam acerba omnia pertulisse. Nec minus insignem beatus Parens voluit inesse in vobis amorem Deiparae: quin immo hoc vobis esse peculiare et proprium, ut, promovendo divinae Matris cultu, Dei in hominibus regnum promoveretis. Aptissime vero ad hoc munus obeundum, illum quem ipse composuerat, summae suavitatis maximique ponderis libellum *De la vraie dévotion à la Sainte Vierge* vobis tradidit, studiose ad populos exponendum. Quem sane gaudemus late per vos iam divulgatum: utinam multo disseminetur latius, atque in longe pluribus christianos spiritus refoveat. Ceterum haec arctissimo inter se continentur vinculo: nam qui vere Mariam diligit, cum is non possit non Iesum diligere, recta enim per Matrem ad Filium itur, simul Vicarium Christi colat atque observet necesse est. Itaque laborum vestrorum non mediocres apparere fructus, atque Instituta vestra satis, pro iniquitate temporum, florere, equidem vehementer gratulamur. Vos vero pergite, ut instituistis, bene de Ecclesia mereri, Nostra erecti comprobatione, confisi autem divinae gratiae adiumentis quae vobis uberrima precamur. Quorum auspicem Nostraeque paternae benevolentiae testem, apostoli-

cana benedictionem tibi, dilecte Fili, et omnibus, quibus moderaris, Sodalibus Mariae et Puellis a Sapientia, amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xix mensis aprilis MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. IANUARIUM BUCCBRONI, SAC. B SOC. IESU, DOCTOREM DECURIA LEM THEOLOGIAE MORUM TRADENDAE IN ATHENAEO GREGORIANO; CUIUS NUPER EDITOS LIBROS COMMENDAT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — *Institutiones Theologiae Moralis* tuas et huius disciplinae peritis vehementer probari, et a decessoribus Nostris fel. rec. Leone XIII et Pio X plus semel laudatas non ignoramus. Et iure quidem; nam cum praeclara ea sint et gravissima de quibus accurate disputas, tum in iis explicandis ea uteris doctrinae copia, sententiarum gravitate, ordine rerum ac perspicuitate dicendi, ut meritis te optimus quisque laudibus prosequatur. Has nunc laudes cumulamus Nostris, cum eorum exemplar voluminum abs te muneri accepimus. In quibus perlibenter comperimus te aliquas quoque tractasse quaestiones, quae vel maxime his temporibus accommodatae esse videntur. Quare intelliges hoc tuum Nobis munus " accidisse pergratum: eo vel magis quod simul impensissimum erga Apostolicam hanc Sedem studium atque obsequium, tuo et discipulorum nomine, Nobis profitebare. Profecto, ut scribis, exoptandum est ut ea magis atque magis caritatis atque iustitiae praecepta per vulgentur, sine quibus nulla est nec mansurae pacis spes, neque stabilis rerum publicarum salus. Ceterum cum magnum, alumnis praesertim disciplinae tuae, attuleris adiumentum, uberrimos laboris tui fore fructus confidimus. Te vero lectissimis muneribus Deus, precamur, exornet. Quorum auspicem, itemque praecipuae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, tuisque alumnis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx aprilis MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. EDUARDUM HUGON, SODALEM DOMINIGIANUM, DOCTOREM DECURIALEM SACRAE THEOLOGIAE TRADENDAE IN URBANO COLLEGIO ANGELICO: EUM LAUDANS, QUOD SACRAE THEOLOGIAE DOCTRINAM AD MENTEM AQUINATIS IN USUM ETIAM LAICORUM DIVULGAVERIT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Sanctum et salutare est, ac paene necessarium in scholis catholicis, ubi ad philosophiae ac theologiae scientiam instituitur sacra iuventus, summum haberi magistrum Thomam Aquinatem. Ita, quae a decessoribus Nostris, praesertim Leone XIII et Pio X fel. rec, hac de re sapientissime constituta sunt, omnino opus est salva et inviolata consistere. Sed etiam valde opportunum putamus, si Doctor Angelicus tamquam ex adytis Scholae prodeat, et ad omnes qui in religione altius cupiunt erudiri, lumen prope divinum afferat ingenii sui. Constat enim *Modernistas,* qui-dicuntur, ideo tam longe a Fide in tantas opinionum varietates aberrasse, quod sancti Thomae principia disciplinamque neglexerint. Quam ob causam optimo tu quidem consilio instituisti de fidei christianae doctrinis augustissimisque mysteriis eo duce scribere in gratiam maxime laicorum, ratione scilicet non usitata in scholis, sed iis qui huic studio non dediti essent, accommodata. Gaudemus autem haec tua volumina, quibus omnem fere theologiam complexus es, prudentum commendatione florere, eo in primis nomine quod cum ad illustranda ac tuenda religionis dogmata, tum ad alendos religiosos spiritus egregie valere videantur. Profecto, uti pietas est nulla, nisi quodammodo ab ipsa sanae theologiae radice efflorescat, ita magna illorum de theologia librorum laus est, qui studium pietatis in lectoribus inflamment. Quod hanc tibi laudem tribuere possumus, pergratum Nobis accidit; optandum ut quam plurimis iste tuus labor proficiat. Tu vero, dilecte Fili, praeter uberes operae tuae fructus, uberrimum a Deo praemium exspecta; cuius Nos auspicem ac paternae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam tibi benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die v maii MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA "SS. CONGREGATIONUM

SUPEEMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

T

DECLARATIO

CIRCA OPUS QUODDAM

Feria IV, die 12 aprilis 1916

In generali consessu Supremae huius Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Dm Cardinales in rebus fidei ac morum Inquisitores Generales declaraverunt : Opus cui titulus : *La Leçon de l'Hôpital Notre-Dame d'Ypr es - Exegese du Secret de la Salette - par le Dr Henry Mariam, tome 1, Paris, 1915; tome II, Appendices, Montpellier, 1915,* ex regulis generalibus in Constitutione *Officiorum ac munerum* traditis, esse damnatum atque proscriptum.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 13 aprilis 1916.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

II

DECRETUM

SOLVITUR DUBIUM DE SS. NUMISMATIBUS LOCO SCAPULARIUM BENEDICENDIS

Proposito dubio, quod sequitur, a Rmo Procuratore Generali Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum : «Utrum sicut sufficit primum seapu-« lare (v. g. B. Mariae V. de Monte Carmelo), quod in adscriptionis actu « induitur, benedicere, quin deinde alia eiusdem generis scapularia nova « benedictione egeant pro eadem persona, ita etiam sufficiat primum « numisma benedicere, quin alia numismata, quae primo deperdito vel « usu detrito assumuntur, nova benedictione muniantur, vel utrum numi-« sma toties sit benedicendum quoties, primo deperdito vel usu detrito, « novum sufficitur? ».

Emi Patres Cardinales Generales Inquisitores, in Congregatione habita feria iv, die 10 maii anni 1916, responderunt: « *Negative* ad primam partem ; *Affirmative* ad secundam ».

Quam dubii resolutionem SSmus D. N. D. Benedictus div. prov. Papa XV, in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita feria v, die 11 maii eiusdem anni, benigne approbavit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

h. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor S.* O.

III

DECRETUM

DE QUADAM RECENSIONE PERIODICA

Feria IV, die 12 aprilis 1916

In generali consessu Supremae huius Congregationis Sancti Officii,. Emi ac Revmi DD. Cardinales in rebus fidei ac morum Inquisitores Generales decreverunt: Recensio periodica cui titulus: *Rivista di Scienza delle Religioni. Roma, Tipografia del Senato di Giovanni Bardi, 1916,* damnatur uti organum propagandae modernisticae.

Et insequenti feria v, die 13 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. D. Benedictus div. prov. PP. XV, in audientia R. P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, habita de re plena relatione, decretum Eminentissimorum Patrum approbavit ac confirmavit.

Datum Romae, in aedibus Sancti Officii, die 26 maii 1916.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

Nota. - Il R. D. Umberto Fracassini ha dichiarato che il suo nome è stato messo abusivamente nel novero dei redattori del citato periodico, non avendo egli approvata la pubblicazione della nuova rivista ed avendo negata la sua collaborazione.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

5 maii 1916. — Metropolitanae ecclesiae Olomucensi praefecit Emum ac Rfiium Dominum Leonem S. R. E. presbyterum cardinalem de Skrbensky, hactenus archiepiscopum Pragensem.

— Cathedrali ecclesiae Maioricensi R. D. Rigobertum Domenech et Valls, canonicum metropolitanae ecclesiae Valentinae.

— Cathedrali ecclesiae Vicensi R. D. Franciscum Munoz et Izquierdo, archipresbyterum cathedralis ecclesiae Barcinonensis.

8 maii. — Cathedrali ecclesiae Dianensi R. D. Horatium Caldarola, canonicum poenitentiarium ecclesiae Bituntinae.

— Cathedrali ecclesiae Monoecensi R. D. Gustavum Vié, vicarium generalem Aurelianensem.

9 maii. — Metropolitanae ecclesiae Bituricensi R. P. D. Martinum Izart, hactenus episcopum Apamiensem.

16 maii. — Cathedrali ecclesiae Omahensi R. P. D. ieremiam Iacobum Harty, hactenus archiepiscopum de Manila.

22 maii. — Cathedrali ecclesiae Neocastrensi R. P. D. Eugenium Giambro, hactenus episcopum Sarsinatensem.

— Cathedrali ecclesiae Laquedoniensi R. D. Franciscum Maffei, canonicum poenitentiarium ecclesiae Bisaciensis.

27 maii. — Cathedrali ecclesiae Lucionensi R. D. Gustavum Garnier, vicarium generalem Nivernensem.

— Cathedrali ecclesiae Adiacensi R. D. Augustinum Simeone, canonicum cathedralis ecclesiae Massiliensis.

SAGRA CONGREGATIO INDICIS

I

DECRETUM

Feria U, die 5 iunii 1916

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XV Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 5 iunii 1916, damnavit et-damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

L. SALVATORELLI ed E. HUHN, *La Bibbia.* Introduzione all'antico e al nuovo Testamento (L'Indagine moderna, vol. XIX). Milano, ecc., Remo Sandron, s. a.

P. JUAN DE GUERNICA, *La Perla de la Habana.* Sor Maria Ana de Jesús Castro, [Religiosa Capuchina del Convento de Plasencia. Zaragoza, 1914, 2 vol. in 12°.

LUDOVICO KELLER, *Le basi spirituali della massoneria e la vita pubblica.* Todi, 1915.

Rivista di scienza delle religioni. Roma, Tipografia del Senato, 1916 *(Decr. S. Off. 12 apr. 1916).*

Dr. HENRI MARIAVÉ, *La leçon de l'hôpital Notre-Dame d'Ypres. Exégèse du secret de la Salette,* Tome I, Paris, 1915; tome II, Appendices, Montepellier, 1915 *(Decr. S. Off. 12 apr. 1916).*

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV per me infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua decretum probavit et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae, die 6 iunii 1916.

FR. CARD. DELLA VOLPE*, *Praefectus.*

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

II

Cyrillos Macaire, decreto S. Congregationis, edito die 12 aprilis 1915, quo liber ab eo conscriptus notatus et in Indicem librorum prohibitorum insertus est, se subiecit.

In quorum fidem, etc.

Thomas Esser, O. P., *Secretarius.*

SACKA CONGREGATIO RITUUM

I

DIOECESIUM TOTIUS ITALIAE ET INSULARUM ADIACENTIUM

DE FESTO TRANSLATIONIS ALMAE DOMUS B. M. V.

Celeberrimum prae cunctis Marialibus Orbis Catholici Sacrariis promerito ac iure Lauretanum habetur, illudque fere sex abhinc saeculis Christifidelium praecipuae venerationis cultusque maximi cohonestatur significationibus: Domus, inquam, natalis Beatissimae Virginis Mariae, divinis mysteriis consecrata; ibi enim Verbum caro factum est. Felix ea Domus olim angelico famulatu e Palaestinae sacratis regionibus primum in Dalmatiam, inde Lauretanum in agrum Picenae Provinciae mirabiliter translata, atque in sinu Catholicae Ecclesiae collocata, perenni miraculorum virtute et caelestium gratia beneficiorum ditata supereminet.

Mirificae vero huiusmodi Translationis festum, diei propriae, h. e. decimae decembris, exeunte saeculo decimo septimo adsignatum, in Ecclesiis memoratae Provinciae Picenae, ac sensim tum aliarum Italiae tum plurimarum exterarum totius Orbis regionum, cum Officio ac Missa propriis, usque ad annum millesimum nongentesimum decimum tertium sine intermissione quotannis rite 'celebratum fuit.

Quibus omnibus permoti, et concrediti gregis ferventia quoque vota, ne dicam, omnium catholicorum fidelium probe noscentes, cuncti Sacrorum Antistites dioecesium Provinciae Picenae, ne tanti Virginei Sacrarii cultus longe lateque diffusus sensim in dies aliquid detrimenti capiat, Sanctissimum Dominum nostrum Benedictum Pp. XV enixe precati sunt, ut festum Translationis Almae Domus B. Mariae Virginis pristino honori restituens, quotannis celebrandum concedere dignaretur.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV supplicia haec vota ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefeeto relata, peramanter accipiens, pro sua quoque spectata erga Deiparam pietate, decrevit, ut festum *Translationis Almae Domus B. M. V.* sub ritu duplici maiori a singulis Italiae et insularum adiacentium dioecesibus, necnon ab Ordinibus Regularibus et Religiosis Familiis etiam proprio Kalendario utentibus atque intra fines earum Dioecesium commorantibus, die decima decembris, cum Officio ac Missa propriis iamdudum approbatis, quotannis celebretur: servatis Rubricis.

Insuper eadem Sanctitas Sua benigne indulsit, ut eiusmodi festum Beatae Mariae Virginis ad ceteras omnes Dioeceses et Religiosas Familias,'singulis tamen Rmis Ordinariis vel respectivis Superioribus legitime petentibus, sub iisdem clausulis et conditionibus extendi valeat.

Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 12 aprilis 1916.

✠ A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE, *S. R. C. Pro-Praefectus.*

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

BAVARIAE REGNI

DE TITULO, FESTO ET OFFICIO B. V. MARIAE, PATRONAE B AVARI AE

Conspicua erga beatissimam Virginem Dei Matrem pietate et constanti devotione, nemini sane e catholicis nationibus Gens Bavarica secunda habenda est. Spectatissimum enim studium, quo Deiparam a priscis temporibus impense colit, plurima templa testantur, saeculo octavo praesertim ac nono, in honorem ipsius Dei Genitricis in urbibus ac Bavariae regionibus exstructa, tum amplitudine molis, tum divite omnigenae artis ornatu prestantissima. Testantur idem Mariales permultae Sodalitates, quibus e Regia Familia plures nomen dare sueverunt: ac laudabilis ille mos testatur, qui penes Bavariae populum a prisca invaluit aetate, exornandi frontes domorum B. Mariae Virginis statuis vel iconibus. At cultus ipsius Deiparae luculentius testantur Mariana non pauca Sacraria, uti Ettalense, Bifkensteinse, Ramersdorpense et alia, quae sane celeberrimum praecellit Sacellum Garolingiorum aetate in vetere praedio Hodingano (vulgo Altoetting), a quo nomen mutuatur, intra fines Passaviensis Dioecesis erectum, iuxta Aedem Regalem, ac postea splendidissime exornatum. Illuc frequentes ac turmatim pio peregrinorum more e cunctis Bavariae regionibus Christifideles confluere solent e quovis ordine ac statu, imo ex ipsa Aula Regia, Virginem Dei Matrem veneraturi, Eiusque ope imploraturi. Notatu vero dignissimum est quod, Bavariae Ducibus et Principibus Electoribus in exemplum praeeuntibus, ac praesertim Maximiliano I e regia Wittellesbacensi stirpe, inde ab anno millesimo sexcentésimo vigesimo Catholica Gens Bavarorum, ipsam Deiparam Virginem sub titulo *Bavariae Patronam* invocare et fervida veneratione prosequi coeperit.

Quamobrem ad singulare Dei Matris auxilium diuturni huiusce belli rebus in arctis expetendum, et Bavaricam Gentem perpetuo caelesti tutandam praesidio, ipse Rex Bavariae Ludovicus Tertius, una cum uxore sua Maria Teresia Regina, avitam pietatem aemulatus, et probe noscens pia desideria complurium catholicorum sui Regni virorum, a Ssmo Domino Nostro Benedicto Papa XV, per Emum ac Rmum

Dnum Cardinalem Andream Frühwirth, Pro-Legatum Apostolicum in Bavaria, id obtinendum suscepit, nimirum:

I. Ut beata Dei Genitrix Virgo Maria praecipua apud Deum Bavarorum Patrona declaretur ab Apostolica Sede ; II. Ut peculiare festum ipsius B. Mariae Virginis sub titulo *Patronae Bavariae* quotannis die decimaquarta marialis mensis maii, sub competenti ritu in universa Bavaria Officio proprio recolatur.

Sanctissimus porro Dominus Noster Benedictus Papa XV huiusmodi gratissima pia vota peramanter excipiens, ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefecto relata, beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam totius Bavariae Regni principalem apud Deum Patronam suprema Auctoritate Sua declaravit et constituit; cunctis honorificentiis ac privilegiis Eidem attributis, quae praecipuis locorum Patronis de iure competunt: et Festum B. Mariae Virginis titulo *Patrona Bavariae* die decimaquarta mensis maii in cunctis Bavarici Regni Dioecesibus sub ritu duplici primae classis cum Octava quotannis celebrandum concessit: servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 26 aprilis 1916.

£g A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE, *S. R. C. Pro-Praefectus.*

L. $ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

SEDUNEN.

DUBIA DE FESTO DEDICATIONIS ECCLESIAE

Rmus Dnus Iulius Mauritius Abbet, episcopus Sedunensis, Sacrae Rituum Congregationi humiliter exposuit quae sequuntur:

I. Debetne affigi festum Dedicationis ipsi diei mensis, qua Ecclesia consecrata fuit, si haec dies est nota, celebrata solemnitate externa eadem die Dominica, qua antea?

II. Debetne festum Dedicationis ita alicui diei mensis affigi, ut Dominica sequens sit eadem Dominica, qua celebratum fuerat festum Dedicationis tempore elapso?

III. Debetne solemnitas externa Dedicationis Ecclesiae Cathedralis in tota Dioecesi celebrari, vel tantum in urbe Episcopali?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, praepositis quaestionibus ita respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative* quoad Festum cum Officio et Missa. Posse et non teneri quoad solemnitatem externam.

Ad II. *Affirmative,* si non innotescat dies consecrationis, aut agatur de Festo Dedicationis Ecclesiarum consecratarum, una eadem die celebrando.

III. Posse et nullibi teneri, iuxta Decretum S. R. C. diei 28 octobris 1913, tit. I, n. %

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 5 maii 1916.

Çfa A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE, £. *B. C. Pro-Praefectus.*

L. & S

Alexander Verde, *Secretarius*.

ACTA TRIBUNALIUM

SACEA ROMANA ROTA

I

PITILIANEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SANTELLI-STETTINER)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 16 augusti 1915, BR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de Turno, in causa* Pitilianen. - Nullitatis matrimonii, *inter* Liberatam Santelli, *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem advocatum Henricum Benvignati, et* Torquatum Stettiner, *contumacem, interveniente et disceptante in causa Revmo Vinculi Defensore ex officio, hanc tulerunt definitivam sententiam :*

Liberata Santelli ex matrimonio quod Franciscus Santelli et P.enelopes Gortini, ambo vidui cum prole, contraxerant, nata, matrimonio iuncta est cum Torquato Stettiner die 14 octobris 1907. Matrimonium infelicem exitum habuit, quamvis proles inde enata esset, et post annum circiter et dimidium,* seu die 23 martii 1909, vita coniugali abrupta, Liberata in domum matris cum sua filia se recepit. Tandem die 21 nov. 1912 actionem nullitatis sui matrimonii instituit ex capite vis et metus sibi a matre incussi, nam patre iam orbata erat quum Torquato nupsit: et causa in prima instantia ex commissione Sanctissimi nunc definienda venit sub consueto dubio: *An constet de matrimonii nullitate in casu?*

1. *Factum quod attinet.* - Liberata Santelli, iuramento praestito, coram iudice haec declaravit: « Conobbi (Torquatum Stettiner) nel feb-« braio 1907 (cum ipsa decimum quartum circiter aetatis suae annum « ageret) in occasione di essermi stato presentato dalla mia madre, stando « ancora io in educandato; si colse questa occasione per farmi uscire dal « Collegio, e fu allora che la mamma mi disse come lo Stettiner era « venuto per chiedere la mia mano... Debbo premettere, che dopo d'essere « uscita dall'Istituto per due giorni, come di sopra ho detto, e nella quale « occasione mi fu presentato lo Stettiner, vi rientrai di nuovo, restandovi

« fino all'epoca degli esami, cioè fino al mese di giugno, e poscia fui riti-
« rata in famiglia, dove fu accompagnato un mese dopo lo Stettiner da suo
« padre, e dove il medesimo rimase, vivendo in famiglia con noi insino
« alla celebrazione del matrimonio. Durante questo tempo le nostre rela-
« zioni furono indifferenti ». Interrogata autem num « sua madre le
« lasciava piena libertà di contrarre o no questo' matrimonio, e i genitori
« dello Stettiner lasciavano questi libero di contrarre o no tale matri-
« monio », respondit: « Niente affatto; anzi mi obbligava a sposare lo
« Stettiner: simile cosa occorreva per questo rispettivamente ai suoi
« genitori ».

Itidem actrix professa est: « La ragione che si adduce va (ad cele-
« brandum matrimonium cum Torquato Stettiner), era quella che essendo
« donne sole, era necessario avere in casa un uomo, che guardasse i
« nostri interessi. Altra ragione che mi si adduceva era quella di volermi
«vedere ad ogni costo sistemata. Le ragioni che inducevano i genitori
« ad obbligare lo Stettiner al matrimonio con me, erano di volerlo allon-
« tañare ad ogni costo dalla compagnia di una donna da cui aveva già
« avuto un figlio, ed anche perchè vedevano in me, finanziariamente
« parlando, un buon partito per il loro figliuolo... Fin da principio fui
« contrarissima a questo matrimonio, e fin d'allora mia madre fece valere
« la sua volontà per costringermi ad esso: fui in conseguenza rimpro-
« verata, minacciata e percossa più volte. Scene di questo genere avve-
« nivano quasi ogni giorno... Due giorni prima del matrimonio, mia
« madre mi annunziò che le nozze si sarebbero al più presto celebrate.
« A questa notizia io scoppiai in pianto dirotto protestando di non voler
« subire il marito che mi si imponeva, uscii di casa sola col fine di non
« volervi tornare più, e fu dovuto all' intervento della domestica, che
« mi seguì, se tornai a casa. In questa occasione, su • per le scale,
« dissi alla stessa domestica Ottavia Piccini, che io non consentivo
« affatto al matrimonio che mi costringevano a fare, e che con lo Stet-
« tiner non sarei rimasta neppure otto giorni... Io resistetti sempre,
« protestando con le lagrime alla madre... Io non avevo persone che
« avessero potuto venire in aiuto a resistere per me ai voleri di mia
« madre. Avevo già perso il babbo e di tre fratellastri uno era di pieno
« accordo con la mamma nel volere questo matrimonio, e gli altri due
« nulla potevano fare in mio favore, dato il carattere imperioso della
« madre. Il consenso... fu forzato. Il giorno del matrimonio, quando la
« figlia della domestica venne in mia camera, stando la di lei madre
« ad apparecchiarmi per la cerimonia, e vedendomi triste mi incoraggiò
« dicendomi: " Allegra che oggi sposa „, io le risposi: " Magari mi spo-

« sassi con Dio „, e diedi in dirotto pianto. Nel tragitto da Pian « Castagnaio a Chiusi pel viaggio di nozze non feci che piangere con« tinuamente, e di questo fatto può rendere fede il vetturino Nello « Baiocchi... ».

Ut facile autem evenire solet, huiusmodi matrimonium infelicem exitum habuit. Maritus nonnisi vi, ut actrix asserit, debitum coniugale obtinere potuit, dissensus vero in dies magis magisque creverunt, donec vita coniugalis abrupta fuit, ut supra dictum est, sine spe reconciliationis.

« Sulla fine del luglio o ai primi di agosto 1911 - item actrix decla« ravit - mia madre essendo andata a messa, fu chiamata dal Parroco, « D. Filippo Pacelli, e le fece nota una lettera ricevuta dalla Curia di « Pitigliano, con la quale lo Stettiner chiedeva la nullità di matrimonio, « in seguito a che mia madre fu invitata dallo stesso Parroco a fare « una deposizione, ed in questa mia madre affermò di avermi usato « violenze pel matrimonio in parola... ».

Revera mater actricis, Penelopes Cortini-Santelli, haec sub iuramenti fide, a Parocho interrogata (etsi iuris ordo servatus non fuerit), fassa est: « Incominciarono le trattative del matrimonio di mia figlia con lo « Stettiner nel dicembre del 1905 e fu lo Stettiner padre, che mi prò« pose di maritar mia figlia con Torquato suo figlio. Io allora mi trovavo « molto angustiata per la causa mossami dal Borghi Geremia per la « eredità del defunto mio marito e non mi sembrò vero trovare un « protettore naturale per mia figlia, molto più che mi si davano gli « Stettiner per persone influenti e di estesissima relazione. Dietro con« siglio dello Stettiner padre, misi mia figlia nel Collegio di Pienza nel « novembre del 1906, e quindi i due giovani si conobbero il 9 feb« braio 1907. Io fino a quest'epoca non avevo veduto ne conoscevo « personalmente Torquato, ma mi ricordo che al primo vederlo non « mi fece buona impressione. Dall' indifferenza, che mostrò in tale circo« stanza, mi sembrò un giovane che agisse sotto l'impulso di qualche « persona e contro sua volontà; del resto anche mia figlia non si « mostrò meno indifferente. Ella, è vero, nulla ancora sapeva delle trattative corse tra me e il padre del giovane sul suo matrimonio; ma « quando io le esposi la ragione della venuta di quei due a Pienza, « meravigliata mi disse: " Che forse vengono in cerca della mia « dote? „. Fu il padre dello Stettiner che fece la richiesta a Liberata « di sposare suo figlio, e questi taceva o al più sorrideva. La mia « figlia non rispose e piuttosto si mostrò meravigliata. Usciti a pas« seggio, lasciammo i due giovani andar soli, perchè potessero parlarsi

«liberamente, dopo il quale Torquato, domandato da me che cosa gli « avesse risposto Liberata, mi disse che s'era mostrata contenta. Ma « però al momento della partenza i due giovani si dissero addio molto «freddamente...». Et postquam mater narrasset se rescivisse Torquatum turpi necessitudine adiunctum esse cum quadam amasia Romae commoranti, addidit: « Io allora avrei dovuto rompere ogni trattativa, ma « a me premeva che il matrimonio si eonchiudesse e perciò bevvi grosso « (scilicet facile et imprudenter credidit illam necessitudinem abruptam « fuisse); anzi mi detti premura che nulla trapelasse al di fuori di tutto « questo e lo tenni nascosto a tutti e specialmente a Lei mio Parroco ». Dein vero, cum in domum Penelopis advenisset mater Torquati, « io le « esposi tutto e proposi interrompere tutto... ma la madre tanto disse « e pregò mio figlio, che non ci sciogliemmo... ». Quaenam vero fuerit Liberatae ratio cum Torquato ante matrimonium contrahendum, ita mater exposuit: « Questa più volte piangendo mi disse: " Mamma, man- « datelo via, perchè io non lo voglio sposare „ ». Quamvis igitur Penelopes Santelli a Parocho interrogata non fuerit de metu a se incusso in filiam, sed tantum de vi illata in Torquatum: « Se fosse vero che « lo Stettiner fece un tal matrimonio contro la sua volontà e violentato « dal padre » ; tamen ex rei gestae expositione non obscure ipsa innuit filiam contra suam voluntatem, coniunctam fuisse matrimonio cum Torquato.

% *Ius quod spectat,* notissimum est in iure nostro non tantum vim absolutam, seu coactionem physicam, qua voluntarium omnino tollitur, sed etiam metum, seu coactionem moralem, qua libertas graviter minuitur, dirimere matrimonium, seu illud ab initio reddere absolute nullum (c. 1.4,15,28, *De sponsalibus et matrimonio; c. 2, De eo qui duxit...).* Conditiones vero, ut metus sit dirimens, ex communi doctrina et constanti iurisprudentia canonica, hae praecipue sunt, ut metus sit gravis et cadens in constantem virum vel feminam prudentem, ut sit ab extrinseco et iniuste incussus, atque directe incussus in ordine ad matrimonium. Metus in ordine ad matrimonium plerumque incutitur ab iis in quorum potestate nupturiens, seu, ut frequentius evenire solet, puella est: huiusmodi metus appellatur *reverentialis.* Si metus reverentialis nitatur tantum reverentia erga parentes, ne metus quidem est; si timeatur tantum offensa, vel moeror aut tristitia parentum, levis per se est; si autem prudenter timeatur gravis et diuturna indignatio parentum, et praesertim si imperio parentum, vel eorum precibus importunis et constantibus addantur aliae minae, vel dura et aspera agendi ratio, aut aliae similes circumstantiae,

metus reverentialis fit gravis ac qualificatus, et proinde dirimit matrimonium. In aestimanda vero natura et gravitate metus reverentialis praecipue consideranda est indoles metus inferentium, utrum ad iracundiam et violentiam sint proclives, et animo ita duro et obstinato ut a nemine sibi contradici aut consiliis suis impedimenta obiici patiantur, et indoles metum passi, si filius et praesertim filia sit suavis et mitis ingenii ac timida, qua ratione in familia vivere consueverit, utrum sub custodia et vigilantia parentum, ita ut ab eorum imperio semper et in omnibus pendeant (S. R. Rota coram Sebastianeiii, 21 iul. 1910, n. 2; coram Many, 26 feb. 1910, n. 2 ; 13 martii 1911, n. 2; coram Prior, 23 martii 1911, n. 2 7, etc.).

3. Iamvero ex actis plene constat metum incussum a matre Penelope Santelli in filiam omnes praeseferre conditiones ad matrimonium irritandum. Nam Maria Brizzi testata est: « Sono stata presente a più di « una scena, in cui la madre ha rimproverata e picchiata la figlia con « motivo di questo matrimonio... Stando la Santelli (Penelopes) in punto « di morte, ed essendo io presente, ripeteva spesso colle lagrime rivolta « alla figlia: " Sono stata io che t'ho rovinata,, e simili espressioni... ». Octavia Delle Macchie: « Mi è nota l'avversione che Fattrice Liberata « Santelli aveva per lo sposo, impostole dalla mamma. Più volte ha' « detto a me stessa di non volersi maritare allo Stettiner, e si è sfo« gata ed ha pianto per le pressioni della mamma. Durante la dimora « del fidanzato per circa 6 mesi in casa dell'attrice Santelli io non mi « avvidi che passassero tra di loro segni scambievoli di affetto. Questa « avversione durò fino alla vigilia del matrimonio, e la Santelli non vi « oppose valida resistenza, sia perchè era troppo piccola di età, non « avendo ancora compiuto i 16 anni, sia per là riserva e l'ossequio alla « volontà della mamma. Queste cose sono a me note per la frequenza « giornaliera in casa dell'attrice, dove mi trovavo in qualità di servente. « Pochi mesi dopo il matrimonio, la madre della sposa si rammaricava «di aver sacrificato la sua povera figliuola... Spesse volte ho dovuto « assistere a scene nelle quali la mamma minacciava e percuoteva la « figlia per obbligarla a sposare lo Stettiner, e la figlia subiva tutto « per rispetto alla mamma. Però alcuni giorni avanti il matrimonio, « tentò di fuggire di casa per non essere costretta a sposare, ma rincorsa da me ritornò in casa». Quae autem testis subiecit, nempe: « Ritengo che andò liberamente a prestare consenso », ita postea explicavit « che il matrimonio della Liberata fu l'effetto della volontà della « madre, nonostante le proteste -che faceva in contrario la figlia, pro« teste che durarono fino alla celebrazione del matrimonio ». Bar-

tb-olomaeus Sbrolli: « So benissimo per la mia presenza in casa della « Santelli, l'avversione che l'attrice aveva per lo Stettiner. L'ho vista « piangere ed intesa ripetere che non voleva saperne di tal giovane e « lamentarsi delle pressioni che le facevano la mamma ed il fratello. « Non esagero se asserisco che soltanto per ubbidienza ed in ossequio « alla volontà della madre l'attrice si piegò al matrimonio. Avvenuto « questo, la madre dell'attrice mi manifestò più volte il suo dolore per « aver sacrificata la figlia, avendole imposto il matrimonio per lo Stet- « tiner ». Et postea interrogatus: « Che cosa avete inteso dire con quelle « parole : " Non esagero se asserisco che soltanto per ubbidienza ed osse- « quio alla volontà della madre, l'attrice si piegò al matrimonio? „ », respondit: « Ho inteso dire con quelle parole che l'attrice si piegò al « matrimonio per l'ubbidienza e l'ossequio che veniva dal timore e dalle « minaccie, che la madre le faceva per riguardo a questo matrimonio ». Assumpta Chiesi: « Dalla bocca stessa dell'attrice più volte ho appreso « la sua avversione per lo Stettiner, e questa avversione è durata per «il tempo del fidanzamento fino al punto di minacciare di nascondersi « per impedire gli sponsali civili. Ho visto piangere più volte l'attrice « e l'ho intesa lamentarsi delle pressioni della mamma e del fratello, e « ripetere di non voler contrarre tale matrimonio. Alle insistenze della « madre e del fratello si acquietò esclusivamente per farne l'ubbidienza « e non già per affetto al giovane Stettiner ». Quae postrema verba ita postea explicavit: « Con quelle parole ho inteso dire che la Liberata « fece un'ubbidienza forzata e, data la sua educazione e la sua giovane « età, ha dovuto fare per forza ciò che voleva la madre ». Elvira Roma- gnoli : « Ritengo che (matrimonium) non fu celebrato col consenso spon- « taneo della Liberata, la quale piuttosto agì per impulso e volontà della « madre... So invece che la Liberata non voleva e persisteva nel suo « rifiuto, nonostante la presenza dello Stettiner, e questo l'ho pure appreso « dalla bocca di mia suocera (Penelopis scilicet) nel tempo sopra ricor- « dato. Ricordo poi un fatto, a cui io stessa ho presenziato, e che occorse « venti o trenta giorni prima del matrimonio. Un giorno trovandomi a « casa della Santelli, ed essendo presente la domestica Ottavia Delle « Macchie che pettinava la Liberata, vidi questa che prorompeva in « lagrime. Interrogata da me sul motivo, rispose: " Che volete? Me lo « vogliono far fare per forza (alludendo al matrimonio) ; ma mia madre « non avrà mai pace ed io non vi starò neppure otto giorni „... Ricordo « pure che in altra circostanza, essendo ritornate madre e figlia dal- « l'Abbadia, vidi in loro casa, presente anche lo Stettiner, che entrambe « si bisticciavano, sempre a motivo del matrimonio, e la madre dette

« un manrovescio alla figlia, che ne riportò graffiature. Questo occorse, « se ben rammento, circa due mesi prima del matrimonio ». Angelus Romagnoli, frater uterinus actricis, qui tamen, ut ipse asserit, est « in « relazioni piuttosto fredde con la medesima per motivi d'interesse », ita deposuit: « Esso (matrimonium) fu certamente contratto contro la « volontà della Liberata, e ad istigazione ed imposizione della madre... « Ho desunto questa affermazione da vari fatti precedenti il matrimonio, « tra i quali rammento la proposta fatta da mia sorella Liberata a mia « moglie di fuggire prima che venisse stipulato il compromesso. Ram« mento inoltre che la medesima Liberata ebbe a manifestarmi in simili « circostanze il suo dissenso al proposto matrimonio : ed avendo io fatto « di ciò rimostranze alla mamma, questa ebbe a rispondermi con una « imprecazione, mostrando la necessità del matrimonio stesso per avere « in casa un uomo di ferro che tutelasse i suoi interessi... I mezzi usati « per determinare la Liberata al matrimonio consistevano in ragiona« menti e persuasioni che la madre le faceva in ordine alle condizioni, « in cui entrambe si trovavano per gl' interessi economici. Non manca« rono per altro delle sgridate e qualche volta anche schiaffi per per« suaderla a tal fine ».

Immo et matrem Penelopem, dum viveret, fassam esse metum a se illatum in filiam, ex actis item constat. Nam praeter testes Mariam Brizzi, Octaviam Delle Macchie, Bartholomaeum Sbrolli, quorum attestationes supra retulimus, Ursula Sbrolli testata est: « Ricordo infine che, cele« brato il matrimonio, ed essendo già cominciati i dissensi tra i coniugi, « la madre della Liberata piangendo usciva in queste espressioni: "Mio « Dio, perchè tenete in tanti patimenti la mia Liberata, quando io sola « ne sono la colpevole? „ ». Sacerdos Livius Bassi, actricis propinquus: « Vario tempo dopo la celebrazione del matrimonio, ed essendo già « tornata la figlia in famiglia, intesi la madre che in un momento « di dolore diceva: " Io ho rovinato la mia figliuola „ ». Doctor Leopoldus Traversi: « Posso... di certa scienza e coscienza affermare che dopo « il matrimonio la fu Penelope Santelli più e più volte venne da me a « sfogarsi per questo matrimonio, esprimendo chiaramente il suo ram« marico d'essere stata lei l'unica e soia artefice di questo matrimonio, « che altrimenti per volontà della sua figlia Liberata non si sarebbe mai « fatto, e non dissimulava che la collera di Dio l'avrebbe colpita per il « sacrifizio fatto della figlia ». Anna Jasinski: « Seppi... nella Pasqua « successiva al matrimonio, e ciò per bocca della madre della Liberata, « che essa era stata la causa della rovina della figlia. Questa confidenza «mi è stata fatta dalla medesima in seguito più e più volte ». Petrus

Magini: « Dopo avvenuto il matrimonio, più volte la madre della San- « telli mi ha dimostrato il suo dolore, per aver imposto alla figlia il « matrimonio in parola ». Annunziata Magini: « Dopo avvenuto il matri- « monio, la madre della Santelli si lagnava di continuo con me per « aver sacrificato la figlia imponendole tal, matrimonio ». Doctor Ioseph Orienti, notarius, testatus est: « Recatomi un giorno a Radicofani insieme « alla Sig. Liberata Santelli e alla di lei madre, intesi che la prima si « lamentava della condizione disgraziata di famiglia in cui trovavasi e « ne riversava la colpa sulla mamma, la quale dava pienamente ragione « alla figlia. Altra volta la madre dell'attrice mi ha confessato di essere « stata la causa determinante dello stato infelice della figlia... ». Porro matris confessio, tempore non suspecto, immo et dum morti esset pro- xima, edita, magni habenda est; eius autem dicendi genera: « Aver « rovinato, aver sacrificato la figlia, imponendole il matrimonio », hisque similia, ut « essere stata lei l'unica e sola artefice di questo matrimonio, « che altrimenti per volontà della sua figlia Liberata non si sarebbe «mai fatto; essere stata la causa determinante; aver imposto il matri- « monio », intelligi nequeunt in casu de licitis suasionibus et cohorta- tionibus quae libertatem filiae non minuerint, sed tantum de metu in filiam illato. Ceterum, ut recte animadvertit d'Annibale (I, n. 138, not. 16 in fine), quod quis revera facit coactus paterno (et materno) imperio (ex cap. *Puella,* 8, q. 5), timore reverentiali fecisse dicendus est.

Ex hisce igitur aliisque quamplurimis testibus, quorum attestationes referre nimis longum esset, plene probatur Liberatam coactam fuisse ad matrimonium ineundum cum Torquato metu vere gravi et directe incusso in ordine ad ipsum matrimonium. Sed nec de metus iniustitia ambigi nequit: iniustus enim fuit tum quoad modum, quia media adhi- bita, nempe minae, verbera, etc., omnino illicita et iniusta fuerunt, tum quoad substantiam, quia Liberata prorsus animo aversa erat a matri- monio cum Torquato (arg. S. R. Rota, coram Lega, °*1* iunii 1911, etc.).

4. Et vis horum argumentorum admodum crescit, si consideremus indolem matris et filiae. Testes enim fere omnes uno ore clamant matrem fuisse imperiosi ingenii, ferreae voluntatis et necti nesciam; filiam vero timidam, imbecillis voluntatis, obedientiae assuetam et ad matri resistendum omnino imparem, attenta praesertim eius aetate. Ut nonnulla testimonia afferamus, Maria Brizzi testata est: « Il carattere « della madre era impetuoso e capace di incutere timore alla figlia ». Nazarenus Crestini: « Il carattere della madre era violento e capace di « poter imporre la propria volontà alla figlia, la quale, anche per la sua « tenera età, era untissima ». Anna Jasinski: « Era (mater) di carattere

« irascibile e misterioso, e la ritengo capace di imporsi non solo alia « figlia, ma anche al marito, tanto più che il carattere della figlia era « ed è mite ». Ersilia Bajocchi: « Il carattere della madre era dispotico « e capace di inferire un timore alla figlia, che, anche per la sua tenera « età ed inesperienza, era timida ed oggetto perciò di violenze da parte « della mamma ». Silvia Savini: « La madre mi aveva già confermato « che sarebbe bastato di minacciare di un pugno la figlia per farle « cambiare un no in un sì ». Elvira Romagnoli: « Il carattere della « madre era autoritario e violento, mentre l'indole della figlia era mite « e facile ad essere soggiogata ». Telemachus Romagnoli: « Il carattere « della mamma era irascibile, terribile e tutto ciò che essa voleva si « doveva fare. Il carattere della Liberata era mite ed ubbidiente ». Moyses Romagnoli: « Il carattere della mamma era irascibile, strano, bizzarro « e capace di inferire un vero timore alla figlia, la quale sottostava ai «voleri della mamma». Ita quoque Ursula Stralli, Leopoldus Traversi, etc.

Nec relevat quod opponit Vinculi defensor, nempe hic haberi quidem materiam aptam ad meticulosum consensum in themate fingendum, seu capacitatem inferendi et patiendi metum; at materiam utut aptam non dare *esse* rei: oportere igitur ut *metus ipse in facto* illatus districte probetur. Nam, si excipias Nazarenum Grestini et Silviam Savini, qui tamen et ipsi implicite vel explicite deponunt de imperio a matre in filiam lato, testes omnes supra aliati, qui de indole matris et filiae deponunt, testantur quoque de minis, obiurgationibus, verberibus, uno verbo de metu in specie et in facto illato: ceterum metus ipse in facto illatus ex iis quae supra disseruimus districte probatur. Quae igitur testes deponunt de indole matris et filiae probant quoque et magis magisque confirmant metus gravitatem non tantum absolute, sed relative quoque, relate nempe ad filiam.

Immo metus a matre in filiam incussus non tantum fuit gravis tum absolute, tum relative, sed nec ullum medium filiae praesto erat ad illum effugiendum. Nam, ut testatur Aloisius Bajocchi: « L'oratrice (Libe- « rata) non avrebbe avuto a chi rivolgersi per consigli, in quanto la « madre la teneva presso di sè ed era in relazioni, se non tese, certo « poco buone con l'intera parentela paterna ». Et ipse Sac. Livius Bassi, actricis propinquus, rogatus ut dissuaderet Penelopi matrimonium suae filiae cum Torquato Stettiner, id renuit: «Io risposi usando un'espres- « sione locale: " Siamo più amici che parenti „, volendo dire che non « eravamo in buone relazioni e che quindi declinavo il mandato ». Ex quibus etiam confirmantur ea quae declaravit actrix: « Io non avevf>

« persone che avessero potuto venire in mio aiuto e resistere per me « ai voleri di mia madre. Avevo già perso il babbo e di tre fratellastri, « l'uno era di pieno accordo con la mamma nel volere questo matri- « monio, e gli altri nulla potevano fare in mio favore ». Et praeter modum gravissima revera sunt quae deponunt Telemachus Romagnoli et Moyses Romagnoli, fratres uterini actricis. Ille: «Rammento inoltre « che la medesima Liberata ebbe a manifestarmi in simili circostanze «il suo dissenso al proposto matrimonio; ed avendo io fatto di ciò « rimostranze alla mamma, questa ebbe a rispondermi con una impre- « cazione... ». Iste: « Faccio notare pure che avendo un giorno osser- « vato alla mamma la poca convenienza di questo matrimonio, rispose, « stando presente l'altro fratello Angelo e la di lui moglie Elvira, che « la poteva anche affogare senza dar conto a chicchessia ». Et Maria - Brizzi, propinqua et ipsa actrici: « Avendo io messo in guardia mia « cugina (Penelopem) contro lo Stettiner, che nutriva relazioni con una « giovane, dalla quale aveva avuto un figlio, essa mi rispose: " Deve « sposarlo, fosse Musolino, altrimenti l'ammazzo „. A questa scena assi- « steva anche la figlia, la quale ruppe in pianto », Ex hisce igitur luculentissime probatur non tantum nullum mediutn praesto fuisse Liberatae ad effugiendum metum incussum a matre, sed et peiora mala sibi pertimenda fore si matri quoquo modo restitisset.

5. Nunc autem, ut ad praecipuas observationes Vinculi defensoris de veniamus, non refert opponere probationis metus initium sumi debere a causa, quae hominem ad male agendum impulit, quia nihil fit sine ratione sufficienti, et cum aliunde metus sit delictum, nemo maius nisi probetur: cum igitur occasio defuit matris capacitatem in inferendo metu experiundi ex parte filiae, metus ipse inferri non potuit. Nam primo quidem cum de causa metus agitur, non idem iudicium ferendum est ac de causa ex gr. simulationis consensus. Consensus enim simulatus est actus mere internus, ideoque probatur potissimum per praesumptiones ex causa necessaria et sufficienti et ex circumstantiis seu coniecturis deductas. At coactio est factum quoddam externum, quod per testes potissimum probatur et ex factis, ut ex gr. minis, verberibus, directe deducitur. Semel igitur probato metu in facto illato, ut supra firmatum est, contra factum non valet ratio. Dein vero nil quidem fit sine ratione sufficienti: at haec sunt aestimanda potissimum ex agentium indole et ingenio. In casu nostro haec de matris indole testatur doctor Traversi: « La Penelope era quel che si dice con brutta parola un'arpia, « mentre la figlia, senza volontà e di intelligenza limitata, subiva, senza « discutere, la volontà della madre, che fu donna di pochi scrupoli... ».

Et Ursula Sbrolli: « La madre della Liberata era di carattere nervoso « ed autoritario, e tutto ciò che ella voleva bisognava eseguirlo, anche « riconoscesse essere irragionevole ». Quapropter, quamvis probetur causam seu motivum, ut aiunt, subiectivum inferendi metum ex matris parte, scilicet ut familia Stettiner auxilium ferret in quadam controversia hereditaria, et Torquatus ipse rationes patrimoniales, seu interesse, ut aiunt, Penelopis et Liberatae tutaret, non fuisse causam sufficientem ad inferendum metum, non ideo tamen metus excluderetur in facto illatus, sed potius metum ipsum fuisse iniustum, inde magis magisque confirmaretur.

Neque obest matrem et quosdam testes deposuisse Liberatam se *indifferentem* praebuisse in relationibus antenuptialibus cum sponso habitis : indifferentiam vero, ut ait Vinculi defensor, esse animi statum indicantem propensionem agentis *in neutram partem,* et dato etiam quod matris interventus accesserit ad filiae voluntatem potius in unam quam in aliam partem determinandam, haud sequi praetensum metum, cuius proprium est *nolentem* facere *nolentem.* Nam primo quidem Penelopes ait filiam se praebuisse indifferentem cum primum ei in domo educationis adhuc commoranti Torquatus ut sponsus deductus et oblatus fuit: verum haec indifferentia ex orationis contextu idem valet ac agere « sotto l'impulso di qualche persona e contro sua volontà », ut id mater ipsa coniecit ex indifferentia Torquati. Ceterum Liberatam fuisse animo averso et alieno a Torquato, Penelopes ipsa insinuât; inducit enim filiam cum fletu sibi dicentem, cum Torquatus in domo sua degeret: « Mamma, « mandatelo via, perchè non lo voglio sposare ». Dein vero, testes cum loquuntur de Liberatae indifferentia, id significare volunt eam neglexisse vel odisse Torquatum. Nam Octavia Delle Macchie ait: « Durante la « dimora del fidanzato per circa sei mesi in casa dell'attrice Santelli, io « non mi avvidi che passassero tra di loro segni scambievoli di affetto. « Questa avversione durò fino alla vigilia del matrimonio... ». Assumpta Chiesi: «Dàlia bocca stessa dell'attrice più volte ho appreso la sua « avversione per lo Stettiner, e questa avversione è durata per il tempo «del fidanzamento...». Et Melchiades Puttini: «Conosco l'avversione « che l'attrice Santelli aveva per il giovane Stettiner. Una sera la vidi «piangere e la intesi dire che non era contenta di fare tale matrimo- «ciio... ». Ita quoque Bartholomaeus Sbrolli, etc.

6. Nec item valet opponere Penelopem aliquando consilium suum mutasse quoad matrimonium suae filiae cum Torquato, quando nempe •edocta fuit de turpibus relationibus Torquati cum quadam amasia, et Parochum adiisse « piangendo e lamentandosi che sacrificava la figlia,

« facendola sposare con lo Stettiner ». Nam primo quidem Penelopes has turpes relationes et necessitudinem Torquati cum sua amasia, ex quibus Parochus impedimentum ad matrimonium conjicere potuisset, Parocho consulto occuitavit: « Io allora (declaravit Penelopes ipsa) avrei « dovuto rompere ogni trattativa, ma a me premeva che il matrimonio « si conchiudesse, e perciò bevvi grosso, anzi mi detti premura che « nulla trapelasse al di fuori di tutto questo e lo tenni nascosto a tutti « e specialmente a Lei mio Parroco ». Dein vero haec consilii mutatio ex parte Penelopis, fugax omnino fuit et inefficax et sterilis. Nam, ut ex modo allatis patet, Penelopes facile et imprudenter credidit, « bevvi grosso », Torquatum liberum solutumque esse a sua amasia; et ut ipsa subiicit: « La madre (Torquati) tanto disse e pregò me e il figlio che « non ci sciogliemmo ». Tandem, quod maximi momenti est hac in re, probe distinguenda est agendi ratio Penelopis cum extraneis, sive cum Parocho, sive cum Torquati matre, ab eius agendi ratione cum filia: quo in sensu applicari potest illud iuris principium quod res inter alias acta, alii neque nocet neque prodest. Nam quamvis Penelopes aliquando, et breviter consilium mutaverit tum in corde suo, tum erga Parochum et Torquati matrem, non tamen suam agendi rationem .mutavit cum filia. Id deducitur ex ipsius matris enarratione et confirmatur a Silvia Savini: « La madre conveniva, parlando con me, sulla necessità di scio- « gliere quel fidanzamento. Eppure era lei che insisteva presso la figlia « perchè si piegasse al matrimonio collo Stettiner ». Immo Maria Brizzi testatur, sive id ipsa directe sive a patre Torquati resciverit, quod « ad « eliminare questi pericoli, l'epoca della celebrazione del matrimonio, « che doveva farsi più tardi, fu precipitata ».

Ceterum illud ex actis indubie quoque constat, matris in filiam coactionem, et ex adverso animum alienum, voluntatem aversam filiae a nuptiis sibi imperatis continuo et perpetuo perdurasse usque ad matrimonii celebrationem. Silvia enim Savini testata est: « Però la madre mi « aveva già confermato che sarebbe bastato minacciare di un pugno la « figlia per farle cambiare un no in un sì. Durante il fidanzamento, « come seppi dalla madre stessa, la figliuola si mostrava sempre ripu- « gnante alla compagnia del fidanzato, che già abitava in famiglia. Seppi « poi a matrimonio compiuto, sempre dalla madre della sposa, che la « notte precedente alle nozze, la figlia che dormiva nella stessa stanza « della madre, l'aveva supplicata di lasciarla scappare e nascondersi in « qualche podere ». Ersilia Bagnini: « La signora Penelope, sfogandosi « con me, ebbe a confidarmi che la notte precedente al matrimonio, la «Liberata voleva fuggire di casa per nascondersi in un podere di loro

« proprietà onde sfuggire questo matrimonio ». Assumpta Chiesi: « Dalla « bocca stessa dell'attrice più volte ho appreso la sua avversione per « lo Stettiner e questa avversione è durata per il tempo del fidanza« mento, fino al punto di minacciare di nascondersi per impedire gli « sponsali civili. Ho visto piangere più volte l'attrice e l'ho intesa lamen« tarsi delle pressioni della mamma e dei fratello e ripetere di non «voler contrarre tale matrimonio». Et Octavia Delle Macchie: «Mi è « nota l'avversione che l'attrice Liberata Santelli aveva per lo sposo « impostole dalla mamma. Più volte ha detto a me stessa di non volersi « maritare allo Stettiner, e si è sfogata ed ha pianto per le pressioni « della mamma... Spesse volte ho dovuto assistere a scene, nelle quali « la mamma minacciava e percuoteva la figlia per obbligarla a sposare « lo Stettiner, e la figlia subiva tutto per rispetto alla mamma. Però alcuni « giorni avanti il matrimonio, tentò di fuggire di casa per non essere « costretta a sposare... ». Porro testes isti loquuntur quidem directe de aversione filiae, sed haec aversio ex toto contextu orationum, et ex circumstantiis a testibus ipsis enarratis, ut « sposo impostole dalla « mamma », et « l'ho intesa lamentarsi delle pressioni della mamma », et « si è sfogata ed ha pianto per le pressioni della mamma », praesertim vero ex tentata fuga nocte proxima ante diem celebrati matrimonii, intelligi ac referri nequeunt nisi ad matris coactionem in filiam. Nec refert quod fuga a Liberata, iuxta testimonium Octaviae Delle Macchie, tentata fuerit « alcuni giorni avanti il matrimonio »: quidquid enim sit de hac particulari temporis circumstantia, certum omnino est omnes testes, quarum attestationes supra retulimus, convenire in affirmanda aversione filiae et proinde matris coactione usque ad matrimonii celebrationem, idque edicit expresse ipsa Octavia Delle Macchie: « Questa « avversione (Liberatae nempe de sponso) impostole dalla mamma », et quidem iussu et imperio « pressioni », minis ac verberibus, ut ipsa Octavia Delle Macchie testatur, « durò fino alla vigilia del matrimonio ».

Inde corruit quoque coniectura defensoris Vinculi, Liberatam, fuga tentata, et ipsam voluisse matris mutatum consilium sequi ac in exteriores actus traducere. Si enim mater de hoc matrimonio consilium mutasset erga filiam, filia de Torquato ne amplius quidem cogitasset: secus autem minime intelligi et explicari possent aversio continua Liberatae, eius questus et planctus, et praesertim tentata fuga. Et cum vel ipsa Penelopes induxerit Liberatam saepe cum fletu sibi dicentem: « Mamma, mandatelo via perchè io non lo voglio sposare », si revera consilium suum mutasset erga filiam, non Liberata, sed potius Torquatus fugam a Liberatae conspectu arripere debuisset.

Ergo magno in calculo, ceu retur Vinculi defensor, non est habendum testimonium Syndici loci de Liberatae gaudio in civili caerimonia complenda. Nam ut praetermittamus tum informationes Parochi loci, quae tamen graves sunt, tum vim probandi horum signorum in abstracto, et seclusis rerum circumstantiis, tum quaestionem an pars quae in iudicio testem pro se induxit nequeat amplius contra datum testimonium excipere, quod tamen nullo modo admittimus; plures alii testes, iique graves in contrarium iudicium nos adducunt, attentis praesertim rerum circumstantiis ab ipsis enarratis. Nam Ursula Sbrolli testata est: « Ricordo pure che poco prima della celebrazione del matrimonio tro- « vandomi a casa della medesima ed avendo visto la Liberata tutta « afflitta e piangente, ne domandai il motivo a mia madre, che si tro- « vava anche colà, e questa mi rispose: " Proprio non lo vuole „; allora « io, rivoltandomi alla Liberata, le dissi: " Allegra che sposa! ora che « sposa vuol essere così addolorata? „. Ed ella di rimando: " Sposassi « con Dio! „ ». Et dum Syndicus loci affirmat: « Potetti notare che.... « la Santelli si mostrava abbastanza contenta dell'atto che compieva », Ersilia Bicocchi e contra testatur: « La cerimonia (sive civilis caeri- « monia, sive matrimonii celebratio sit) nel suo complesso fu fredda... ». Et Silvia Savini: « Avendo voluto vedere la sfilata del corteo nuziale, « ebbi ad accorgermi che la sposa aveva più l'aria di vittima rassegnata, « che di una sposa felice... ».

Attendenda igitur non est declaratio Parochi loci, qua insinuât deceptum fuisse circa commorationem Torquati Stettiner Romae habitam, « anche con la connivenza della sposa ». Haec enim est inanis coniectura, quae nullo fundamento ex actis innititur. Nec pariter attendenda est eius depositio quod « quando li interrogai sulla Dottrina cristiana... « notai... che era più lieta la sposa che lo sposo ». Nam non inde necessario excluditur coactionis materia, ut supra notatum est; et cum Parochus de laetitia vultus attestans non sit testis qualificatus seu ex officio, eius depositio cedit testimoniis, quae mox retulimus.

Demum plura in hac causa disputata sunt, eo quod matrimonium celebratum fuerit praetermissa fide status liberi Torquati quoad illud tempus, quo Romae commoravit. Porro de agendi ratione subiectiva Parochi proprii sponsae nunc nobis non est investigandum. At si pro undequaque veris accipienda sunt ea quae ipse Parochus scripsit Curiae Pitilianensi, nempe: « E vero che prima di contrarre il suddetto matri- « monio non fu chiesto al Vicariato di Roma alcun certificato, ma ciò « avvenne per colpa dello stesso Stettiner, perchè tanto egli quanto sua « madre, quanto altre persone venute in sua compagnia mi attestarono

« ehe lo Stettiner Torquato non aveva mai avuto stabile dimora in « Roma... », difficile intelligitur cur pater Torquati, Parocho loci sponsae non rogante, immo ne de hac re quidem edocto, publicationes in parochia S. Vitalis de Urbe faciendas curaverit, et difficilius quoque intelligitur cur Parocho proprio sponsae penitus ignaro de Torquati commoratione Romae, affirmatum sit « che lo Stettiner Torquato non aveva « avuto stabile dimora in Roma ».

Specie tenus gravior est difficultas quae erui potest ex iis quae in altero suo testimonio deposuit Parochus S. Vitalis de Urbe, nempe: « La signora Santelli e figlia vennero da me... e la signora insisteva « perchè io rilasciassi la fede di stato libero. Fu in questa occasione « che io feci notare alla detta Signora, in presenza della figlia, che io non « potevo accontentarla, data la denunzia avuta di precedenti promesse « da parte dello Stettiner ». Cum igitur Liberata, hoc detecto impedimento praecedentium sponsalium Torquati, non difficile se liberare potuisset a matrimonio cum Torquato, proprium Parochum, clam a matre, sive directe sive interpositis personis certiorem faciendo, cur id non fecit, si animo tam averso erat a matrimonio cum Torquato? Sibi imputet igitur, si hoc facili medio usa non est, ut matrimonium effugeret.

Verum, ut praetermittamus Liberatam testatam esse se nescire a quonam petitae fuerint publicationes matrimoniales in parochia S. Vitalis de Urbe, si ut undequaque vera habenda sunt quae narrat parochus S. Vitalis, difficile intelligitur cur neque Parochus S. Vitalis neque Vicariatus Urbis, de hac re edoctus, ut affirmat ipse Parochus, certiorem fecerint Curiam Pitilianensem vel saltem Parochum proprium sponsae. Negotium enim de testimonio seu fide status liberi transigitur de iure inter Curias, et ex consuetudine inter Parochos ipsos, directo literarum commercio (Wernz, *Ius matr.*, I, n. 133). Cum igitur nec Curia Pitilianensis, nec Parochus proprius sponsae rogaverint Parochum S. Vitalis de publicationibus faciendis, Parochus S. Vitalis legitime suspicare poterat ac debebat Parochum proprium sponsae ignarum esse de impedimento praecedentium sponsalium Torquati et de eius commoratione Romae habita: et alia ex parte cum tum pater Torquati Stettiner, tum familia Santelli admodum instarent pro obtinenda fide status liberi, facile suspicari debuisset periculum fraudis.

Dein Liberata quae antea iam noverat turpem consuetudinem Torquati cum amasia, iuxta attestationem Parochi S. Vitalis, rescivit quidem tunc temporis circumstantiam praecedentium sponsalium et hac de causa nequire Parochum S. Vitalis concedere fidem status liberi: at ei, attenta

praesertim eius aetate, in mentem subisse praecedentia sponsalia constituere impedimentum impediens matrimonium, et sua denunciatione Parocho proprio facta, potuisse effugere matrimonium cum Torquato, ex allatis in causa minime coniici licet.

Aliunde fere nullum auxilium sperare poterat a suo Parocho erga matrem. Is enim fuit qui, quamvis suspicari debuisset Torquatum Romae commorasse, ut ex eius declaratione modo allata patet, non tamen ulterius inquisivit num Torquatus Romae commoraverit tempore a sacris canonibus requisito ad faciendas publicationes, seu stabiliter necne. Is item fuit qui, quamvis paulo ante matrimonium audierit matrem Liberatae « piangendo e lamentandosi che sacrificava la figlia, facendola sposare « con Torquato », praetermisit sponsam *seorsim caute,* etc., ut dicitur, ad aurem explorare an ex voluntate, sponte ac libenter et vero cum animi consensu in matrimonium coniungeretur, ut in iure est constitutum (Wernz cit., n. 130).

7. Demum, quod potissimum est, peiora mala ex hac revelatione Liberata prudenter timere potuisset a matre, sub cuius potestate, cum esset vix sexdecim annorum, erat et manere debebat. Nam ex una parte Penelopes, ut ex eius declaratione seu depositione Parocho loci facta aliisque rerum circumstantiis coniicere licet, facile suspicari potuisset denunciationem praecedentium sponsalium factam fuisse a Liberata sive directe sive indirecte : et alia ex parte tam asperi animi erat, ut dissuadentibus hoc matrimonium responderet, ut cetera omittamus, « chela « poteva anche affogare senza dar conto a chicchessia » et, ipsa Liberata praesente, « deve sposarlo, fosse Musolino, altrimenti l'ammazzo ». Cum vero de libero consensu ad matrimonium necessario agitur, quaeritur utrum *plena securitate ille gaudeat cuius est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit* (cap. *Cum locum,* 14, *de sponsal.).* Item cum de matrimonio coacto agitur, non illud quaerendum est, utrum quis absolute potuerit vitare et effugere matrimonium, sed utrum sine magna difficultate potuerit illi malo occurrere quod timet (Arg. Gasparri, *De matrim.,* II, n. 944).

8. Hisce omnibus tum in facto tum in iure perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *Affirmative, seu constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacro-

rum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De ref.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 16 augusti 1915.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
L. £B S. Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 30 novembris 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE PAYER - LEVEL)

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 4 martii 1916, BR. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Raphael Chimenti, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Aliciam de Payer, *repraesentatam per legitimum procuratorem Nazarenum Ferrata, advocatum, et* Paulum Level, *interveniente et disceptante in causa Substituto Defensoris Vinculi ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Alicia de Payer vigesimum aetatis suae annum agebat, quando mater ei proposuit matrimonium cum Paulo Level e spectabili familia. Alicia restitit matri, non solum propter dissimilem Pauli indolem, eiusque in re religiosa sensus et mores, sed etiam quia alium iuvenem, Comitem videlicet Jametel, vehementer deperibat. Post annum a facta matrimonii propositione mater gravem incidit in morbum, et, cum aegrotans filiam reprehendisset propter eius adversus Paulum repugnantiam, asserens hanc esse praecipuam adversae suae Valetudinis causam, filia, ad eam placandam reposuit: «Eh bien, nous verrons». Crastina die de his omnibus quam citissime admonitus Paulus, Aliciae annulum sponsalitium obtulit, quem ipsa acceptavit. Et instantibus precibus ac continuis obiurgationibus matris die 17 iulii an. 1900 matrimonium fuit Parisiis celebratum in ecclesia St-Honoré. At infelicem habuit hoc coniugium exitum. Cum enim maritale consortium intollerabile prorsus evasisset, Alicia, post quatuor annos ab initis nuptiis, obtenta sententia divortii

ab auctoritate civili, sponsum definitive reliquit. Postea Curiam Parisiensem adivit, ut, praevio canonico processu, nullum suum matrimonium declararetur ex capite vis et metus; ac die 21 ianuarii 1915 sententia prodiit actrici favorabilis, a qua tamen Vinculi adsertor parisiensis, prouti de iure, ad hoc Sacrum Tribunal provocavit: et hodie causa disceptanda proponitur sub consueta formula dubii: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ad ius quod spectat - Cum per matrimonium non res aliqua, sed ipsum corpus ipsaque individui libertas alteri in perpetuum tradantur, maior libertas in ipso contrahendo, quam in aliis contractibus, requiritur. Hinc ex capitibus 14, 15, tit. *De sponsalibus et matrimoniis* orta est theoria canonica, omnium doctorum consensu recepta, quod, saltem de iure ecclesiastico, metus dirimat matrimonium, si sit gravis, etiam relative tantum, extrinsecus, iniustus et in ordine ad extorquendum consensum matrimonialem incussus. Quod iure merito extensum est ad metum, quem vocant reverentialem; ad metum, videlicet, quo reformidamus indignationem eius, in cuius potestate constituti sumus, modo tamen accedat aliquid aliud, v. g. preces importunae, suasiones diuturnae, verba imperiosa, eloquium durum, etc. Emus d'Annibale haec scribit: « Timor reverentialis dicitur, cum aliquis patris, domini, etc., « indignationem, quae profecto malum est, metuit, licet absint... verbera, « aut minae; quae si gravis et diuturna futura sit, malum grave, et ideo « metus gravis non immerito existimabitur » *(Summula,* T. I, n. 138,. not. 16, edit. 3[a]). Idem habet Gasparri, *De matrim.,* T. II, n. 942, 3[a] edit. Revera in his adiunctis, S. C. Concilii pluries matrimonium nullum declaravit, notanter in *Parisien. - Matrim.,* 16 maii et 15 septembris 1903 *et* in altera *Parisien.* 21 novembris eiusdem anni. Pariter in eisdem adiunctis Sacra Rota matrimonium nullum esse declaravit in duabus *Parisien.,* 26 februarii 1910 et 13 martii, in *Tarvis.,* 11 martii 1911, et in *Romana,* 7 februarii curr. anni 1916.

Nunc ad factum. - Diximus in specie, quod Alicia Comitem Jametel deperiret: « J'avais (ipsa testatur) un autre projet de mariage, un jeune « homme, qui me plaisait beaucoup, m'avait manifesté le désir de m'épou- « ser. Ma mère était informée et avait presque donné son consente- « ment ». Iamvero nemo est qui non intelligat hunc animi statum quemque incapacem reddere ad novos fovendos amores. Haec vero non considerans mater Aliciae, matrimonium cum praefato Comite totis viribus et nimis abrupte, « brusquement », ad versata est, medium inveniens ut Comes

non amplius domum ingrederetur. « Je m'aperçus (prosequitur Alicia) « un beau jour que ce jeune homme ne venait plus à la maison, et, sur « le remarque que j'eu fis, ma mère me répondit que c'était elle, qui lui. « avait fait savoir de ne plus se présenter et de ne plus compter sur « moi ». Mirandum non est, si ita mater Aliciae se gessit, quia acta nobis referunt, quaenam fuerint eius ideae circa amorem coniugalem. Tenebat nempe « que la plupart des mariages se concluent sans « amour et que tout cela (amor in sponsum) étaient des bêtises; qu'une « jeune fille n'avait pas besoin d'aimer pour se marier, que la plupart « des filles se marient sans aimer, et que l'amour venait après ».

Pessimis hisce doctrinis addenda est indoles imperiosa matris. « Ma « mère se montrait autoritaire en toute rencontre», ait frater Aliciae. Et sponsus: « Mme de Payer était une femme excellente, mais autori- « taire ». Imo ipsa mater fatetur iis, qui matrimonium dissuadebant, respon- disse: « Que j'étais la mère, que je désirais le bonheur de ma fille, et « que j'étais persuadée que ce mariage aurait un bon résultat, *et je passai « outre* ». Ex adverso filiae indoles dicitur a matre « très douce », a testi- bus autem « très déférente envers sa mère... très habituée à toujours « obéir... très impressionnée par l'autorité maternelle ». Quare docilis haec iuvenis, querelis matris, dum haec in morbum inciderat, vieta, « affligée de la voir en cet état », responsum matri dedit : « Eh bien, « nous verrons »; quae verba ambigua valde sunt et nil aliud significant nisi Aliciam de matrimonio cogitare velle. At crastina die Paulus Level « arriva me disant savoir que toutes les difficultés étaient applanies, « et m'apportant la bague», quem annulum acceptavit Alicia. Mens autem eius erat: « Que je finirais par lasser Mr Level par ma froideur, et que je « saurais bien empêcher que l'on fixât jamais une date pour le ma- « riage ». Hoc autem impedivit mater suasionibus instantissimis et minis,, quae ex dictis metum gravem constituunt. « Les moyens, que j'ai era- « ployés pour amener ma fille à ce mariage, n'ont jamais été que des « arguments de raison... Je lui montrais d'abord les avantages qu'elle « trouvait dans son mariage avec Mr Level, et je lui disais ensuite que « nous nous séparerions, que je l'abandonnerais », seu, ut addit Alicia, « de me laisser débrouiller seule dans la vie ». Quod confirmat frater asserens matrem audivisse loquentem cum sorore his verbis: « Si tu. « n'épouses Mr Level, je ne m'occuperai plus de toi dans la vie ». Nec solum derelictionem sed etiam exheredationem minitata fuit mater: « Elle (deponit sponsa) joignait à ses déclarations les menaces; parlait «de me déshériter». Credendum vero esse sponsae evincunt Aliciae frater: «Il était même question de la déshériter»; doctor Hirschberg:

« J'entendis la mère, qui disait **à** sa **fule,** qu'elle la déshériterait et «l'abandonnerait si elle ne consentait pas **à** ce mariage»; et Madame Louise Horak : « La mère menaçait pourtant de la déshériter ».

Neque dicatur matrem exheredationem in effectum mandare non posse. Huic enim difficultati ita occurrit Alicia: « Certaines des menaces « étaient presque irréalisables; mais sur le moment je ne doutais pas « de leur réalité, et, encore **à** présent, je suis persuadée que ma mère « se serait arrangée, si je lui avais résisté, pour ne jamais plus me « voir ». Ratio est, quia, ut ait mater, « elle (Alicia) était très jeune, elle « prenait au sérieux les menaces » et « elle (addit frater) ignorait tout « de la vie pratique, elle ignorait, par exemple, les droits d'une mère « sur la succession ». Eadem habet Horak: « Elle ne sortait jamais et « était habituée **à** toujours obéir: c'est pourquoi je suis convaincue que « les menaces de la mère furent prises par elle sur sérieux ».

Hae continuae matris instantiae et minae acres gignebant discussiones matrem inter et filiam. « Toutes ces discussions ont amené entre « nous des scènes pénibles », asserit mater, et confirmat Horak : « J'ai « assisté **à** plusieurs reprises **à** des scènes entre la mère et la fille, où « celle-ci déclarait, tout en larmes, que le mariage avec Mr Level lui « répugnait». Imo dissensiones adeo excreverunt ut Alicia « ne mangeait « plus, était triste, elle avait beaucoup d'anémie et une grande depres- « sion nerveuse ».

Nec neglexit Alicia ad matrem a proposito dimovendam vias omnes, quas poterat, tentare. Cum enim mater nec filiae precibus, nec eius lacrimis flecteretur, et pater iam diu a familia separatus et longe absens nullo consilio vel ope filiam iuvare posset: haec *a)* sola e domo egredi ausa est, quod numquam hucusque fecerat, et dñam Flory, matris amicam, adiit, illam enixe rogans, ut matrem ad mutandam sententiam induceret. Verum dna Flory apud matrem nihil profecit. « Cette démar- « che fut vaine », ait Alicia, et confirmat Flory: «J'essayai en vain de « la convaincre de rendre la liberté **à** sa fille, et qu'elle s'exposait pour « l'avenir aux plus graves malheurs » ; 5) Alicia, molestiis agitata et nervoso morbo capta, medicum Hirschberg, qui ad illam invisendam venerat, rogavit, ut ipse apud matrem iriterveniret. Filiae optatis annuens medicus, matrem exoravit ne Aliciam exponeret « **à** une chose « qui pourrait être irrémédiable ». Sed mater consilia medici aegre tulit, et post egressum medici e cubiculo aegrotae, filiae dixit « qu'elle « la déshériterait et l'abbandonnerait si elle ne consentait pas **à** ce « mariage ». c) Nec satis; infelix enim puella omnem spem matrem flectendi ereptam sibi'esse intelligens, quindecim dies ante matrimonii

celebrationem extremum consilium iniit, scilicet aufugendi sola e domo et proficiscendi in villam familiae in oppidum Etretat, cum spe ut ex* hoc improviso discessu magna omnium admiratio et scandalum oriretur et Paulus matrimoniales tractatus rumperet. Re autem mox cognita a matre, filiam in villam prosecuta est, et cum ea quindecim diebus remansit, simulans sat astute hoc iter valetudinis causa a medico fuisse praescriptum. Quare nil mirum, si filia sub imperio matris sponso literas misit amatorias, simulque patet curnam aliqui testes fugam negent, admitterites tamen factum rusticationis. Sic omnibus viis ab Alicia frustra tentatis celebratio matrimonii in proximum diem destinata fuit.

Verum ex actis habemus, quod paulo ante religiosum ritum Alicia dixerit sponso : « Il est bien entendu, que je vous épouse contrainte, et « forcée, et que, laissée à moi-même, je n'aurais jamais voulu de ce « mariage »; quam sponsae assertionem veram esse testantur frater sponsae et testis Pironneau. Primus ait: « Elle avait une crise de larmes au « moment même de partir pour la cérémonie, et elle avait déclaré « devant moi, et devant plusieurs personnes, à Mr Level, qu'elle ne «l'épousait que contrainte et forcée», alter autem: « Le matin du « mariage... j'ai entendu de mes propres oreilles la fiancée dire à son « fiancé : " Vous savez que je ne vous aime pas, et que si je vous épouse, « c'est contrainte et forcée „ ». Mirandum proinde non est, quod Alicia in ipso consensu praestando coram Ecclesia, uti refert eius mater, « elle « avait dit "oui,, en tremblant, et elle avait répondu aux questions du « prêtre avec une voix mourante »; erat enim « pâle comme une morte ». Quare nec testis Flory, nec Pironneau aliquid intelligere potuerunt.

Haec aversio sponsae erga proprium virum perduravit post matrimonium. Quod adeo verum est, ut ipsa constantissime debitum coniugale negaverit, et, si semel concubitus accidit, hoc evenit propter sponsi violentiam et post tresdecim menses a die celebrationis matrimonii, « Mr Level, deponit Alicia, à fréquemment tenté d'user de ses devoirs de « mari. Je me suis toujours opposée. " Il est entendu, lui disais-je, que « je ne vous ai épousé que par contrainte. Par conséquent laissez-moi « tranquille,,. Une fois seulement, treize mois après le mariage, par sur- « prise et par force il a pu s'approcher de moi. Nous n'avons jamais « eu d'autres rapports conjugaux ». Et hoc non obstante quod sponsus eam ad debitum reddendum variis modis allicere curaverit. Haec enim deponit Paulus Level: « J'ai mis beaucoup de patience, j'ai obtenu un « petit résultat. L'acte du mariage à été accompli, mais une seule fois ».

Plura contra supradicta obiicit solers Defensoris Vinculi substitutus, praecipua autem difficultas desumitur ex depositione viri qui asserit

sponsam annulum, aliaque dona libenter accepisse, nec memorat Aliciam annulum deposuisse, nec unquam audivit de fuga sponsae ad villam loci Etretat. At difficultas evanescit si haec attendantur: 1) Paulus praecipua facta, quae metum et coactionem demonstrant, confirmat, scilicet fatetur repugnantiam Aliciae erga sponsum; asserit Aliciam imperiosam matris coactionem subiisse, quin ad quempiam recurrere potuerit; affirmat Aliciam sibi declarasse se matrimonio non consentire nisi coacte, et, inito matrimonio, nonnisi post annum et una tantum vice actum coniugalem passam fuisse. 2) Quod Paulus non memorat, non negat, haec vero a testibus fide dignissimis ex propria scientia demonstrantur. 3) Si Paulus fugam sponsae non cognoverit, referendum hoc est ad astutiam matris, quae ad evitandum scandalum et matrimonialium tractatuum abruptionem, vocem ubique sparsit agi de itinere a medico valetudinis causa praescripto. 4) Tandem ex eo quod Alicia munera acceptavit, hon sequitur spontaneus eius in matrimonium consensus, cum, eodem tempore, puella valde timeret, ne matrem aegrotantem dolore afficeret. Insuper omnia adiuncta, sive ante, sive post huiusmodi munerum acceptationem, probant Aliciam numquam consensum sponte dedisse. Notissima demum est regula, quod duobus testibus de metu testantibus magis credendum est, quam mille testibus metum negantibus, aut spontaneam voluntatem affirmantibus.

Quibus omnibus diligenter perpensis, nos infrascripti Auditores de turno pro Tribunali sedentes et Deum solum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, *constare de nullitate matrimonii in casu.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 4 martii 1916.

Guilelmus Sebastianeiii, *Decanus Ponens.*
Seraphinus Many.
Raphael Chimenti.

Ex Cancellaria, 17 martii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

VICENTINA

EXEMPTIONIS ET FUNERUM

inter B. Parochum Sancti Marci civitatis Vicentinae, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, et RR. Capellanos Hospitalis Sancti Bartholomaei eiusdem civitatis, repraesentatos per legitimum procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum.

Vicentiae antiquitus exstabant Hospitale S. Antonii et alia minora, quae anno 1773 in unum coniuncta fuere in territorio parochiae S. Marci, sub nomine « Ospedale grande degli infermi e poveri », dictum etiam Hospitale a Sancto Bartholomaeo, quia illi assignata fuit ecclesia Sancti Bartholomaei, quae cum ad regulares pertinuisset, coemeterium adnexum habebat. Cura spiritualis primum patribus Capulatis concredita fuit (1775-1806), dein patribus Minoris Observantiae (1807-1810), postea sacerdotibus saecularibus (1810-1824), tandem, usque in praesens, patribus Reformatis (1824-1916).

Anno vero 1786, die 13 februarii, inter parochum S. Marci et Hospitalis rectorem conventio seu concordia inita fuit, cuius exordium ita se habet: « Perchè in avvenire e per sempre debbano essere riconosciuti « quegli indipendenti diritti, che al pio Ospedale degli infermi e poveri « di questa città competono e furono in passato senza opposizione « esercitati neh' interno dell'Ospedale medesimo, rapporto allo spirituale, « e nella chiesa dell'Ospedale stesso, e che nel tempo stesso appariscano « i diritti parochiali che relativamente all'Ospedale medesimo possono « nei vari casi competere al Rmo parroco di San Marco nella cui parrocchia è l'Ospedale stesso situato, resta tra i presidenti dell'Ord. « Banca di detto Ospedale ... e il Rmo sig. D. Carlo Bonvicini, attuale «parroco di S. Marco di questa città,convenuto nei seguenti capitoli: « riconosce esso parroco la totale indipendenza dell'Ospedale medesimo « rapporto all'interno dalla spirituale sua giurisdizione », etc. Ceterum in Statutis anni 1773 sub art. 1 legitur: « Sieno li due cappellani due « religiosi Cappuccini sino a nuova deliberazione di questo governo,

« quali dal loro padre Guardiano verranno eletti: restando ad essi «demandata la cura spirituale di tutto l'Ospedale interno col sommi-« nistrare li Ssmi Sacramenti della Penitenza, Eucaristia ed Estrema « Unzione a tutti gli infermi ed a caduno della famiglia esercitando « ogni e qualunque funzione parrocchiale che occorresse ... Sopra il « cadavere di ognuno che muore reciteranno le solite preci ed esequie « prescritte dal Rituale, senza potere pretendere veruna contribuzione « ed elemosina ».

Anno 1814 Congregatio Hospitalis novo priori capellanorum praeter alia, haec memorat: « Sarà finalmente a di lui cognizione il convenuto « delia decessa amministrazione in proposito di diritti parrocchiali col « Rmo sig. parroco di S. Marco ». Patres Minores, qui capellanorum munere funguntur, ab anno 1824, ingressi sunt Hospitale, conventione inita ab episcopo acceptata qua in pactum deduxerunt observantiam Statutorum anni 1773.

Verum hodiernus parochus S. Marci querelam resumendam curavit, quam eius antecessor parochus Pegoraro inceperat contra exemptionem capellanorum Hospitalis Sancti Bartholomaei a iurisdictione parochi S. Marci eorumque ius funerandi pro fidelibus qui in Hospitali obiissent. Curia episcopalis Vicentina propositis dubiis:

« 1) L'Ospedale di Vicenza eretto entro i confini della parrocchia « di S. Marco è esente da ogni giurisdizione parrocchiale f

« 2) A chi spetta il diritto funerario per i defunti neh' interno del-« l'ospedale ? », die 11 augusti 1911 sententiam tulit:

« Il Tribunale ecclesiastico, invocato il lume dello Spirito Santo, « giudica che l'Ospedale civile di Vicenza è esente da ogni giurisdizione « del M. R. parroco di S. Marco, e che i RR. PP. cappellani hanno « diritto di funerare per tutti i defunti neh' interno dell'Ospedale. Il « M. R. D. Giovanni Perin, parroco di S. Marco, è condannato alle spese ».

Argumenta quibus haec sententia innuebatur, sunt:

« 1) L'Ospedale di Vicenza è da qualificarsi tra i maggiori o qua-« lineati: costituendo una quasi-parrocchia, la quale gode la esenzione « per tutte quelle ragioni evidenti di necessità e di opportunità esposte « dai canonisti.

« 2) La esenzione è riconosciuta dalle Sinodali Vicentine... per cui « i RR. PP. cappellani per l'esercizio della loro giurisdizione dipendono « unicamente dal Vescovo.

« 3) Il parroco ammette che egli non può entrare e non entra « nell'interno dell'Ospedale per esercitarvi atti di giurisdizione senza « licenza dei cappellani.

«4) Il diritto poi funerario discende dalla cura deJle anime; quindi « anche prescindendo da qualsiasi altro argomento, il diritto di fare il « funerale ai defunti nell'interno dell'Ospedale spetta ai RR. PP. eap- « pellani che in esso esercitano per mandato vescovile la giurisdizione « indipendentemente dal parroco ».

Verum contra hanc sententiam parochus Perin S. Marci ad Sacram R. Rotam appellavit, ac sub his dubiis disceptatum est:

1) An Hospitali Sancti Bartholomaei in civitate Vicentina competat totalis exemptio a quacumque parochiali iurisdictione in casti?

2) Utrum parocho Sancti Marci an potius capellanis Hospitalis competat ius sepeliendi et funerandi quoad fideles in eodem Hospitali decedentes in casu?

3) Utrum sententia primae instantiae quoad expensas sit confirmanda*, an potius infirmanda in casu?

Die 30 martii 1915 sententia Rotalis prodiit quae, exclusis argumentis quibus sententia Curiae Vicentinae exemptionem capellanorum vindicavit, edixit solum in praescriptione exemptionem capellanorum Hospitalis S. Bartholomaei fundamentum et causam habere; ac dubiis propositis respondit:

« Ad 1) *Affirmative* cum quoad administrationem sacramentorum, « quae infirmis in hospitalibus conferri solent, Poenitentiae nempe, « Eucharistiae et Extremae Unctionis, exceptis quidem sacramentis «Baptismatis et Matrimonii; tum quoad benedictionem dandam Hospi- « tali ipsi in Sabbato Sancto, tum praesertim quoad funera fidelium in « eodem Hospitali deeedentium.

« Ad 2) *Provisum in primo.*

« Ad 3) *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam. Et « praeterea expensas iudiciales apud hoc Tribunal compensandas esse « inter partes; taxam vero pro Rotali Sententia totam a parocho « Sancti Marci solvendam esse volumus et declaramus ».

Contra hanc sententiam S. R. Rotae parochus Perin ad hoc Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae recursum habuit, ac inter partes haec dubia concordata sunt:

1) An sit locus circumscriptioni seu rescissioni sententiae Rotalis in casu? Et quatenus *negative,*

2) An sit locus restitutioni in integrum?

In plena Signatura diei 11 martii 1916 in aedibus Vaticanis habita, relatore Emo P. D. Michaele Card. Lega, Praefecto, maturo examini quaestio subiecta fuit.

Emi Patres in primis abs re non esse censuerunt regulam firmare,

se de sententiis Rotalibus examen instituere quae ob duplicem conformem per se iam constituunt rem iudicatam ac in periodo exsecutionis versantur. Revisio autem sententiae Rotalis per recursum ad hoc Supremum Tribunal expetita, ad examen quaestionis quae inter partes agitatur non spectat, ut decernatur quid iuris sit inter partes ; sed secumfert examen seu recognitionem sententiae ipsius, quae ab eodem recurrente laborare contenditur defectu aut vitio, quamobrem sententia nulla declaranda sit, vel saltem, aequitate suadente, *rescindendo**. Hoc nostri Tribunalis institutum est, quod in suo fundamento adumbratur in Pandectis, lib. 49, tit. VIII « Quae sententiae sine appellatione rescindantur », ubi in 1. 1, § 3 statuitur « Item quum contra Constitutiones iudicatur, appel-« lationis necessitas remittitur. Contra Constitutiones autem iudicatur « quum de iure Constitutionis, non de iure litigatoris pronunciatur ». Etenim quum iudex in sua sententia contra Constitutiones pronunciat, seu laedit manifeste legem sive communem sive particularem, appellationi» necessitas remittitur; tunc enim etiam extra iudicium appellationis corrigitur sententiae vitium, quae vel ab ipso qui pronunciavit, nullam sententiam esse declaratur, vel ab alio iudice ad hoc instituto sententia vel nulla declaratur, vel rescinditur. Penes civiles nationes passim Tribunalia constituta sunt Suprema, quae diversis nominibus nuncupantur, et apud » nos et in Gallia *Cassazione* nomen habent; quaeque Tribunalia non sunt appellationis, sed tamquam Suprema Tribunalia habentur pro vigili legum tutela, ne istae scilicet in iudiciis pessumdentur. Idem propositum Supremo nostro Tribunali Signaturae attributum est, quod non de iure litigatoris seu de merito causae iudicat; sed de iure Constitutionum pronunciat ut hae sartae et tectae in iudiciis serventur.

Iam in sententia Rotali Vicentina, de qua modo res est, recurrens seu parochi Sancti Marci procurator contendit, sententiam nullitate laborare, vel saltem esse rescindendam quia falso innititur fundamento, nempe praescriptionis, cui in casu locum esse non potest - ait procurator-quia deest possessio certa, seu non aequivoca, et ad legitimum tempus continuata. Siquidem contendit procurator ex testium attestationibus non comprobari Hospitalis capellanos fuisse in possessione vel quasi-possessione iuris peragendi funera proprie dicta, iuxta rituales leges, eamdemque nedum immemorabilem, sed nec diuturnam, seu quadragenario tempore continuatuam fuisse. Denique asseritur alio vitio eodemque graviori controversam possessionem laborare omnimode praescriptionis effectui contrario, nempe precariam possessionem habendam esse, quippe capellani in Hospitali polleant potestate quotannis demandata seu ab episcopo delegata, uti probant certissima documenta.

Verum Emi Patres perpenderunt obieetos defectus in primis nullimode evincere sententiae nullitatem, quia non obiicitur defectus neque citationis, neque competentiae, neque mandati, neque alius substantialis, aut formalis defectus ex quo sententiae nullitas esset declaranda.

Neque in casu sermo esse potest de remedio extraordinario restitutionis in integrum, quod remedium extraordinarium competit, potissimum ob nova detecta documenta, aut exhibitorum documentorum comprobatam falsitatem.

Quare Emi Patres inquisierunt, an sententia esset rescindenda quia revera titulus praescriptionis a sententia Rotali assertus non videatur probabili fundamento inniti; quia ex allatis documentis videtur numquam parochus S. Marci de facto curam spiritualem exercuisse in Hospitali, nec iure exercere potuisse, ei obstantibus legibus synodalibus;-istam vero curam de facto et de iure capellanos exercuisse.

Sane Emi Patres adverterunt, re in facto considerata, ex deductis documentis factum historicum deduci, nempe capellanos Hospitalis Vicentini a tempore immemorabili in sacramentis administrandis et in funeribus peragendis tamquam exemptos a iurisdictione parochi localis se gessisse ac directe episcopo subiectos se recognovisse. Hoc factum eruitur:

1) ex relatis Statutis Hospitalis anni 1773,

2) etiam ex conventione quae anno 1786 inter parochum S. Marci et Hospitalis rectorem inita est.

Neque difficultatem facit, in conventione « essere riconosciuti quegli •« indipendenti diritti che al pio Ospedale competono e furono in passato «senza opposizione esercitati nell'interno dell'Ospedale medesimo», quum paulo ante institutum fuerit Hospitale, scilicet anno 1773, seu breve tempus ab uno actu ad alium transiisset et hinc observantiam parum auctoritatis habere. Etenim asseritur hanc independentiam a parocho observatam fuisse absque parochi contradictione, quod est gravissimum legitimae exemptionis argumentum, praecipue in suo exordio. Adde, nihil obstare quominus asserta observantia extendatur quoque ad alia minora Hospitalia, ex quorum unione institutum fuit Hospitale maius Sancti Bartholomaei.

Neque utiliter obiici valet in pretio haberi non posse praefata documenta, quippe non comprobetur, an rectores Hospitalis et parochus Sancti Marci instructi fuissent necessaria auctoritate in relatis Statutis aut conventionibus ineundis, dum in legem statutariam aut in pactum exemptionem capellanorum deduxerunt. Nam ut supra animadversum «st, Emi Patres haec documenta maxime sub aspectu historico, seu prouti factum historicum exemptionis manifestant, perpenderunt. Quod si

huius facti historici iuridicum fundamentum quaeratur, Emi Patres illud in legibus synodalibus Vicentinis tum antiquis, tum recentioribus, invenerunt, quae iubent capellanos Hospitalis in administratione curae spiritualis, quae sacramentorum administrationem infirmis, eorumque funera comprehendit, a iurisdictione parochi esse exemptos et ab episcopo immediate dependere. Sane in capite 12 Synodi Vicentinae anno 1689 sub episcopo Rubini habitae, nonnullis officiis capellanorum ad curam animarum in Hospitalibus pertinentibus praemissis, additur: « Sine « nostra licentia sacramenta ibi non administrentur; quod si habeant « proprios capellanos, isti nonnisi adprobati et admissi nullum curae « exercitium audeant suscipere ». Item statuitur in synodalibus Vicentinis anni 1718 sub episcopo Venier; et in synodalibus anni 1780 sub episcopo Gabrieli habitis. Hoc tandem clarius in postrema synodo dioecesana Vicentina anni 1863, quae sub episcopo Farina habita est, praescribitur, ubi in cap. VII, n. 8 dicitur: « Nullus sacerdos sumat sibi « munus rectoris seu capellani in Hospitiis caeterisque locis piis, quin « nominatus sit a nobis ac speciali mandato nostro munitus ... Sed neque « ullus parochus neque quilibet sacerdos, etsi sit pro universa dioecesi « adprobatus, confessiones sacramentales excipere licite poterit sine « expressa nostra licentia in seminario nostro,... in nosocomiis, nisi in « periculo mortis alicuius infirmi et deficiat confessarius adsignatus aut « si infirmus in eo periculo constitutus certum aliquem confessarium « petierit ». Quod ius ¿-non modo veluti synodale dioecesis Vicentinae, sed etiam ius particulare in tota regione Veneta vigere, clare adducta documenta demonstrant. Quare statuta pro Hospitali Sancti Bartholomaei ad normam legum synodalium redacta sunt, adeo ut ius legitimum statutarium pro Hospitali constituant.

Praeterea Patres Ordinis Reformatorum, ab ipso loci ordinario anno 1824 vocati, curam spiritualem Hospitalis Sancti Bartholomaei susceperunt « colle stesse discipline colle quali lo assistevano una volta « (1775-1805) li RR. PP. Cappuccini », nempe iuxta Hospitalis statuta et legem synodalem independenter a parocho loci Sancti Marci.

Quapropter status exemptionis quo fruuntur capellani, nedum in legibus dioecesanis fundatur et in statuto Hospitalis, sed etiam in speciali pacto et conventione, vi cuius spiritualem curam Hospitalis acceptarunt, hacque de causa ab episcopo istum nullimode immutari posse in comperto est. Exinde Emi Patres adverterunt annualem adprobationem ab episcopo concessam non spectare ad capellanorum a parocho exemptionem, sed potius ipsorum capellanorum personalem adprobationem et idoneitatem ad animarum curam exercendam.

Cum res ita se habeant in iure et in facto, Emi Patres censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam, nec officere hanc invocasse veluti rationem et fundamentum iuridicum praescriptionem, quae revera videtur nullum locum habuisse, quia ius praescribendum non erat quod numquam parochi exercuerunt, nec, legibus synodalibus obstantibus, exercere poterant. Haec enim ratio a sententia Rotali invocata quae a facti specie aliena visa est, non influit in sententiae iustitiam, neque ius Ordinarii, neque parochi, neque capeJlanorum laedit, eo magis quod potius quam de vera praescriptione, de consuetudine agere videtur decisio rotalis, et consuetudinem saepe invocat eamdemque immemorabilem, cuius initium antecederet ipsam unionem parvorum Hospitalium in Hospitale maius S. Bartholomaei. Animadversum est autem exemptionem capellanorum a parocho Sancti Marci fundamentum, saltem remotum, in praxi vigente in regione Veneta, sicuti ex documentis adductis patet, ac sicuti auctor Venetus Berengo in suo opere *Enchiridion Parochorum de Xenodochiorum Capellanis,* art. 2, scribit; proximum autem in Constitutionibus synodalibus Vicentinis habere.'

Quare ad proposita dubia, nempe:

1) An sit locus circumscriptio ni seu rescissioni Rotalis sententiae in casu?

Et quatenus negative:

2) An sit locus restitutioni in integrum?

Emi ac Rmi Patres responderunt die 11 martii 1916:

Negative ad utrumque; scilicet non esse locum neque nullitati sen tentiae Rotalis in casu, neque eius circumscriptioni seu rescissioni, neque beneficio restitutionis in integrum. De expensis autem iudicialibus Supremum idem Tribunal decrevit, eas inter partes esse compensandas.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum, mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, et ab omnibus ad quos pertinet exsecutioni mandaretur, non solum, etc., sed et omni, etc.

Datum Romae, die 28 aprilis 1916.

Franciscus Solieri, *Signaturae Votons.*

L. $ S.

VISA

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

Iosephus adv. Fornari, *S. T. Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

QUINAM NÜNCUPANDI SINT INTERNUNTII, QUINAM DELEGATI APOSTOLICI DECERNITUR.

Ex Audientia SSmi die 8 maii 1916

SS. D. N. Benedictus Divina Providentia Papa XV, Secum animo reputans, quantopere deceat rectius aptiusque ordinari nomina, quibus ad hunc diem, pro sua ipsorum dignitate, appellari consueverunt quotquot Romani Pontificis personam in exteris regionibus gererent, itemque aliqua honoris accessione eos ornari qui, etsi titulum gradumque Nuntiorum Apostolicorum non obtinent, legatione tamen stabili apud exteros rerum publicarum gubernatores funguntur, referente me infra scripto Cardinali a Secretis Status, decernere dignatus est, ut hi omnes, in posterum, *Internuntii Apostolici* nuncupentur, et *Delegati Apostolici* ii dumtaxat dicantur qui, licet personam Pontificis sustineant, charactere tamen diplomatico, quem vocant, omnino carent.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, die, mense et anno praedictis.

P. CARD. GASPARRI,
a Secretis Status.

DUBIUM ROMANAE CURIAE

S. PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Si notifica che nel Sacro Tribunale delia Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso all'Ufficio di Sostituto, per esame scritto ed orale. Lo scritto avrà luogo il giorno 23 del prossimo giugno alle ore 8, l'orale il 27 alle ore 9.

I Sacerdoti che desiderassero prendervi parte dovranno, non più tardi del 20 giugno, esibire nella Segreteria di detto Sacro Tribunale la domanda corredata dai titoli necessari per l'ammissione.

Dalla Segreteria della Sacra Penitenzieria, 20 maggio 1916.

C. Perosi, ***Reggente.***

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare :

8 aprile 1916. — Mons. Lorenzo Schioppa, segretario di Nunziatura di prima classe, ***Uditore di seconda classe, destinandolo a prestare servizio presso la Nunziatura Apostolica di Baviera.***

15 maggio. — L'Emo signor cardinale Ludovico Billot, ***Protettore della Lega Internazionale " Pro Pontifice et Ecclesia „.***

30 maggio. — Mons. Ernesto Filippi, ***Segretario di Delegazione di prima classe, destinandolo a prestare servizio presso la Delegazione Apostolica del*** *Canada.*

Cou Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

28 marzo 1916. — Mons. Francesco Egger, vescovo di Brixen.

30 aprile. — Mons. Adolfo Alessandro Nouel, arcivescovo di San Domingo.

16 maggio. — Mons. Andrea Righetti, vescovo di Carpi.

30 maggio. — Mons. Giulio Vaccaro, arcivescovo di Bari.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

28 aprile 1916. — Mons. Teodoro Hévin, dell'archidiocesi di Rennes.
8 maggio. — Mons. Nazareno Cervigni, delParchidiocesi di Camerino.
9 maggio. — Mons. Emilio Dubois, dell'archidiocesi di Tolosa.
20 maggio. — Mons. Enrico Przezdziecky, dell'archidiocesi di Varsavia.

Prelati Domestici di S. S.:

29 marzo 1916. — Mons. Michele Lévay, della diocesi di Vacia.
18 aprile. — Mons. Pietro ÌDombek, dell'archidiocesi di Posnania.
9 maggio. — Mons. Luigi Moulin, dell'archidiocesi di Tolosa.
20 maggio. — Mons. Silvio M. Nardi-Dei, della diocesi di Chiusi.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 maggio 1916. — Al sig. Fernando Osorio y Eloia, già ministro plenipotenziario di S. M. Cattolica presso le Corti di Olanda e di Lussemburgo.

La Commenda dell'Ordine di 8. ***Gregorio Magno, classe civile:***

13 aprile 1916. — Al sig. Federico Del Corto, della dioc. di Montepulciano.
5 maggio. — Al sig. Giovanni Barreré, della diocesi di Perpignan.
11 maggio. — Al sig. Giuseppe Nalbone, della diocesi di Girgenti.
— Al sig. Angelo Nalbone, della medesima diocesi.
26 maggio. — Al sig. Gaetano Gargano, della diocesi di Nicastro.

H Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30' aprile 1916. — Al sig. Carlo Unger, di Cristiania.
— Al sig. Carlo Polaczek, di Cristiania.
19 maggio. — Al sig. avv. Michele Della Cella, dell'archidiocesi di Genova.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

20 maggio 1916. — Al sig. Francesco Catelli, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

28 aprile 1916. — Al sig. Gian Giuseppe Chiola, dell'archid. di Genova.
16 maggio. — Al sig. Ernesto Paban, della diocesi di Marsiglia.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Moas. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

12 novembre 1914. — Mons. Antonio Rigoni, della diocesi di Segna.
10 febbraio 1915. — Mons. Giovanui Ronai, della diocesi di Rosnavia.
14 luglio. — Mons. Garlo Seedoch, della diocesi di Giavarino.
9 novembre. — Mons. Pietro Jacobs, dell'arehidiocesi di Colonia.
31 gennaio 1916. — Mons. Pietro Hoeveler, della medesima archidiocesi.
12 febbraio. — Mons. Celestino Mahé, della diocesi di Alessandria.
9 marzo — Mons. Gaetano Cicognani.
8 aprile — Mons. Solón Garcia Pedreira, dell'arehidiocesi di Bahia.
15 aprile. — Mons. Rodolfo Simlinger, della diocesi di S. Ippolito.
25 aprile. — Mons. Antonio Prieto, della diocesi di Cuenca.
19 maggio. — Mons. Francesco Gonçalves de Lima, della dioc. di Aracajú.
— Mons. Vittorino Correira Fontes, della medesima diocesi.
— Mons. Antonino Bossatis, delParchidiocesi di Torino.
— Mons. Ambrogio Salvetti, della diocesi di Novara.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

15 aprile 1916. — Mons. Giovanni Herzog, della diocesi di S. Ippolito.
— Mons. Francesco Pührerfellner, della medesima diocesi.
25 aprile. — Mons. Giovanni Battista Panken, della diocesi di Bois-le-duc.
— Mons. Giacinto Ballesio, dell'arehidiocesi di Torino.
— Mons. Ludovico Campanari, della diocesi di Viterbo e Tuscania.
29 aprile. — Mons. Giuseppe C. de Paz y Morales, della dioc. di Teneriffa.
20 maggio. — Mons. Augusto Zaffarame, della diocesi di Orte.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

17 maggio 1916. — Il sig. marchese Francesco Doria Lamba, dell'arehidiocesi di Genova.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

15 aprile 1916. — Mons. Corrado Wengritzky, della diocesi di Scepusio.

Annus TUI - Yol. VIII **Die 7 Iulii 1916** **Num. ?**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

DE EUCHARISTICA PUERORUM UTRIUSQUE SEXUS COMMUNIONE AD MENTEM SUMMI PONTIFICIS, DIE 30 MENSIS IULII SOLLEMNI RITU PROMOVENDA.

Ex audientia Ssmi, die 26 iunii 1916

SS. D. N. Benedictus divina providentia Papa XV, cui nihil antiquius, quam ut pie inviolateque serventur decreta *Sacra Tridentina Synodus* et *Quam singulari,* fel. rec. Decessoris sui Pii X iussu edita, referente me infrascripto Cardinali a Secretis Status, cum prope adsit alter luctuosissimi eventi anniversarius dies, id mandare dignatus est, quod sequitur: « Omnes et singuli in Europa locorum Ordinarii summo« pere curent, ut, in Ecclesiis et Oratoriis suae cuiusque dioecesis, « die 30, qui dominicus est, proximi mensis iulii, pueri utriusque sexus « universi ad mentem Beatissimi Patris, sollemniore quo fieri poterit « ritu, ad Sacram Synaxim accedant. Contrariis quibusvis minime ob« stantibus ».

Datum Romae, die, mense et anno praedictis.

P. Card. GASPARRI,
a Secretis Status.

EPISTOLAE

I

AD R. D. PAULUM BUGUET, CURIONEM MONTISLEGIONIS, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, CUI GRATULATUR QUINQUAGESIMUM SACERDOTII NATALEM ET INCREMENTA OPERIS DEFUNCTORUM ANIMIS EXPIANDIS.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Significandae tibi voluntatis Nostrae nulla sane opportunior occasio quinquagesimo sacerdotii tui natali. Hanc enim vitae diuturnitatem non otioso tibi transiisse decursu, cum cetera - haud sane obscura - pastoralis diligentiae tuae documenta, tum admonet in primis opus, quod defunctorum animis expiandis, tua excitavit pietas, tua sollertia aluit, ac, Deo bene iuvante, auxit ita, ut non unam illud brevi sese diffuderit in gentem, uberem - uti sperare licet - laturam ubique fructuum messem. Profecto cum sancta et salubris sit cogitatio pro defunctis exorare, eos Nos merito suspicimus, qui - uti tu quidem, dilecte Fili, provide admodum facis - Deum non exorant solum, sed oblatis piae consociationis commodis non exiguis, ad aemulam in mortuos pietatem ceteros hortantur, ita plane ut, coniungendis ingeminandisque precibus, atque in primis cotidiano piaculari Sacro, militantem Ecclesiam ad demerendam sibi triumphantem alliciant ac pene compellant. In quo mirum gratificandi studio, cum hortantium tum obsequentium, nemo est qui non videat quanta eniteat caritas, non solum in proximos, sed etiam in Deum, quantaque misericordibus fratribus affulgeat spes fore ut dives in misericordia Deus et grata beatorum fratrum recordatio iisdem eos velint christianae caritatis officiis post mortem iuvari, ut eodem quantocius donentur optatissimo praemio.

Haec quidem animo reputantes, tibi non gratulamur solum diuturnum sacerdotium, sed tam frugifera consilia ac coepta simul iusta commendatione complectimur, simul a te petimus, ut, quarum rerum spe hucusque et Nobis et Ecclesiae probasti navitatem tuam, iucunda ac brevior earum exspectatio te faciat in posterum alacriorem.

Auspex divinorum munerum Nostraeque interim benevolentiae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte Fili, tuoque gregi

atque operi quod supra laudavimus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xn maii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. IANUARIUM ASPRBNATEM GALANTE, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, CANONICUM ET CIMELIARCHAM ECCLESIAE NEAPOLITANAE; CUI GRATULATUR NATALEM SACERDOTII L CELEBRANTI.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Optimo sane iure natalem sacerdotii tui quinquagesimum intelligimus a tuis civibus ea omnium ordinum consensione iisque laetitiae significationibus celebrari ut non privata haec faustitas, sed communis et publica videatur. Te enim nobilissima ista civitas in suis praecipuis ornamentis ponit, qui, cum vim ingenii et copiam eruditionis non mediocrem ad studia antiquitatum contuleris, et scripta edendo, cultoribus huius disciplinae probatissima, et latebras vetustorum temporum scrutando, sacra Campaniae monumenta egregie iam diu illustras. Accedit quod tuae laus eruditionis, quae quidem expolitur etiam elegantia scribendi, cum integritate coniungitur vitae sacerdotalis. Nos sollemnem tuorum gratulationem participando augemus eo vel libentius, quia te Nobis et huic apostolicae Sedi singulariter deditum addictumque novimus. A Deo autem optamus petimusque, ut te in annos multos ad patriae decus, ad horum studiorum progressionem, ad hortamentum Cleri, praesertim adulescentis, servet incolumem. Cuius auspicem voti ac paternae benevolentiae Nostrae testem tibi, dilecte Fili, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxvi mensis maii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. D. AMADEUM GHIZZONI, CANONICUM THEOLOGUM PLACENTINUM : DE COMMENTARIO QUI INSCRIBITUR « IL CATECHISTA CATTOLICO ».

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum ex apostolico officio Nostrum praecipue sit laborare et efficere ut quae Christus Dominus revelavit praecepitque hominibus, ea ab omnibus cognitione usuque teneantur, nihil profecto habemus antiquius quam fovere et amplecti quicquid huic tanto proposito conducat. In hoc autem numero iste reponendus est commentarius, quem abhinc annis quadraginta Placentinus ille Episcopus, Catechismi pervulgandi studio praeclarus, Ioannes Baptista Scalabrini condidit, tuque iam diu non mediocri et diligentia et peritia moderaris. Etenim, hoc temporis sat longo spatio, multum scimus eam scriptionem rei christianae per Italiam profuisse, vel ad conventus catechisticos promovendos atque illustrandos, vel ad scholas de Religione varias, pro discipulorum aetate captuque, excitandas: cuius quidem utriusque rei opportunitatem Nosmet ipsi in Archiepiscopatu Bononiensi, eiusmodi et coetu habito et scholis institutis, omnino esse singularem agnovimus. Sed commentarii vestri ideo maxime Nobis commendatur utilitas, quod, cum in eo nulla occasio praetermittatur graviter disputandi quemadmodum nostros pueros et adolescentes instrui educarique ad religionis officia hodie conveniat, egregie factus videtur non modo ad huius disciplinae incrementa quaerenda, verum etiam ad inducendam sensim usque quaque christianae tradendae doctrinae similitudinem. Itaque libenter comperimus eum iam in compluribus dioecesibus nactum esse socios scribendi, eumdemque a non paucis Episcopis ita comprobari, ut consilii dioecesani rei catechisticae curandae tamquam organum adhibeatur. Optandum est, id quod ipsi pientissimo auctori in votis erat, ut, reliquis exemplum horum sequentibus, vester commentarius ad tam sanctum et salutare opus tota Italia provehendum magis ac magis valere possit. Tu vero atque omnes, quos habes participes laboris, pergite vel alacriores pro Ecclesia et pro fratrum salute contendere; atque auspicem divinorum munerum paternaeque Nostrae benevolentiae testem, apostolicam benedictionem habete, quam vobis amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VII mensis iunii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. D. CAROLUM GARCIA IRIGOYEN, EPISCOPUM DE TRUXILLO, OCCASIONE QUARTI IAM EXPLETI SAECULI A CONDITA TRUXILIENSI DIOECESI.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Sollemnia, quae istic, uti allatum est, apparantur, exacto quarto iam saeculo, ex quo, auctoritate et gratia Sedis apostolicae, Truxillensis dioecesis erecta est, digna enimvero visa Nobis sunt quibus vel hae Nostrae litterae nonnihil afferant splendoris. De re quippe agitur in qua quidquid est commendatione dignum ac laetabile, id est Nobis cum Truxiliensi pastore et grege commune; cum quae inest et in dato beneficio laus et in accepto gloria, laus sit et gloria eorum, quos christiana charitas utrumque nostrum iubet habere carissimos. Atque inde profecto est quod cum scribere aggredimur, non ad vos solum sua sponte mens praevolet Nostra, sed etiam ad maiores vestros, quorum nimirum explorata fides ac pietas ab apostolica Sede haec ipsa, quorum caussa laetamini, consecutae sunt praemia atque ornamenta. Mens quidem Nobis non est domestica vobis commemorare; sed consulto mentionem intulimus de christianis maiorum vestrorum laudibus, ut hortari eo ipso videamur ne pigeat imitari quod celebrare delectat. Quid est enim catholicis viris eiusmodi recolere eventus faustitatem, nisi eas patrum recolere ac celebrare virtutes, quibus ea ipsa, quae commemorantur, parta sunt decora? Qui vero fieri potest ut filiis haec animo reputantibus non ipsimet quodammodo adesse patres videantur ac vel defuncti adhuc eos alioqui et hortari ut vigilent: ut stent in fide: ut videant ne excidant a vocatione sancta sua: ut sancti sint? Tantum igitur apud vos grati animi fidelis memoria valeat, ut, quae se dant recolenda maiorum exempla, non plus admirationis habitura sint, quam imitationis atque aemulationis.

Sed aliud praeterea est officium ab officio hoc non seiungendum. Si enim decet sollemnia haec ita vos peragere, ut veteris recordatione memoriae animum valeatis ac mentem conformare, decet etiam in aspectum lucemque ita ponere apostolicae Sedis beneficia, ut omnium vestrum in eamdem cum obsequium tum studia nova acrioraque in posterum sumant incitamenta. At vero longiorem hac de re sermonem haud requirit Truxiliensium catholicorum ad omne officii munus semper experrecta indoles, et haec ipsa quae attigimus, amore magis impulsi

scribenda putavimus, quam quod arbitrarentur monitis ac praeceptis vos indigere Nostris.

Ad Nos quod attinet, ut saecularia haec sollemnia dioecesi universae non laetabilia solum, sed etiam salutaria eveniant, caelestium vobis precamur munerum ubertatem, quorum pignus apostolica sit benedictio, quam tibi, venerabilis Frater, et clero ac populo in quo cotidianae curae tuae pervigilant, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xvm iunii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD R. P. SBRAPHINUM CIMINO, ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRUM GENERALEM, SEPTIMO EXEUNTE SAECULO EX QUO INDULGENTIA PLENARIA DE PORTIUNCULA PRIMUM DIVINITUS DATA EST.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem, **- r -** Ingravescente in dies hac mole communium miseriarum, quae Nos praecipue habent anxios et sollicitos, omnem equidem occasionem, quae nobis offeratur, arripimus propitiandae humano generi divinae maiestatis. Nam, cum miseros faciat populos peccatum, in hoc devenimus rerum discrimen, ut nisi vulgo homines paeniteat deliquisse ac paenitendo melioresque mores inducendo Dei benignitatem mundo concilient, nulla iam salutis spes reliqua videatur. Iam vero ad excitandum in bonis vel salutaris paenitentiae vel sanctioris vitae studium, opportune contingit ut illud propediem commemoretur tam praeclarum divinae indulgentiae munus, ante annos septingentos, beatissimo Francisco deprecante, tributum hominibus, quod a Portiuncula nominatur. Neque enim huius beneficii quisquam potest esse particeps, quin ante rite confitendo peccata expiaverit, omnemque omnino culpae amorem abiecerit. Accedit quod qui hanc lucrantur admissorum veniam, iis licet non sibi solum sed etiam pie defunctis in Christo eam lucrari: quibus ipsa facultas rei saepius iterandae mirum quantum solatii potest afferre. Id quod, si unquam alias, est certe peropportunum hoe tempore, cum haec maximi belli immanitas multitudinem animarum, quae igni piaculari addictae sunt, innumerabilibus cotidie funeribus adauget. Itaque vehementer quidem cupimus ut toto orbe catholico ad sacras Franciscanum aedes vel ad eas quas

sacrorum Antistites destinaverint, frequentior solito christianus populus, huius veniae impetrandae causa, confluat, sed ibi maxime id fiat ubi primum illa divinitus oblata est. Quamobrem statuimus ut integri anni spatio, id est a vesperis primi diei mensis augusti proximi ad occasum secundi diei mensis eiusdem consequentis anni, quisquis rite confessus et caelesti dape refectus Assisiatem Basilicam Sanctae Mariae ab Angelis adierit ibique pro Ecclesia ad mentem Summi Pontificis Deo supplicaverit, toties Plenariam Indulgentiam lucretur, quoties eam aedem invisent. Atque ad amplificandam horum sollemnium dignitatem, iis Nosmet ipsi volumus per Legatum adesse; idque muneris dilecto Filio Nostro cardinali Philippo Giustini, quem Ordo Fratrum Minorum patronum habet, demandamus. Sperandum vero est fore ut compluribus ex omni ora ac parte terrarum natale solum Francisci atque incunabula institutorum eius adeuntibus, iterum illa sanctissimae vitae species ac forma valeat ad excitandum in hominibus studium christianae sapientiae et disciplinae, in primisque illius, quae hodie tantopere elanguit, fraternae caritatis. - Caelestium autem bonorum auspicem et paternae benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte Fili, et omnibus sodalibus tuis apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxix mensis iunii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRI CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

OMAHENSIS ET KEARNEYENSIS

MUTATIONIS FINIUM

Cum Metropolitanus et Episcopi ecclesiasticae provinciae Dubuquensis, supplicem libellum ad Sanctam Sedem porrexissent ut a dioecesi Omahensi ad dioecesim Kearneyensem transferantur comitatus civiles *Wheeler, Qreeley, Howard* et ea pars comitatus *Hall* quae, a flumine *Platte* separata, versus septentrionem sita est, SSmus D. N. Benedictus XV, rebus omnibus mature perpensis, de consilio Emorum huius Sacrae Consistorialis Congregationis Patrum et suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium consensu, annuens praefatis precibus, fidelium utilitati et Kearneyensis dioecesis incremento apprime cessuris, de plenitudine potestatis statuit ut praefati comitatus civiles *Wheeler, Qreeley, Homard* et ea pars comitatus *Hall,* superius definita, a dioecesi Omahensi subtraherentur et ad dioecesim Kearneyensem assignarentur.

Statuit insuper Sanctitas Sua ut haec exsecutioni demandentur per R. P. D. Ioannem Bonzano, Archiepiscopum titularem Melitenensem et in Foederatis Statibus Americae Septentrionalis Delegatum Apostolicum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quamlibet personam in ecclesiastica dignitate constitutam, ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu oritura, facto praeterea ei onere ad hanc S. Congregationem intra sex menses exemplar mittendi, authentica forma exaratum, peractae exsecutionis.

Hisce denique super rebus eadem Sanctitas Sua praesens edi iussit consistoriale decretum: contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 13 maii 1916.

C. CARD. DB LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L S. f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

17 aprilis 1916. — Metropolitanae ecclesiae S. Jacobi de Cuba, praefecit R. P. D. Felicem Ambrosium Guerra, hactenus ep. tit. Hamathensem.

5 iunii. — Cathedrali ecclesiae Neo-Pampilonensi R. D. Raphaelem Afanador, vicarium generalem dioecesis de Socorro.

— Titulari ecclesiae Pergamensi R. D. Honoratum Halle, archipresbyterum Cath. ecclesiae Montis Pessulani, quem constituit Auxiliarem Emi Dñi card. Francisci de Rovérié de Cabrières, ep. Montis Pessulani.

6 iunii. — Cathedrali ecclesiae Fanensi R. D. Iustinum Sanchini, vicarium generalem dioecesis Ariminensis et parochum ecclesiae Cathedralis.

7 iunii. — Titulari ecclesiae Sebastensi R. D. Ioachim Mamede da Silva Leite, presbyterum dioecesis Campinensis, ibidem visitatorem dioecesanum et protonotarium ad instar participantium, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Ioannis Baptistae Correa Nery, episcopi Campinensis.

19 iunii. — Cathedrali ecclesiae Reatinae R. D. Franciscum Sidoli, canonicum archipresbyterum ecclesiae Placentinae.

1 iulii. — Cathedrali ecclesiae Sarsinatensi R. D. Ambrosium Riccardi, vicarium generalem Feretranum.

5 iulii. — Titulari episcopali ecclesiae Germensi R. D. Ioannem Raynaud, vicarium generalem Tolosanum, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Ioannis Augustini Germain, archiepiscopi Tolosani.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO VICARII APOSTOLICI

Brevi apostolico nominatus est:

28 aprilis 1916. — *Vicarius Apostolicus de Canton,* R. P. D. Ioannes Baptista Maria de Guébriant, e Seminario Parisiensi Missionum ad exteras gentes, episcopus titularis Euroeensis, iam vicarius apostolicus de Kiengtchang.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

VIZAGAPATAMEN. ET NAGPOREN.

DUBIA

Rmi Episcopi Dioecesium Vizagapatamensis et Nagporensis, qui iam receperunt Kalendarium ad usum ipsarum Dioecesium a S. Rituum Congregatione revisum et approbatum, sequentia dubia pro opportuna solutione eidem S. Congregationi exposuerunt; nimirum:

I. An eiusmodi Kalendarium adhiberi possit ab omnibus sacerdotibus sive saecularibus sive religiosis suae Dioecesis?

II. An titulares Ecclesiarum Cathedralium et Patronus Indiarum debeant ab eisdem sacerdotibus omnibus celebrari cum octava, vel sine octava?

III. An Episcopi utriusque Dioecesis possint mutare titulares Ecclesiarum, sive quia incerti sunt, sive quia nec approbati, vel non habent Officium in Kalendario Dioecesano?

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis voto, rescribendum censuit:

Ad I. Servetur decretum de Festis localibus diei 28 februarii 1914 ad I et III.

Ad II. Serventur Rubricae novissimae ad normam Bullae *Divino afflatu,* Breviarii Romani, tit. IX, nn. 2* et 3°.

Ad III. Nihil innovetur, si agatur'de Sanctis in Martyrologio Romano vel in eius Appendice approbata insertis. Si vero agatur de Ecclesiis consecratis et de titularibus incertis, proponatur elenchus antiquorum vel novorum titularium S. Rituum Congregationi pro approbatione. Quod si Ecclesia non fuerit consecrata aut solemniter benedicta, ipse Episcopus eam benedicat vel consecret, assignando Mysterium vel Sanctum Titularem iuxta Rubricas et Decreta; prae oculis habito, quod Beatis nec Ecclesiae, nec Altaria dedicari possunt.

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 5 maii 1916.

£B A. CARD. EP. PORTUEN. et S. RUFINAE, *S. B. C. Pro-Praefectus.*

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

DUBIA

DE MISSA VOTIVA SACRATISSIMI CORDIS IESU ET DE PRECIBUS POST MISSAM

A Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutio expostulata est:

I. An Missa Votiva Sacratissimi Cordis Iesu, a Leone Papa XIII concessa pro qualibet Feria Sexta, quae prima in unoquoque mense occurrit, prohibita sit in omnibus Festis Domini, iuxta Decretum n. 3712 diei 28 iunii 1889; vel tantum in Festis Christi Domini, ad mentem novarum Rubricarum tit. IV, n. 7, tit. VI, n. 4 et iuxta Notanda in Tabellis n. 8?

IL An Preces post Missam omittere debeat Sacerdos, qui Sacrum facit in Oratorio cuiusdam Communitatis Religiosae, dum ipsa Communitas vel lectioni meditationis, vel alteri Missae assistit, vel ad recipiendam Sacram Communionem accedit, vel pias preces in communi recitat? -

III. An liceat Preces omittere in fine Missae quae celebratur in altari Sanctissimi Sacramenti si immediate post eam Sacra Communio administranda sit?

Et Sacra eadem Congregatio, audito voto specialis Commissionis, respondendum censuit:

Ad I. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Ad II. *Negative;* et in casu Preces praescriptae recitentur submissa voce tam a Sacerdote celebrante quam a clerico seu inserviente vel tantum respondente; et dentur Decreta, praesertim Decretum de precibus in fine Missae recitandis diei 20 iunii 1913.

Ad III. *Negative* iuxta decretum suprarelatum, et in casu Ssma Eucharistia administretur post Preces.

Atque ita rescripsit ac declaravit, die 2 iunii 1916.

✠ A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE, *S. R. C. Pro-Praefectus.*

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

AVENIONEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVARÜM DEI SORORUM IPHIGENIAE A S. MATTHAEO, E CONGREGATIONE SORORUM AB ADORATIONE PERPETUA SANCTISSIMI SACRAMENTI, ELISABETH TERESIAE *A* S. CORDE IESU, ORDINIS URSULINARUM, MARTAE ROSAE, ORDINIS S. BENEDICTI, MARIAE A S. HENRICO, ORDINIS CISTERCIENSIS, ET SOGIARUM, IN ODIUxM FIDEI, UTI FERTUR, MENSE IULIO ANNI 1794, ARAUSIONE INTEREMPTARUM.

Gravissima illa reipublicae tempestate in Gallia, exeunte saeculo decimo octavo, exorta, plura edita fuerunt decreta, quae, spreto omni humanitatis et religionis sensu ac naturalis civilisque libertatis iure, religiosos utriusque sexus crudeliter percusserunt, sub praetextu tamen speciosaque forma iustitiae tuendae ac vindicandae, in bonum atque utilitatem ipsius reipublicae. Inter cetera commemorare liceat ea quae prodierunt diebus 14 et 17 augusti anni 1792 ac 17 septembris et 29 decembris anni 1793, quibus viri ac mulieres religiosam vitam profitentes, e suis domibus expulsi bonisque spoliati, nefariae legis iuramento subiiciebantur. Quod si renuissent, uti graviter suspecti, tyrannidis fautores atque libertatis inimici, coram iudicibus accusati, prius in carcerem coniecti, dein per summarium iudicium capite mulctabantur. Ex innumeris victimis illius calamitosi temporis *a Terrore* nuncupati, modo recensentur trigintaduae sanctimoniales virgines ad diversos Ordines seu Congregationes religiosas .pertinentes, quae in odium Fidei, uti fertur, jmense iulio anni 1794, Arausione, intra fines Avenionensis archidioeceseos, interfectae fuerunt. Tredecim ex iis Sororibus sunt ab "Adoratione perpetua Ssmi Sacramenti et sexdecim ex Ordine Ursulinarum, in respectivis monasteriis civitatis Abolenae commorantes, binae ex Ordine Cisterciensi et una ex. Ordine S. Benedicti. De praecipua e quovis coetu, in ipsius Causae titulo nominata, quaedam summatim describuntur. - T. *Ex Adoratricibus Ssmi Sacramenti:* Soror Iphigenia a S. Matthaeo, in saeculo Francisca de Gaillard, Abolenae ortum duxit die 23 septembris anni 1761, a coniugibus, non minus pietate quam nobilitate claris, Ioanne Antonio et Ioanna Gabriela de Bouchon. Adhuc infantula in Monasterio Abolenensi ab Adoratione perpetua Ssmi Sacramenti recepta, sub recta Sororum disciplina, congruis studiis bonisque moribus instituta est. Septemdecim annos agens, die 11 februarii an. 1779,

ibidem religionis habitum induit, assumpto nomine Iphigeniae a S. Mattaeo, atque anno sequenti, die 13 februarii, religiosa vota nuncupavit; eaque una cum regulis Instituti fideliter constanterque observasse perhibetur. E coenobio depulsa, sodales sequuta est in captivitate, cum quibus in assiduis pietatis et virtutum exercitationibus perseverans, tandem secunda ad tribunal deducta est. A iudicibus, qui eius fidem et constantiam frustra tentarunt, condemnata, die 7 iulii anni 1794, extremum supplicium Arausione fortiter tulit. Deinde a die undecima usque ad diem vigesimam sextam eiusdem mensis, ob eamdem causam, simile supplicium cum pari animi virtute ac fortitudine passae sunt ceterae duodecim consodales adoratrices Ssmi Sacramenti. - II. *E Sororibus Ursulinis:* prima occurrit Soror Elisabeth Teresia a S. Corde Iesu, in saeculo Elisabeth Teresia Consolin, nata in pago vulgo *CourtMzon*, die 16 iunii 1736, et filia Ioannis advocati et Mariae Annae Guérin. Adolescentula vitam religiosam professa est in coenobio Ursulinarum Sisteronii commorantium. Dum de Ordinibus et Congregationibus religiosis supprimendis lex lata imponebatur, ipsa coenobio praeerat, nolensque redire ad suos, neque iureiurando ab iniqua lege praescripto se devincire, die 25 martii anni 1794 comprehensa, quatuor menses Arausione in carcere detenta fuit. Mox ad tribunal adducta, iudicibus postulantibus quae ipsa esset, respondit: « Filia sum Sanctae Ecclesiae », et de iniuncto iuramento praestando iterum quaesita, absolute renuit, adiungens « se non posse humanis potius quam divinis legibus obedire »; unde, capite damnata, viriliter obiit die 26 iulii 1794. Eodem mense et anno parique sententia condemnatae, necem forti ac generoso animo sustinuerunt reliquae quindecim sodales Ursulinae Monasterii Abolenensis. - III. *E Sororibus Gisterciensibus* Monasterii Avenionensis S. Catharinae merito laudantur duae Sorores germanae e nobili familia, Soror Maria a S. Henrico, in saeculo Margarita Eleonora de Justamond, et Soror Magdalena a Ssmo Sacramento, in saeculo Magdalena Francisca de Justamond, quae cum altera Sorore germana Dorothaea Iulia de Justamond, ex Ordine Ursulinarum, vitam religiosam amplexae sunt. Harum prima Abolenae orta die 12 ianuarii anni 1746, S. Bernardi regulam die 12 ianuarii anni 1766 professa est in Monasterio Avenionensi, a quo cum ceteris depulsa anno 1790, et Abolenam reversa, in Ursulinarum asceterio, veluti in loco refugii, excepta est. Vertente autem anno 1794, cum aliis monialibus poena capitali damnata, pie obiit die 12 iulii, in aetate quadraginta et octo annorum. Magdalena autem a Ssmo Sacramento, Abolenae nata die 26 iulii anni 1754, Sororem Henricam in religione et in captivitate secuta, eam praevenit in morte unico

die. Postquam enim dixerit se a parentibus vitam temporalem et per iudicum sententiam vitam obtinuisse sempiternam, sacrificium consumava die 11 iulii, anno aetatis suae quadragesimo. - IV. *Ex Sororibus Benedictinis.* Tandem superest aliquid innuere de unica moniali Ordinis S. Benedicti, quae, licet postrema recensetur, prima fuit inter sanctimoniales, quae coram commissione populari comparuit, ut morti traderetur. Ipsa est Soror Maria Rosa, in saeculo Susanna Agatha de Loye, quae Serignani prope Arausionem ortum duxit die 4 februarii 1741 a parentibus Ioanne Alexio et Susanna Ianclair. Adolescentula fere viginti annorum, monasterium benedictinum in oppido *Caderousse* ingressa est, ubi religiosis votis se Deo obstrinxit die 14 ianuarii anni 1762, ibique mansit usque ad monasterii suppressionem. Tum in paternam domum rediit, a qua, uti religiosa recognita et per vim erepta, Arausionem delata est. Post duos circiter menses captivitatis, quum libertatis et aequalitatis iuramentum se praestare abnuisset, die 6 iulii anno 1794, aetatis suae quinquagesimo quarto, capitis sententiam ac poenam subiit. Quum vero fama sanctitatis et martyrii harum triginta duarum Servarum Dei magis in dies invaluerit, Processus Informativus super eiusmodi fama in ecclesiastica Curia Avenionensi, auctoritate Ordinaria, institutus est. Quo absoluto et Romam ad Sacram Rituum Congregationem transmisso, quum nihil obstaret quominus ad ulteriora procedi posset, instante R. P. D. Iosepho Meftre, protonotario apostolico et huius Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Sacrorum Antistitum, necnon Capituli et Cleri Archidioeceseos Avenionensis aliarumque Ecclesiarum cathedralium ac dioecesium, itemque Ordinum et Congregationum religiosarum praesertim ad praefatas Dei fámulas pertinentium, aliorumque notabilium virorum ac foeminarum, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostien. et Praenestinus, sacri Collegii decanus et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit : *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur ?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Po_ nentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, sanctae Fidei Promotore, omnibus diligenter perpensis, respondendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse, si Sanctissimo placuerit, Commissionem introductionis Causae triginta duarum Servarum Dei,* quae sunt : *E Congregatione Sororum ab Adoratione perpetua:* Soror Iphigenia a S. Matthaeo, in saeculo'Francisca de Gaillard; Soror a S. Pelagia, in saeculo

Rosalia Bès; Soror a S. Theotista, in saeculo Maria Pelissier; Soror a S. Martino, in saeculo Maria Clara Blanc; Soror Rosa a S. Xaverio, in saeculo Magdalena Talieu; Soror Martha ab Angelo Bono, in saeculo Maria Cluse; Soror Magdalena a Matre Dei, in saeculo Elisabeth Verchière; Soror ab Annunciatione, in saeculo Teresia Henrica Faurie; Soror a S. Alexio, in saeculo Anna Andrea Minutte; Soror Amata a Iesu, in saeculo Margarita Rosa de Gordon; Soror Maria a Iesu, in saeculo Margarita Teresia Charransol; Soror a S. Ioachimo, in saeculo Maria Anna Béguin-Royal, et Soror a S. Augustino, in saeculo Margarita Bonnet. - *Ex Ordine Ursulinarum:* Soror Elisabeth a S. Corde Iesu, in saeculo Elisabeth Teresia Consolin; Soror Maria ab Angelis, in saeculo Maria Anna Margarita de Rocher; Soror Dorothaea a S. Corde Mariae Virg., in saeculo Dorothaea Magdalena Iulia de Justamond;. Soror Catharina a Iesu, in saeculo Maria Magdalena de Justamond; Soror Francisca, in saeculo Maria Anna Depeyre; Soror a S. Sophia, in saeculo Maria Margarita de Berbegie d'Albarède; Soror Agnes a S. Ludovico, in saeculo Sylvia Agnes de Romillon; Soror a S. Bernardo, in saeculo Ioanna Maria de Romillon; Soror a S. Basilio, in saeculo Anna Cartier Soror a S. Melania, in saeculo Maria Anna Magdalena de Guilhermier; Soror a S. Sophia, in saeculo Maria Gertrudes de Ripert d'Alauzier; Soror a S. Francisco, in saeculo Maria Anna Lambert; Soror a S. Gervasio, in saeculo Maria Anna Anastasia de Roquard; Soror a S. Michaele, in saeculo Maria Anna Doux; Soror a S. Andrea, in saeculo Maria Rosa Laye, et Soror a S. Rosalia, in saeculo Maria Clara Dubac. - *Ex Ordine Gisterciensi:* Soror Maria a S. Henrico, in saeculo Margarita Eleonora de Justamond, et Soror Magdalena a Ssmo Sacramento, in saeculo Magdalena Francisca de Justamond. - Demum *ex Ordine S. Benedicti:* Soror Maria Rosa, in saeculo Susanna Agatha de Loye. Die 6 iunii anni 1916.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacri Consilii ratam habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis seu declarationis martyrii praefatarum triginta duarum Servarum Dei Sororum Iphigeniae a S. Matthaeo, Elisabeth Teresiae a S. Corde Iesu, Mariae a S. Henrico, Mariae Rosae et Sociarum, die 14, eisdem mense et anno.

A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUF., S. *B. C. Pro-Praefectus.*

L. % S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

I

CLARAMONTANA

RESTITUTIONIS

Benedicto PP. X V feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno primo, die 16 augusti 1915, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Iosephus Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Claramontana - Restitutionis, *inter dominam* Antoniam Debrige, *actricem, repraesentatam per legitimos procuratores Rev. dnum Albertum Colomb, et dnum Angelum D'Alessandri, ac* Congregationem Sororum a S. Ioseph, *vulgo* a Bono Pastore *nuncupatam, seu eius* Superiorissam Generalem, *conventam, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

Domina Antonia Debrige a Summo Pontifice petiit ut contra Sororem a S. Coelestino, religiosam Congregationis a S. Ioseph, vulgo a Bono Pastore nuncupatae, quae in urbe Claramontana domum habet principem, et contra Congregationem iosam seu eius Superiorissam Generalem instituere posset penes tribunal S. R. Rotae causam ad obtinendam restitutionem cuiusdam pecuniae summae, quam ipsa Sorori a S. Coelestino dederat. Ex commissione SSmi causa in prima instantia delata fuit S. R. Rotae; at coram hoc Tribunali, non citata, imo velut praetermissa sorore a S. Coelestino, causa proposita fuit sub hoc dubio inter partes concordato : *An Congregatio Sororum a S. Ioseph,* vulgo *a Bono Pastore, solvere teneatur pecuniam, quam a domina Antonia Debrige Soror a S. Coelestino habuit.*

Factum quod spectat. - Domina Antonia Debrige, die 5 aprilis 1880 orta, iam a tenera aetate frequentabat scholas domus religiosae Congregationis Sororum a S. Ioseph, vulgo a Bono Pastore, in civitate Claramontana, et magistram habebat Sororem a S. Coelestino eiusdem

Congregationis. Anno 1892 parentibus orbata fuit, qui suos tres filios, quos inter Antoniain, commendat erunt Sorori a S. Coelestino, tutore tamen dato. Antonia igitur, cum duodecimum annum ageret, domum religiosam Congregationis Sororum a S. Ioseph ingressa est, ut ibi, pacto pro habitatione et mensa pretio, educaretur, ibique mansit usque dum sui iuris facta e domo religiosa discessit. Fere integro anno extra religiosam domum transacto, ad eam rediit et ibi habitum postulavit die 20 maii 1902, eumque obtinuit die 22 ianuarii 1903; et anno 1909, quin professionem emiserit, domum religiosam dereliquit.

Anno vero 1912 Antonia Superiorissam Generalem Congregationis Sororum a S. Ioseph adivit et ei patefecit se Sorori a S. Coelestino, quae sua inexperientia et familiaritate abusa fuerat, mutuo subinde dedisse pecuniae summas, quae tunc una cum foenore summam viginti trium millium libellarum efficiebant, eamque rogavit ut sua auctoritate adduceret sororem a S. Coelestino ut pecuniae debitum fateretur et syngraphas subscriberet. Itaque Soror a S. Coelestino die 5 novembris 1912 syngraphas subscripsit, quibus recognovit se debere mutui titulo, « pour cause de prêt », Antoniae Debrige summam viginti trium libellarum una cum usuris quatuor libellarum singulis centenis.

Interea Soror a S. Coelestino ob eius agendi rationem a domo religiosa expulsa fuerat die 30 octobris 1912.

Cum vero Leonia Saliège, olim Soror a S. Coelestino, renueret reddere debitum, nec solvendo esset, Antonia Debrige Superiorissam Generalem adivit, ut loco Sororis a S. Coelestino solveret; et cum haec denegaret se teneri ad debitum solvendum, in ius vocata est ipsa Congregatio Sororum.

Duplici igitur de causa Patroni actricis censent Congregationem teneri in casu ad restituendam pecuniam, quam Antonia Sorori a S. Coelestino mutuam dedit, scilicet primo, quia monasterium seu conventus in causis civilibus tenetur loco subditi seu religiosi, et secundo, quia in casu damnum quod Antonia passa est, Superioribus eiusdem Congregationis ob earum negligentiam imputandum est.

Ius quod attinet. Quoad primum, ita actricis Patroni argumentantur: agitur in casu de credito omnino certo, quia habentur et confessio partis debitricis, Sororis a S. Coelestino, coram Superiorissa, et syngraphae in quibus ipsa Soror confessionem confirmat, et aperte declarat ac recognoscit se debitricem esse Antoniae Debrige summae viginti trium millium libellarum. Atqui aes alienum contraxit mulier religiosa quae in monasterio degebat; ergo actio Antoniae competit in ipsum

monasterium, quod pacificum est in iure: « In causis civilibus non est conveniendus Religiosus sed Monasterium ipsius ». Ita Glossa in canone *De persona,* 11, q. 1, v. aut. *Monachum,* et Archidiaconus, *ibid.,* n. 6; Speculator, tit. *de Reo,* n. 19, et alii. Ratio est clara: «quia Monachus aut Religiosus solemniter professus, nihil habet proprium (can. *Non dicatis,* 12, q. 1), sed quidquid acquirit, puta ratione successionis ab intestato, aut huiusmodi, acquirit Monasterio *(Auth. ingressi,* G. *Episcop. et Gleric,* et can. *Quia ingredientibus,* 19, q. 3 et c. *Quanto,* 7, *de offic. Ordinar.,* et c. *Cum ad Monasterium,* 6, *de statu Monach.);* ergo in causis civilibus non ipse, sed Monasterium conveniri poterit ac debebit ». Ita Reiffenstuel, lib. II, decr. tit. I, n. 183, cum communi.

Verum haec iuris principia, quae pro religiosis solemniter professis valent, applicari nequeunt religiosis votorum simplicium. Ratio enim, cur in civilibus non religiosus solemniter professus, sed monasterium ipsius conveniri potest et debet, est quia religiosi solemniter professi « ob professionem emissam non amplius sui iuris sunt et servis proprie « dictis aequiparantur, qui iure romanorum carebant personalitate » (Sebastianeiii, *de Iudic,* p. 25, n. 16 cum communi). At « votum simplex « paupertatis adimit solum in fruendi et retinendi (absque licentia supe- « riorum), non vero proprietatem rerum vel saltem dominii capaci - « tatem » (Aichner, *Ius eccl.,* § 135, n. 2). Religiosi igitur votorum simplicium retinent iuris capacitatem seu personalitatem iuridicam, et hac de causa in obligationibus ab ipsis contractis, ipsi, non congregatio, coeteris paribus, conveniri poterunt ac debebunt. Nec in praesenti materia fieri potest extensio de casu ad casum; nam diversa omnino est ratio, et « quae a iure communi exorbitant nequaquam ad consequentiam « sunt trahenda » (28 de R. 1., in 6°). Quare hoc ex capite actio in Congregationem, praesertim, prout in casu, praetermissa Sorore a S. Coelestino, legitima non est.

Iamvero Congregationem Sororum a S. Ioseph esse Congregationem votorum simplicium, nullum dubium. Et in art. 102 Regularum huius Instituti expresse edicitur: « Le vœu de pauvreté, tel qu'on le fait « dans la Congrégation, ne détruit pas le droit de posséder ... ».

Neque obiici potest mutuo contracto inter Sororem a S. Coelestino et Antoniam Debrige accessisse consensum Superiorum Congregationis.

Nam primo notandum est consensum Superiorum Congregationum votorum simplicium removere quidem in religiosis obicem ad contrahendum, sed non obligare per se Congregationem ipsam, nisi consensus explicite, vel saltem ex rerum circumstantiis induat naturam mandati. Ad rem S. C. de Religiosis in causa dioecesis seu Ordinis *X Obliga-*

tionis, 15 augusti 1914: « Ora è noto e fuor di discussione che l'auto-**re** rizzazione a compiere qualche atto, concessa ad uno che per disposto « della legge non può compierlo senza di essa, ma che del resto *ha « personalità propria,* e quindi può *acquirere sibi,* toglie l'obice che « aveva quell'ente o persona a porre quell'atto, ma non importa garanzia « per parte della persona autorizzante » *(Acta Apostolicae Sedis,* an. VII, vol. VII, pag. 110). Quare cum religiosae congregationum votorum simplicium retineant ex iure communi canonico personalitatem propriam seu iuridicam, etsi constaret in casu de consensu praestito a Superioribus seu a Superiorissa Generali Congregationis Sororum a Sancto Ioseph (Reg. Instit., 105) Sorori a S. Coelestino, ad hoc ut mutuum contraheret, non illico -concludendum esset Congregationem ipsam seu religiosam domum teneri mutui titulo, seu ad mutuum solvendum.

Et confirmatur *argumento e contrario,* ex iis quae eadem decisio disserit de religioso votorum solemnium : « Questi, còme si è detto sopra « (p. 108), non ha nè il *velie* nè il *nolle,* quindi *non ha personalità giu- « ridica propria,* nè i superiori possono conferirgliela perchè contraria « ai voti. Non può dunque applicarsi la teoria esposta; l'autorizzazione « data dal Superiore ad un suo religioso per comprare o vendere o per « altre simili operazioni riveste invece quasi la natura del mandato. Ed « il religioso, nell'esercizio di quest'atto, diviene come il gestore del con- « vento, o della provincia, o dell'ordine che l'ha a ciò autorizzato, dal « che per conseguenza logica e necessaria discende che non il religioso, « ma il convento o la provincia o l'ordine debbano rispondere dell'ope- « razione » (Ib., p. 110). In congregationibus igitur votorum simplicium consensus Superioris ad aliquod negotium iuridicum peragendum ex se solo non induit naturam mandati; sed id deducendum est ex tenore licentiae praestitae, vel ex peculiaribus circumstantiis ipsius negotii iuridici, puta si ex rerum circumstantiis appareat religiosam, sciente et annuente Superiorissa, contrahere in bonum ac utilitatem ipsius congregationis ac ipsius nomine, vel aliquid huiusmodi.

Haec quidem in genere. In specie vero, consensus, qui asseritur, probari debet; nec per se praesumi potest aut debet. Nam mutua in casu non publice et notorie, sed clam contracta fuerunt, facta Antoniae Debrige a Sorore a S. Coelestino lege secreti. Et consonant ea quae disseruntur in citata decisione S. C. de Religiosis (p. 108), ubi ex exercitio publico et notorio commercii vel industriae ex parte alicuius Religiosi arguitur consensus praesumptus suorum Superiorum. *E contrario* igitur, ubi negotium iuridicum non est publicum, consensus Superiorum per se praesumi nequit.

Opponunt vero actricis Patroni Antoniam Debrige iure et recte praesumpsisse Superiorum consensum eo quod, uti ipsi asserunt, Magistra novitiarum minime ignorabat agendi rationem Sororis a S. Coelestino; nam ipsa custodiebat reditus Antoniae eiusque titulos, ut aiunt, et semel occasione venditionis cuiusdam tituli, Sorori a S. Coelestino negotium perficiendum commisit. Verum haec affirmant tantum, sed non aeque probant. E contra Episcopus declarat: « La Maîtresse des « Novices ne connaissait pas exactement la condition financière d'An- « toinette Debrige, et savait seulement qu'avant d'entrer au Noviciat, « Antoinette avait confié ses intérêts au notaire qui avait reçu ses comptes « de tutelle, et chez lequel son frère était clerc ». Jtem : « La pre- « mière année de son séjour dans le Pensionnat de sœurs sécularisées, « et même pendant la seconde année, elle eut des rapports assez fré- « quents avec la Maîtresse des Novices, mais ne lui parla jamais de ses « prêts à sœur St-Célestin. Elle savait bien cependant que les novices « ne doivent rien faire sans permission et elle n'ignorait pas non plus « que la Maîtresse des Novices, fille et sœur de notaire, et qui s'était, « pendant plusieurs années, occupée d'affaires, aurait pu lui donner un « conseil utile ». Quinimo ex actis et allatis in causa ne constat quidem quonam tempore definite Antonia pecuniam mutuo dederit Sorori a S. Coelestino, utrum dum in minore aetate esset, an postquam sui iuris facta est, utrum dum habitare t in domo religiosa, an dum consuetas ferias, ut frequentius, ducebat extra domum religiosam, utrum anno immediate ante novitiatum, quem fere ex integro in saeculo degit, an novitiatus tempore. Iamvero si admittamus, ut coniicere licet ex argumentatione Patronorum actricis modo relata, Antoniam pecuniam mutuo dedisse Sorori a Sancto Coelestino tempore sui novitiatus, ipsa tunc noscere debebat Regulas Instituti, iuxta quas (Reg. 104, 106) Religiosa nequit debitum contrahere sine consensu Superiorissae. Quum igitur *nemo debeat esse ignarus conditionis eius, cum quo contrahit,* sibi imputet si imprudenter non investigavit utrum Soror a S. Coelestino contraheret de consensu Superiorissae, necne. Quam imprudentiam ipsa Antonia fassa est; scripsit enim Superiorissae: « ...après tout s'il y a eu formel « abus de confiance de son côté, il y a eu du mien une faiblesse impru- « dente dont je devrais subir les conséquences ». Damnum igitur quod sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputari (86 de R. I., n. 6°).

Nec satis. Nam Superiorissa in suis litteris Antoniae die 15 octobris 1913 datis affirmabat: sororem a S. Coelestino nullam permissionem postulasse ad mutuum contrahendum, et debitum ab ipsa contractum fuisse insciis omnino Superioribus, Antoniam vero nullum consilium

petiisse, et pecuniam mutuo dedisse Sorori a S. Coelestino non ut religiosae, sed ut amicae suae familiae: « considérée par vous non comme « religieuse, mais comme amie de votre famille **i..** à une religieuse agis« sant pour sa famille, ou des familles amies, et dont la Congrégation « n'a nullement profité ». Antonia vero die 17 octobris rescribens Superiorissae, haec non denegavit, sed tantum affirmavit Superiorissam recognovisse in colloquio secum habito die 22 septembris 1913 aliquatenus suam responsabilitatem « que votre responsabilité était engagée dans « une certaine mesure », (quod tamen Superiorissa in suis litteris die 24 octobris 1913 datis aperte[5] denegat), et retulit opinionem quorumdam canonistarum, iuxta quos « la Congrégation est responsable des faits et « gestes des religieux et religieuses pendant tout le temps qu'ils en font « partie ».

Quoad alterum argumentum ita actricis Patroni ratiocinantur: Pronum est in iure sine culpa nullam dari poenam> sed quemlibet damnificatorem ex actione damnificativa et culpabili teneri ad reparationem seu ad damnificationem damni illati; oportet enim, ut damnum sit illatum et actio de qua agitur sit causa efficax damni ipsius, oportet uno verbo ut damnificator sit culpabilis; ergo ut monasterium de quo agitur poena restitutionis damnari possit, necesse est ut quadam culpa contineatur ... Porro extra omne dubium positum est teneri et deberi superiorissam monasterii ex munere, seu ex officio gubernare subditos, proindeque teneri etiam ex iustitia impedire ne ipsi contra iustitiam alios laedant, adeo ut si praelatus vel superiorissa defecerint in hoc, tenebuntur ipsi ex parte sua ad reparandum illud damnum quod eorum negligentia quis passus sit. In casu - prosequuntur Patroni - patet quod negligentia Superiorissae in investigando et moderando, praesertim relate ad Sororem a S* Coelestino, quae prae aliis correctione et moderatione indigebat, prout ipsi Superiorissae notum erat, ratio et causa fuit damni illati Antoniae Debrige. Neque praetereundum est novitiarum magistram aliquid saltem novisse de agendi ratione Sororis a S. Coelestino erga Antoniam Debrige, nam semel saltem "conrea videtur. Ipsa enim titulos ac redditus Antoniae custodiebat et interdum ipsa expresse Sorori a S. Coelestino commisit munus quendam vendendi titulum ex quo Antonia minorem summam accepit illa quam titulus repraesentabat, quamque a venditione soror a S. Coelestino obtinuerat. Quapropter gravior fit responsabilitas monasterii, quod ignorantia ne excusare quidem valet.

Patroni igitur, ut patet ex argumento modo relato, censent Congregationem seu Superiorissam teneri etiam ratione damni, ut aiunt *aqui-*

Mani. Verum eum in eam agatur de mutuo, damnum aquilianum vix autem ne vix quidem intelligitur. Antonia Debrige nec iniuriam nec damnum passa est quia pecuniam mutuam tradidit Sorori a S. Coelestino, sed quia soror a S. Coelestino pecuniam mutuatam non solvit: quo in casu agitur non de damno aquiliano, sed de damno contractuali, quod vocant. Quod si iniuriam et damnum intelligunt Patroni quatenus Soror a S. Coelestino vi aut dolo Antoniam ad mutuum contrahendum induxit, aut etiam, prout non semel insinuant, per dolum malum et fraudem pecuniam ab ea extorsit, tunc Patroni non haec tantum iuridice et plene probare debent, sed etiam conreitatem, ut aiunt, vel saltem culpam ac negligentiam Superiorum Congregationis; nec indicia, et coniecturae et praesumptiones sufficiunt, praesertim quia clam Soror a S. Coelestino mutuum contraxit et accepit pecuniam, facta iVntoniae lege secreti. At ex hucusque allatis in causa iuridica probatio deest.

Postremo videndum est an Congregatio Sororum a S. Ioseph, praescindendo a culpa, teneatur in casu quatenus mutuata pecunia conversa sit in utilitatem Congregationis (C. *Quod quibusdam,* de fideiussorib.), cum aequitas prohibeat quemque aliena iactura locupletari : qua ratione Congregatio teneretur non totam pecuniam per se reddere, sed in ea tantum mensura qua locupletior inde facta est. Verum pecuniam mutuatam conversam fuisse ex toto vel ex parte in utilitatem Congregationis ex actis et oblatis in causa non probatur; Superiorissa enim affirmat sororem a S. Coelestino pecuniam mutuo accepisse « pour sa famille « ou de familles amies » ; Episcopus Claramontanus declarat se accepisse a sorore a S. Coelestino « qu'elle lui avait emprunté pour tirer « son neveu Mr Henri Debrige d'un très grave embarras... ». Haec dominus Henricus Debrige denegat. At seposita quaestione utrum in utilitatem Henrici Debrige pecunia mutuata conversa fuerit, necne, certo certius ex actis et illatis in causa pecuniam mutuatam conversam fuisse in utilitatem ipsius Congregationis iuridice non probatur.

Quibus rite tum in facto tum in iure perpensis, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes, Christi nomine invocato, et solum Deum prae oculis habentes, ad propositum dubium respondemus: *Negative,* seu ex hactenus deductis in causa Congregationem Sororum a S. Ioseph, vulgo a Bono Pastore, solvere non teneri pecuniam, quam a domina Antonia Debrige Soror a S. Coelestino habuit. Expensas autem inter partes compensatas volumus.

Ita pronunciamus et definitive sententiamus mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni man-

dent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de ref.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 16 augusti 1915.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Iosephus Mori.
Fridericus Cattani.

L. © S.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 6 novembris 1915.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

ROMANA

CIRCA LA COLLAZIONE D'UN BENEFICIO

Regnando Sua Santità Benedetto XV, del suo glorioso Pontificato l'anno secondo, il giorno 10 maggio 1916, la Commissione Pontificia composta dei Beverendissimi Monsignori Guglielmo Sebastianeiii, Decano della S. Romana Rota, Federico Cattani-Amador i e Pietro Rossetti, Uditori del medesimo Tribunale, nella causa che vertebra la Dataria Apostolica *e il Riho* Capitolo Vaticano, *circa la collazione di un Beneficio resosi vacante nella Basilica Vaticana, ha emessa la seguente sentenza definitiva.*

Il giorno 10 novembre 1914 moriva in ±Montefiascone Don Federico Savignoni, Chierico Beneficiato della Basilica Vaticana, ed avendo il Revmo Capitolo, fra i moltissimi privilegi, dei quali gode, anche quello di conferire i Benefici minori della Basilica stessa, vacanti per morte del beneficiato in Roma, in qualsivoglia mese dell'anno, Mons. Ascenzo Dandini, Canonico di turno, nominò al beneficio già posseduto dal Savignoni il sacerdote Don Bernardino Bocchini, da circa 23 anni incardinato alla Basilica Vaticana e annoverato fra i Chierici inservienti al Capitolo.

Questa nomina fu impugnata dalla Dataria Apostolica, non solo perchè ritenne che il Beneficio nel caso fosse riservato, ma anche perchè era stato conferito ad un Chierico non Romano, contro il disposto della Bolla *Dum singularem* del Papa Leone X.

Sorta tale questione, ragion voleva che fosse risoluta. A tal effetto la Santità di N. S. Benedetto XV, fel. reg., con biglietto della Segreteria di Stato in data 19 luglio 1915, nominò la Commissione come sopra specificata, alla quale concesse pieni poteri per giudicare definitivamente siffatta controversia ed emanare una sentenza *iuris ordine servato.*

In seguito a tale nomina, le parti interessate, regolarmente citate nelle persone di Mons. Giuseppe Guerri, Prefetto della Dataria Apostolica, e di Mons. Ascenzo Dandini, in rappresentanza del Rmo Capitolo Vaticano, comparvero innanzi alla suddetta Commissione, e di comune accordo contestarono la lite sulla base del dubbio seguente : « *Se, attesa « la Bolla di Benedetto XIV* Ad honorandam, *la facoltà che ha il Gapi- « tolo Vaticano di conferire i Benefici vacanti nella sua Basilica, sia « soggetta alla riserva dei mesi contenuta nella Regola IX della Gancel- « Uria Apostolica, nonché alla disposizione della Bolla* Dum singularem *« del Papa Leone X».*

Ciò stabilito, il Revmo Capitolo Vaticano, pur non disconoscendo l'azione spiegata da Mons. Dandini, anzi confermandola pienamente, per essere più sicuro della tutela dei suoi diritti, volle intervenire direttamente nel giudizio.

Fu perciò che nell'adunanza Capitolare del 9 gennaio 1916, nominò una Commissione composta di tre Canonici, la quale sostenesse giuridicamente le ragioni sue nel caso concreto. Essa, infatti, domandò alla Commissione Pontificia l'intervento in causa: intervento che fu tosto consentito.

Con lettera del 15 febbraio 1916 la Commissione Pontificia notificò alle parti contendenti, che era loro accordato un tempo utile fino al 29 dello stesso mese, per produrre e dedurre quant'altro avessero creduto necessario ed utile nel rispettivo interesse; con avvertenza che, trascorso il termine, si sarebbe proceduto nel giudizio.

Ma il Revmo Capitolo, ritenuto tale tempo insufficiente a preparare le proprie deduzioni, ne domandò la proroga con lettera del 21 febbraio 1916: proroga che fu, senza difficoltà alcuna, concessa il 22 successivo fino al 20 marzo.

Ora, avendo ambedue le parti contendenti prodotto in atti le rispettive allegazioni, che sono state scambievolmente notificate, e non constando che abbiano altro da aggiungere, la Commissione Pontifìcia ha ritenuto chiuso il periodo istruttorio ed ha proceduto nell'esame della questione fino alla risoluzione del dubbio proposto.

È certo che il Revmo Capitolo Vaticano, in virtù dei suoi privilegi, abbia il diritto di conferire i Benefici minori della Basilica vacanti in

Curia in tutti i mesi dell'anno, quando non vi sono riserve o affezioni apostoliche; come ha il diritto di conferirli se ne avvenga la vacanza *extra Curiam* nei quattro mesi concessi agli Ordinari delle Diocesi. Ed infatti il detto Capitolo, in tutti questi casi, fa la collazione dei Benefici, senza difficoltà da parte della Dataria, alternativamente, una settimana l'Emo Cardinale Arciprete del Capitolo e un'altra il Canonico di turno. Altrettanto però non può dirsi se la vacanza del Beneficio avvenga fuori di Roma negli otto mesi papali. E ciò in virtù della Regola IX della Cancelleria Apostolica, la quale con una formóla generale, riserva, senza eccezione alcuna, tutti i benefici di qualsivoglia specie, in qualunque luogo esistenti, ed appartenenti a qualunque Chiesa, anche degna di speciale menzione, come sono le Patriarcali di Roma, non esclusa la Vaticana, dicendosi in questa Regola riservati « omnia bene-« ficia ecclesiastica cum cura et sine cura, saecularia et quorumvis ordi-« num regularía, qualitercumque qualificata et ubicumque existentia, in « mensibus ianuarii, februarii, aprilis, maii, iulii, augusti, octobris, novem-« bris.... extra Romanam Curiam alias, quam per resignationem ... quo-« cumque modo vacatura, ad collationem... quorumcumque collaturum ... « quomodolibet pertinentia ». In questo senso la Regola IX fu autenticamente interpretata ed applicata da due Sommi Pontefici, Alessandro VII e Clemente XI, in casi identici al nostro. Nel 1663 Alessandro VII, con suo *Motu Proprio,* conferì il Beneficio « *cum declaratione... quod regula « mensium reservans Beneficia qualitercumque reservata et ubicumque « existentia extra Romanam Guriam vacantia* locum habeat etiam in « Beneficiis Urbis ad collationem inferiorum coilatorum spectantibus, « etiam quod beneficiatus obierit in Urbis districtu, vel intra duas dietas, « sicut etiam illa practicatur in Episcopalibus districtualibus ».

E Clemente XI nel 1700, con altro suo *Motu Proprio,* confermò la decisione di Alessandro VII ed aggiunse: « Tam in praesenti.... quam « in futuris dictae Urbis Beneficiorum ad collationem inferiorum colla-« torum spectantium *extra Bomanam Guriam vacationibus,* perpetuis « futuris temporibus locum habere volumus et declaramus Nobis et Sedi « Apostolicae.... (dicta Beneficia) reservata existant ».

In questo conviene ancora Mons. D andini, il quale ha detto : « Se la « questione ora insorta dovesse risolversi colle sole regole antiche della « Cancelleria e della Bolla di Leone X, che sono comuni a tutte le « Basiliche di Roma, *non sarebbe forse prudenza per il Capitolo il resi-* **la** *stere, sembrando troppo impressionanti le due decisioni date contro il « Capitolo e riportate dal Riganti,* Tom. II » (Risposta alla replica della Dataria Apostolica, p. 1).

A sostenere quindi il diritto controverso, egli ha creduto fondarlo sopra più solida base, cioè sulla Bolla di Benedetto XIV *Ad honorandam,* del 27 marzo 1752; ed ha detto: « A base di questa Costituzione « posteriore, la quale modifica le antiche in riguardo del Capitolo Vati- « cato, deve regolarsi la collazione dei Benefici minori, che in essa « vacano ; senza ricorrere ad altre fonti anteriori, o autori ed interpreti. « Il *testo unico* per la Basilica Vaticana è la predetta Bolla, che può « con tutta verità chiamarsi la sua *Lex propria:* secondo questa legge « speciale e tuttora vigente devono conferirsi i Beneficii Vaticani, e « non già con quella generale della Cancelleria Apostolica » (I.e., p. 2).

Però mal s'appone il preiodato Canonico, perchè Benedetto XIV con la citata Bolla non fece, per quanto riguarda la collazione dei Benefici, alcuna modificazione delle precedenti disposizioni. In verità deve innanzi tutto notarsi che la Regola IX. esige una deroga espressa ed esplicita, senza la quale nulla perde del suo valore. Ora, quantunque nella Bolla *Ad honorandam* si legga una formóla derogativa generalissima: « Par. 67. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris et Can- « cellariae Apostolicae Regulis, etiam de iure quaesito non tollendo », pure questa non è tale che valga a stabilire la deroga richiesta: « sub « clausula generali *Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus « Apostolicis* Regularum Cancellariae Constitutionibus non comprehen- « duntur, neque istis censetur derogatum nisi de iis specialis mentio « fiat » (Reiffenst., HI, tit. V, n. 491); e più esplicitamente la Rota (Dec. 592, n. 6, p. 3, Recent.) dice: « Praedictis addendum videbatur « quod quatenus praetenderetur concessum ius conferendi in mensibus « reservatis *fuisset necessaria specialis derogatio Regulae,* ut pluries reso- « lutum fuit in Rota, testatur Sarnen., *Pram.*, Reg. IX, qu. 5, n. 2 ».

Sono, infatti, chiare le espressioni della Regola IX al riguardo: « Volens in supplicationibus seu concessionibus gratiarum, quae de «dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam cum Motu Proprio, fient, *de * mense in quo vacaverint, dispositive mentionem fieri; alioquin gratias « nullas esse,* ac consuetudines etiam immemorabiles optan di maiores et « pinguiores praebendas, necnon privilegia, etiam in limine erectionis « concessa, et indulta Apostolica circa eas, ac etiam disponenda de huius- « modi Beneficiis, aut quod illa sub huiusmodi reservationem nunquam « comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis « et fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis necnon irritantibus, « et aliis decretis, tenores pro expresso haberi et latissime extendi « voluit quibusvis personis . . . . quomodolibet concessa adversus Reser- « vationern huiusmodi minime suffragari ». Questa deroga speciale, poi,

è anche richiesta, e molto più chiaramente, dalla Regola 71 della Cancelleria Apostolica: «Sanctitas Sua statuit et declaravit quod prae- « missis et quibusvis aliis Regulis Cancellariae suo tempore edendis ac « publicandis, nunquam censeatur derogatum in quibuscumque Consti- « tutionibus, Litteris, Brevibus, Indultis, et aliis Ordinationibus Aposto- « licis, etiam Motu proprio et ex certa scientia emanatis, per quaecum- « que verba et decreta derogantia, irritantia, universalia et amplissima, « et Clausulas quantumcumque efficacissimas, etiam derogatorias, atque « specialis et individuae expressionis vim habentes, *nisi facta fuerit de « illis expressa mentio, et non aliter nec alio modo* ».

Onde il Riganti commenta: « Singulae Cancellariae Regulae, *ut cen- « seatur eis derogatum,* requirunt *specificam et expressam mentionem,* « nec sufficiunt clausulae quamvis amplissimae ... Unde licet clausula « " Non obstantibus Regulis Cancellariae, quarum tenores... „ praese- « ferat, individuam illarum expressionem, et plura operetur: ...attamen « hodie *minime apta est derogationem Regulis praeseferre.* Potissimum « quia Regula haec (71) post praescriptum modum, quo Cancellariae « Regulis derogari debeat, utitur clausula *et non aliter nec alio modo,* « quae formam inducit, quaeque praecise servanda est, irritumque ac « nullum reddit quidquid, praeter modum praescriptum, in contrarium « gestum fuerit...» (Ad Reg. 71, n. 20). La Regola 71, dunque, della Cancelleria Apostolica impone agli interpreti e ai giudici una presunzione non *iuris tantum,* ma *iuris et de iure,* da seguire come norma, quando si tratti di giudicare se un Pontefice abbia, oppur no, derogato ad alcuna Regola della Cancelleria; e più particolarmente poi alla Regola IX. Così il Riganti (1. c, n. 7) : « Dici nequit impertita facultas conferendi « Beneficia vacantia in mensibus Sedi Apostolicae reservatis, ad exclu- « sionem Reg. IX, *nisi Regulae praefatae specialiter et expresse fuerit « derogatum,* potissimum ob clausulas amplissimas, quibus illa munita « reperitur » (Cfr. Lotter, *De re Benef,* lib. 2, qu. 89, nn. 18, 19; Rota, Dec. 569, n. 7, p. 1 Recent., et in Barcinonen., *Beneficii 7* aprilis 1689, par. *Similiter,* coram Mattha).

Quanto poi questo esimio autore aveva scritto, non solo era ben noto al Pontefice Benedetto XIV, ma era ancora da lui tenuto in grande stima, a tal segno che volentieri se ne serviva. « Cuius scriptoris (Ri- « ganti) auctoritate libenter utimur ... et nos testes sumus incredibilis « illius laboris ac diligentiae in colligendis et discutiendis iis omnibus, « quae suis operibus inseruit » *(De Synod. Dioeces.,* lib. IX, cap. VII, n. 6).

Possiamo perciò essere certi che se Benedetto XIV avesse voluto veramente derogare nel caso nostro alla Regola IX, lo avrebbe fatto

con tali espressioni, che non avrebbero lasciato alcun dubbio ; cioè, avrebbe usato una formula derogatoria speciale quale è richiesta. E poiché questo non fece, la Regola IX rimane nel suo pieno vigore.

Dopo questa osservazione, riesce chiara la risposta alla difficoltà fatta nella *Aggiunta alla memoria presentata dal Capitolo Vaticano,* la quale richiede che, trattandosi di un privilegio *praeter ius,* sia il caso di sostenere il diritto controverso, dovendosi applicare la regola *favoreß convenit ampliari.* Imperocché, se è vero che, nella specie, il privilegio è *latae interpretationis,* è anche vero che l'interpretazione, per quanto ampia, non può mai comprendere quei casi, per i quali richiedesi una deroga espressa, se questa manchi. Ciò tanto più, quando chiaramente apparisca quale sia l'intenzione del Pontefice, poiché l'interpretazione ha luogo in *dubiis:* « nam si verba perspicua sunt, nullam interpretationem admittunt» (D'Annibale, *Summ. Theol.,* I, n. 228). Ora, nella Bolla *Ad honorandam,* come manca la deroga richiesta, così è pure palese la mente del Pontefice, come si vedrà in appresso.

Dopo ciò, la Commissione ha proceduto all'esame di quanto è stato esposto dal Revmo Capitolo, per dimostrare il suo preteso diritto. Si è detto che l'intenzione del Pontefice nella Bolla *Ad honorandam* fu di *ampliare* i privilegi e i diritti del Capitolo Vaticano nella collazione dei Benefici, e che questo importa averli estesi ai casi per l'addietro esclusi, e quindi anche al caso di vacanza *extra Curiam Romanam* in alcuno dei mesi papali. « Se ferma e precisa volontà del Pontefice fu quella « di *ampliare* i diritti del Capitolo Vaticano nella collazione dei Bene- « ficì Vaticani, in che mai consisterebbe questo suo ampliamento se non « avesse eliminata quella riserva della morte *extra urbem,* ma invece «l'avesse mantenuta!» (Dandini, 1. e, p. 5).

E a corroborare maggiormente l'argomento, si è aggiunto che il Pontefice, ampliando i diritti del Capitolo, fece una sola eccezione, cioè eccettuò soltanto i benefìci affetti e riservati *ex persona,* fuori della quale eccezione nessun'altra riserva fu mantenuta. «L'avere nominata « questa sola riserva, significa che questa sola ha voluto mantenere ed «escludere l'altra, che aveva precisamente più volte dato motivo di « litigio fra il Capitolo e la Dataria » (1. e). Ma, anche prescindendo dall'argomento da noi sopra esposto, nè l'una nè l'altra ragione può ritenersi concludente.

Per quanto riguarda la prima ragione, la Commissione Pontificia osserva che nel par. 39 della Bolla *Ad honorandam,* il Papa Benedetto XIV intese certemente di ampliare i diritti del Capitolo Vaticano,, e di fatto li ampliò; ma non-in rapporto alla collazione dei Benefici,.

che restò quale era stata fino allora. Infatti ivi si legge: « Iura, facultates et iurisdictiones Archipresbytero, Capitulo et Canonicis dictae « Basilicae competentia circa collationem Beneficiorum Ecclesiasticorum « cuiuscumque generis cum cura et sine cura, nec non circa administra- « tionem Ecclesiarum Parochialium, Monasteriorum, Prioratuum, Abba- « tiarum, aliarumque eidem Basilicae unitarum, sive subiectarum asse- « rere, confirmare et respective declarare atque ampliare decrevimus ». È chiaro che qui l'intenzione dei Pontefice si riferisce a due oggetti fra loro distinti e di natura diversa, quali sono la collazione dei Benefici Vaticani, e l'Amministrazione delle Chiese unite alla Basilica e da questa dipendenti; e mentre tale intenzione relativamente ai Benefici fu quella di *asserere et confirmare* i diritti già esistenti e dal Capitolo esercitati, invece, relativamente alle Chiese unite e dipendenti, fu quella di *declarare atque ampliare iura, facultates et iurisdictiones.* Perchè infatti voile il Pontefice concedere *iura, facultates et iurisdictiones?* Se i diritti convengono alla collazione dei Benefici, a questi non si possono riferire le facoltà e le giurisdizioni, che bene convengono alle Chiese, ai Monasteri, ai Priorati uniti e dipendenti dal Capitolo. La struttura stessa del periodo stabilisce assai bene tale significato. Ivi premessa la distinzione dei due nominati oggetti, ai quali è rivolta la benevola intenzione del Pontefice, si usano due verbi : *asserere et confirmare,* contraddistinti dagli altri due: *declarare atque ampliare,* dall'avverbio *respective,* il quale sta a dimostrare che i primi due verbi si riferiscono al primo oggetto, cioè alla collazione dei Benefici, mentre gli altri due si riferiscono al secondo, cioè alle Chiese unite e dipendenti. Non è adunque la collazione dei Benefici che con la Bolla *Ad honorandam* Benedetto XIV abbia voluto *ampliare,* ma bensì i diritti rispetto alle Chiese unite, nobilitate con speciali facoltà fino ad essere elevate ad un certo grado di giurisdizione.

Di questo non può muoversi dubbio alcuno, ove bene si consideri tutto il contesto del par. 39 citato. La vera intenzione di Benedetto XIV, accennata nel proemio che costituisce- il primo periodo, viene espressa chiaramente nella parte dispositiva, contenuta nel secondo periodo, che la spiega e la completa in tutti i suoi particolari. Qui si legge : « *Itaque* « collationem omnium et singulorum tam perpetuorum Beneficiorum « simplicium, quae in praedicta Basilica existunt, et Beneficiatus, atque « Clericatus Beneficiati appellantur ... quam aliorum a Monasteriis, Abba- « tiis et Prioratibus, inferius commemorandis, dependentem, nec non « et aliorum quorumlibet, quae hactenus Archipresbyter et Capitulum « conferre consueverunt; ac in eis instituendi, seu respective ad ea

« nominandi ac praesentandi iura, quibus ad hunc diem gavisi sunt, « eidem Archipresbytero, eiusque in Archipresbyteratu successoribus, « nec non praedictae Basilicae Capitulo et Canonicis perpetuo competere « volumus atque decernimus ». Per quanto dunque riguarda i Benefici, il Pontefice considera tutti quelli *quae Archipresbyter et Capitulum hactenus conferre consueverunt;* e per quanto riguarda il diritto di collazione ed anche di presentazione, conferma quelli soltanto *quibus ad hunc diem Archypresbyter et Capitulus gavisi sunt.*

Nè vale il dire che il Pontefice nel periodo seguente conferma ancora *veterem consuetudinem,* quasi che abbia voluto richiamare in vigore un diritto consuetudinario, relativo alla collazione dei Benefìci nel caso in esame, anteriormente alla compilazione della Regola IX, il quale era andato in disuso. Imperocché, oltre ad essere ciò una gratuita asserzione di Mons. Dandini, la *veterem consuetudinem* che qui si approva riguarda solo il modo sempre tenuto dal Capitolo nel conferire i benefici: *principalmente* in relazione alla distribuzione delle settimane: « *tam* « circa divisionem hebdomadarum, quibus idem Archipresbyter et respe- « ctive Capitulum et Canonici praedicti eadem Beneficia pro tempore « vacantia, alternatim et per turnum conferre debebunt » ; *secondariamente* in ordine alle lettere di collazione: « *quam* circa formam expe- « diendi litteras huiusmodi collationum, praesentium tenore approbamus « et confirmamus ». «.

Nessun ampliamento dunque di diritti riguardo alla collazione dei Benefìci è stata introdotta nel par. 39, dopo il quale non si parla più di tale materia in tutto il resto delia Bolla; mentre invece nei paragrafi successivi si esplica largamente la volontà del Pontefice, che concede facoltà e privilegi anche giurisdizionali, nelle Chiese unite alla Basilica Vaticana e da questa dipendenti. Infatti, nei seguenti paragrafi si dichiarano, si confermano, si amplificano certi diritti, che per lo innanzi non erano assolutamente certi, o erano meno estesi, ed in qualunque caso si sanzionano con Apostolica Autorità.

Per citarne alcuno, Benedetto XIV nel par. 40 (riportandosi ad una decisione della S. Congregazione del Concilio e alle cose stabilite in una Convenzione stipulata in conseguenza, circa la cura delle anime, abituale nel Capitolo e attuale nel Vicario perpetuo della Basilica) dice : « quo fìrmioris observantiae robur accipiant, Apostolica itidem Aucto- « ritate Nostra, harum vigore perpetuo approbamus et confirmamus ».

Confermati tutti i diritti del Capitolo e dei Canonici sulle Chiese Parrocchiali filiali, e in qualunque modo dipendenti dalla Basilica, e sopra le persone, che vi esercitano la cura delle anime, nel par. 41

riconosce ancora il diritto del Capitolo di nominare Vicari *ad nutum* amovibili, nelle Chiese di S. Lazzaro e di S. Angelo, e vuole che questi Vicari, quanto alla cura delle anime, siano esenti *ab omni iurisdictione Parochi ipsius Basilicae, cui olim suberant;* mentre conferma la dipendenza della parrocchia di S. Francesco al Monte Mario e ne regola i doveri verso il Capitolo, senza diritto alcuno a dimandare il salario o la congrua, *etiam ratione sacrarum suppellectilium.*

Nel par. 44 vuole e comanda, che tutti i Vicari, Curati e Rettori delle Chiese filiali, presenti e futuri, siano soggetti al Capitolo, e che debbono prestare *omnia et singula debitae subiectionis obsequia erga Basilicam, illiusque Capitulum et Canonicos, perpetuis futuris temporibus;* ed insieme concede il privilegio tanto alle Chiese Parrocchiali, quanto non Parrocchiali, ma filiali, in qualunque luogo esistenti, quantunque non esenti dalla giurisdizione degli Ordinari, nessuno escluso, di non poter essere assoggettate all' interdetto, eccettuato *Y* interdetto generale, *inconsulto Bomano Pontifice.*

Decreta eziandio nel par, 45 di voler « *Vaticanae Basilicae Capituli « et Canonicorum favore, innovare ac etiam ex integro praesentium tenore « concedere et elargiri* », l'antica consuetudine della Basilica di comunicare e di estendere, sull'esempio delle Patriarcali di S. Giovanni in Laterano e di S. Maria Maggiore, l'indulgenza ed altre grazie spirituali a tutte le Chiese del mondo a sè unite e dipendenti come concede, con *Motu Proprio* et *ex certa scientia,* il diritto di aggregare, all'effetto soltanto di partecipare a tutti i favori spirituali, Chiese, Altari, Oratori, Confraternite, in qualunque luogo esistenti e dipendenti dalia giurisdizione di qualunque Ordinario ; « *ita ut in vim huiusmodi aggregationis « et receptionis infrascriptarum indulgentiarum et relaxationem Thesauri « ad ipsas Ecclesias, Cappellas, Altaria, aliaque praemissa ex Nostra « atque Apostolicae Sedis auctoritate, ampliati et extensi censeantur ».*

Attesa la consuetudine del Capitolo di concedere le dimissorie per la sacra Ordinazione nel Monastero di S. Maria di Fara, non sostenuta da Apostolico indulto o privilegio, onde prevenire qualunque molestia, di avvenire *(dictaeque facultati plenius et uberius consultum sit),* concede al Capitolo e ai Canonici di poter rilasciare in avvenire le lettere dimissorie ai sudditi del Monastero di S. Martino « *prout hactenus con- « sueverunt* » e ciò « *dieta Apostolica Auctoritate, tenore earumdem prae- « sentium* » (par. 51).

Conferma in ogni sua parte, nel par. 57, *Y* indulto, da Benedetto XIII concesso al Capitolo, di dare le dimissorie per le sacre Ordinazioni ai Chierici dei soppressi monasteri di S. Ruífillo, di S. Pietro Li cosato e

di S. Nazariö; ed aggiunge: « *quatenus opus sit, motu proprio, et potestate « plenitudine paribus, per easdem praesentes decernimus, statuimus et « declaramus, praedictis Capitulo et Canonicis in Locis praedictorum Mo- « nasteriorum... sibi subiectis Ordinariam et quasi Episcopalem iurisdictio- « nem et huiusmodi iurisdictionis exercitium, cum vero, proprio, distincto, « separato et particulari territorio, nullius Dioecesis, libere competere* ».

Nel par. 58 concede speciale indulto per il governo del Monastero delle Cappuccine di Meldola, in virtù del quale il Capitolo e i Canonici « *iure ordinario et privative quoad omnes, etiam viciniores Ordinarios, « visitare ac super ipsius Monasteriis et Ulitis Monialium regimine, disci- « plina, statu oeconomico, aliisque quibuslibet, etiam quoad clausuram, ea « omnia et singula, quae in Domino iudicaverint salubriter expedire... « statuere et ordinare possint et valeant* ».

Finalmente, nel par. 59, conferma il privilegio concesso da Urbano VIII intorno alia spedizione delle Lettere Apostoliche, in forma commissoria, in ordine al Monastero di S. Martino di Fara, messo in pratica per il Monastero ancora di S. Rufìllo, e lo estende ai Monasteri di S. Pietro Licosa! o e di S. Nazario.

Volle adunque il Papa Benedetto XIV ampliare i privilegi della Basilica Vaticana e del Capitolo e, come volle, così fece: ma rispetto soltanto alle Chiese ad esso unite e dipendenti da esso.

In questo senso la Bolla Benedettina, fin dai suo primo apparire alla luce, fu intesa in seno al Capitolo Vaticano. Infatti nell'anno 1752, quando la Bolla *Ad honorandam* fu pubblicata, tre Beneficiati del Capitolo, Cennius Caietanus, Michael Angelus Giacomettus et Franciscus Marianus, vi ebbero parte attiva, il primo come autore della pubblicazione, gli altri due come revisori *(Collectionis Buttar. Brev. alior. Diplom. Sacr. Basil. Vatic,* Tom. III, edit. 1752, pag. 68 Ind. Auct., p. X, *Approbationes).*

Orbene, le note marginali apposte alla Bolla esprimono in modo assai chiaro il concetto che la Commissione Pontificia ha già esposto. La nota apposta al par. 39, di cui si tratta, dice : « Ius conferendi omnia Bene- « ficia Archiprebytero et Canonicis *confirmat* »; ed aggiunge : « veterem « consuetudinem tam turni quam expeditionum *probat* ». Non si tratta più che di questo; non si riconosce nè si approva o concede altro diritto.

Invece, le note apposte ai paragrafi seguenti sono espresse bene altrimenti. Al par. 57 è apposta la nota che dice : « In loca omnia spe- « ctantia ad Abbatias S. Ruffilli, S. Petri Licosati et S. Nazarii ordinaria « iurisdictio Capitulo *plenius asseritur* ».

La nota al par. 58, dice: « Speciale indultum *conceditur* pro regi- « mine Monasterii, *etiam* quoad clausuram ». E al par. 59 si legge.

«Pontificium privilegium et consuetudinem antiquam confirmat et «*extendit* ad alia Monasteria in regestis Romanae Curiae describenda « et ad directionem et executionem quarumcumque litterarum et Com- « mis. Apost. ».

Con le quali note i Beneficiati Vaticani riconobbero che nella Bolla *Ad honorandam* i privilegi del Capitolo furono sì ampliati, ma a favore delle Chiese unite o dipendenti dal Capitolo stesso, e non circa la collazione dei Benefici.

Si rifletta ancora che Benedetto XIV, già Consultore di Clemente XI ed anche Canonico e Segretario del Capitolo Vaticano, conosceva assai bene le pretese di questo nell'argomento in questione, come conosceva altre questioni agitatesi per lo addietro. Ora, nella Bolla *Ad honorandam,* il Pontefice non permise che tali questioni rimanessero insolute, e con la sua Apostolica autorità, stabilì in modo chiaro ed indiscutibile i diritti del Capitolo. Così fece, come si è già veduto, quando legalizzò la consuetudine di dare le dimissorie ai sudditi del Monastero di S. Martino (par. 57); così fece ancora quando, essendosi introdotto l'abuso che alcuni Vicari delle Chiese unite, eleggibili dal Capitolo *ad nutum,* si nominassero dalla S. Sede per via di semplice e nuova provvista, donde, coll'andare del tempo, era avvenuto che quelle Chiese e Vicarie fossero considerate come perpetue e collati ve, soggette a tutte le apostoliche Affezioni e Riserve, sanzionò il diritto del Capitolo contro la Dataria (par. 61); e così avrebbe dovuto fare, ed avrebbe fatto senza dubbio alcuno, nella questione relativa alla collazione dei benefici, se veramente avesse voluto risolverla nel senso preteso dal Capitolo di conferire i benefici vacanti *extra curiam* anche nei mesi Papali, concedendo l'apostolico privilegio a questo riguardo, onde precludere la via a tutte le future possibili controversie ed evitare la nullità delle collazioni. Invece nulla affatto di questo si legge nel par. 39, il solo in cui si tratta di tale argomento; si riconoscono i diritti tali e quali il Capitolo aveva posseduto per lo innanzi e niente più che questo. Quindi nessun ampliamento si deve riconoscere indotto dalla Bolla più volte ricordata nei diritti del Capitolo circa la collazione dei Benefici.

Per quanto riguarda il secondo argomento, sul quale non solo il Canonico di Turno, ma anche il Capitolo Vaticano, col chiarissimo Padre Vidal, professore di Diritto Canonico all'Univesità Gregoriana, insistono tanto, la Commissione Pontificia, presolo in accurato esame, non lo ha trovato meritevole di essere ritenuto concludente nel senso preteso dal Capitolo. Infatti, nel par. 39, si legge: « Salvo tamen Nostro « et Datariae Apostolicae iure quoad collationem eorum Beneficiorum,

« quae ex persona alicuius ea obtinentis uni vel pluribus respective « affectionibus et reservationibus Apostolicis obnoxia, quomodolibet « vacare contingat ». Sulle quali parole il Capitolo argomenta dicendo che Benedetto XIV * volle riservati alla Dataria soltanto i Benefici soggetti a riserva personale *ex persona* e che perciò rientra nei diritti del Capitolo, la collazione dei Benefici vacanti *extra Curiam Romanam* nei mesi papali.

La fallacia dell'argomentazione si rileva senza dubbio ove si consideri e bene si determini il concetto vero della espressione *ex persona,* che il Capitolo, contro la verità, restringe alle sole qualità della persona, che fu investita del Beneficio. Se, infatti, questo fosse il senso dell'espressione *ex persona* e se il Papa avesse voluto eccettuare le riserve prodotte dalla sola qualità delle persone, è evidente che i diritti del Capitolo, quanto a collazione di Benefici, sarebbero stati ampliati, e si sarebbe derogato alla Regola IX della Cancelleria, la quale cosa è stata già esclusa. La espressione *ex persona* non è qui usata tassativamente per esprimere le riserve personali, nel senso indicato e voluto dal Capitolo, ad esclusione di tutte le altre; sibbene è usata in un senso *generalissimo,* ed in conseguenza sta ad indicare che l'eccezione non si riferisce solo alla dignità della persona del Beneficiato, ma comprende ancora qualunque altra circostanza che si colleghi colla persona stessa di chi fu investito del Benefìcio e che importi affezione o riserva. La preposizione « *ex* (dice il Forcellini nel suo *Lexicon totius latinitatis* sotto la « lettera C, 3), modo significat causam efficientem, occasionem, originem « unde aliquid fit, et saepe vim habet " tou „ propter ». L'espressione adunque *ex persona* è molto più amplia che quella *ex qualitate personae* o *personalis:* e però applicata e riferita alle riserve, indica tutte quelle che, in qualsivoglia guisa, dipendono dalla persona, tanto se la persona ne sia la causa, quanto se ne sia l'occasione. Il D'Annibale, tanto esatto nella esposizione delle sue dottrine, divide le riserve in tre specie: « I. ratione ipsius Beneficii... II. ratione personarum, et III. in poe- « nam », e dice: «Itaque reservantur ... ex II (ratione personarum) « 1) quae officiales Romanae Curiae, Collectores et Subcollectores « R. C. A., dum tales erant obtineant; 2) quae vocant (ratione loci) in « *Curia* vel apud *Sedem* ... ; 3) demum (ratione temporis) quae vacua « fiunt vacua Sede Episcopali ... aut mensibus Pontificiis » *(Summa Theol.,* n. 33). Nella seconda specie, dunque, comprende non solo le riserve indotte dalla qualità delle persone, ma quelle ancora che vanno unite alla persona per ragione *del luogo* o *del tempo* in cui vaca il Beneficio, e però la riserva personale, largamente presa, non è quella sola

che nasce *direttamente* dalla persona del Beneficiato; ma è anche quella che ne deriva *indirettamente* per ragione del luogo e del tempo della vacanza del Beneficio.

Ciò tanto è vero, che gli autori, trattando delle riserve, e distinguendole nelle diverse loro specie, per determinare le *personali* non si contentano di usare l'espressione *ex persona,* ma vi aggiungono anche qualche altra cosa che ne determini il significato non stabilito adeguatamente da tale espressione. Così, per citare i soli autori ai quali si è riferito il Capitolo, il cardinal De Luca *(Le Beneficiis,* Summ., n. 3, *de reser. et affect.)* dice personali.le riserve «ratione personarum *quae « vacantia Beneficia possederint, quia nempe Officiales, Collectores, Proto- « notarii Apost, Familiares et similia ».* Il La Croix (lib. IV, n. 490), dice: *«personalem, quae oritur ex persona, cuius obitu vacat, ut quia « erat familiaris Papae* ». E il De Rosa *(Tract, de Exec. Litt Ap.* P. I, n. 168) dice: « ratione personae, quae contigit *ex ipsis personis, fami- « Harum nempe Papae, et Cardinalium, Protonotarium et similium ».*

In conferma di ciò, è utile osservare che Benedetto XIV, nel par. 39 citato, fa .una concessione, alla quale oppone una restrizione: volendo che questa restrizione fosse ampia e non soggetta ad equivoci, che sarebbero potuti sorgere, se avesse detto semplicemente *ex persona,* vi aggiunge tali espressioni, che è assolutamente impossibile restringere l'eccezione fatta alla *sola qualità* della persona del Beneficiato. Se avesse voluto restringere l'eccezione in questo senso, sarebbe stata sufficiente l'espressione *ex persona* senza aggiungere altro, essendo la persona che, per la qualità, produce *immediatamente* la riserva. Invece aggiunge senza distinzione alcuna: *Ea obtinentis. « Ea* (cioè Beneficia) sive uni sive « pluribus affectionibus et reservationibus Apostolicis obnoxia ». Le affezioni dunque e le riserve sono tutte comprese nella eccezione, la quale perciò non si restringe alle riserve *strettamente personali.* Oltre di che, se l'eccezione *ex persona* avesse contemplata la sola riserva *personale* per la qualità della persona, sarebbero state del tutto inconcludenti e inutili le altre parole che seguono: « quomodocumque vacare contingat ». La sola qualità delia persona, neh' ipotesi, avrebbe espresso la riserva, in qualunque modo fosse avvenuta la vacanza del Beneficio, senza bisogno che questa fosse espressamente dichiarata. Ma poiché questa dichiarazione esiste, deve ritenersi che non è la sola dignità di Curiali e di Officiali della S. Sede, che l'eccezione ha considerata e ritenuta, ma qualunque altra riserva, alla quale si riferisce la modalità® della vacanza, sia per ragione di tempo, sia per ragione di luogo, sia per l'uno e per l'altro insieme^ Finalmente l'eccezione non contempla le *sole*

riserve, ma anche in egual modo le *affezioni.* Queste sono riserve implicite sì, ma *reali,* perchè toccano direttamente il Beneficio. « Generaliter « pro regula est, ut omnis *affectio* semper inducat reservationem *realem* « et *non personalem,* dum afficit Beneficium et non personam » (Pitonius, *Discept. Eccl.,* 105, n. 22); però se l'eccezione in esame avesse considerate le sóle riserve indotte dalla qualità della persona del Beneficiato, avrebbe dovuto escludere le *affezioni.* Ciò che non è vero ; e si conferma dal fatto, riconosciuto anche dal Capitolo, il quale non vanta diritto alcuno sui Benefici Vaticani soggetti alle affezioni reali e provenienti « ex decreto de dimittendo, sive ex quacumque alia appositione « manus Papae (Riganti, I, par. 2, n. 25-28). 11 diritto, dunque, vantato dal Capitolo non ha fondamento nel Bolla *Ad honorandam,* la quale non ammette la interpretazione fattane nelle sue allegazioni, e nessuna modificazione ha portato delle precedenti disposizioni favorevoli alla Dataria Apostolica.

Oltre alla Regola IX della Cancelleria Apostolica, il Capitolo Vaticano è anche soggetto alla Bolla *Dum singularem* di Leone X, la quale nei chierici da investire dei Beneficii di Roma richiede le qualità di cittadino romano. Questa disposizione fu data per favorire i cittadini romani d'origine. Si dice, infatti, in detta Bolla che i Beneficii di Roma non siano conferiti che a *cittadini romani:* ma poi si fa un'eccezione, dicendo che in questa disposizione non sono compresi i titoli Cardinalizi, le Arcipreture delle Basiliche Maggiori, ed alcuni Monasteri soliti darsi in Commenda ai Cardinali. « Leo X Beneficia ecclesiastica cum « cura et sine cura, in Urbe et in illius Districtu existentia, exceptis « titulis Cardinalitiis, Archipresbyteratibus trium maiorum Basilicarum « Urbis, et nonnullis Monasteriis, nonnisi romanis civibus conferri, seu « commendari indulsit, collationesque et commendas Beneficiorum prae- vie fatorum aliter, etiam Motu proprio, factas nullas et irritas declaravit » (Riganti in Reg., XVII, n. 137).

Tale eccezione sarebbe stata assolutamente inutile, se la qualità di *cittadino romano,* considerata nella Bolla *Dum singularem,* fosse non solo *Y originaria,* ma anche *Y acquisita* o per ragione di domicilio, o per ragione di privilegio; imperocché, essendo i Cardinali di diritto cittadini romani, quantunque non sempre romani di origine, sarebbero stati compresi nella disposizione generale della Bolla Pontificia, senza bisogno di fare per essi un'esplicita eccezione. Anche la S. Sede ha sempre inteso che la cittadinanza romana, di cui si parla nella Bolla citata, sia la *originaria* e ogni qualvolta si è trattato di conferire i Benefici di Roma a chierici non romani di *origine,* ha sempre premessa la

dispensa Pontificia. Ora, essendo la consuetudine ottima interprete della legge (Rota, dec. 527, n. 39, p. 19, tom. III; dec. 518, n. 36, p. 19, tom. II Recen.) deve ritenersi che la cittadinanza romana voluta da Leone X sia veramente la *originaria.* Qumdi il Riganti disse : « Talis etiam in « casu nostro sensus Datariae et Cancellariae, quae derogando Indultis « et Privilegiis Populi Romani, supponit expresse ea concessa civibus » « originariis » (lib. II, ad Reg. XVII).

È vero che nell'antico diritto, sotto il nome di cittadino romano, si comprendono gli esteri ancora, ai quali fosse concessa la cittadinanza romana, come anche al presente la cittadinanza romana può acquistarsi per domicilio. Ma questo nulla toglie alla verità della conclusione esposta. Per quanto la cittadinanza romana di origine voglia paragonarsi e si paragoni a quella acquisita per domicilio e per privilegio, questo dovrà ritenersi vero nei rapporti con la società civile, e dentro i limiti dei diritti e privilegi da questa concessi e dipendenti; non già nei rapporti colla società ecclesiastica, che si fonda sopra principi, ed è regolata da ben altre leggi, le quali dipendono tutte dalla suprema autorità del suo Capo, il Romano Pontefice. In conseguenza di ciò, il diritto di conseguire i Benefici di Roma, concesso ai cittadini romani di origine, pon s'intende concesso ai cittadini romani per domicilio o per privilegio. Nè si dica che, perciò che la Bolla *Ad honorandam* è posteriore all'altra *Dum singularem,* è a ritenersi che Benedetto XIV abbia derogato alla disposizione di Leone X. in quanto alla cittadinanza voluta. Imperocché, giova ripeterlo ancora una volta, Benedetto XIV, per quanto riguarda la collazione dei Benefici, non fece altro che confermare i diritti del Capitolo come fino a quel tempo li aveva goduti, e non intese affatto di ampliarli. Ma se questa deroga fosse stata nella intenzione del Pontefice, è chiaro che i diritti del Capitolo sarebbero stati ampliati e il Capitolo avrebbe acquistato un diritto che prima non aveva. A ciò si aggiunge che Leone X creò un diritto di patronato passivo in favore dei cittadini originari di Roma, e questo, se non è una vera riserva, costituisce nondimeno un impedimento che non permette la collazione dei Benefici di Roma ai chierici non romani di origine. Trattandosi dei diritto dei terzi, non può ritenersi valida una deroga, se di questa non se ne faccia chiara ed espressa menzione. Poiché nella Bolla *Ad honorandam* non si legge affatto questa deroga espressa, ne segue che la Bolla *Dum singularem* mantiene tutto il suo primitivo valore. E questo è confermato anche dalla prassi della Dataria.

Le quali cose tutte in diritto e in fatto considerate, invocato il SS. Nome di Cristo, Noi, qui sottoscritti, Uditori della S. R. Rota, mu-

niti di speciali facoltà dal Sommo Pontefice per giudicare e sentenziare nella presente questione, *pro tribunali sedentes,* ed avendo soltanto Iddio innanzi ai nostri occhi, decretiamo e definitivamente sentenziamo che il Reverendissimo Capitolo Vaticano nella collazione dei Benefici minori della Basilica è soggetto alla Regola IX della Cancellerìa Apostolica e alla disposizione della Bolla *Dum singularem* di Leone X; « cioè rispondiamo *affermativamente* alla prima e alla seconda parte del dubbio proposto.

Roma, 10 maggio 1916.

Mons. Guglielmo Sebastianeiii, Decano della S. R. Rota.
Mons. Federico Cattani-Amadori, Uditore della S. R. Rota.
Mons. Pietro Rossetti, Uditore della S. R. Rota.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

28 giugno 1916.* —** Il Revino P. Giuseppe Haegy, della Congregazione dello Spirito Santo, ***Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.

1 lug'io. — L'Emo signor cardinale Aidano Gasquet, ***Protettore delle Religiose Benedettine Cassinesi del Monastero di S. Giuseppe, in Assisi.***

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

29 aprile 1916. — Mons. Domenico Jannuccelli, della dioc. di Sessa Aurunca.
19 maggio. — Mons. Enrico Daly, dell'archidiocesi di Westminster.
6 giugno. — Mons. Gioffredo Granero, della diocesi di Pinerolo.
» — Mons. Celestino Ughetti, della medesima diocesi.
10 giugno. — Mons. Giovanni Salvioni, della diocesi di Bergamo.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

7 giugno 1916. — Mons. Serafino Pelimi, della diocesi di Livorno.
10 giugno. — Mons. Ambrogio Rizzi, della diocesi di Cremona.

Cappellano d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

24 maggio 1916. — Mons. Domenico Catalano, della diocesi di Gerace.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

5 aprile 1916. — Il sig. Girolamo Gigli, dell'arehidiocesi di Napoli.

3 giugno. — Il sig. conte Baldassarre di Compostella di Sanguineto, della diocesi di Padova.

— Il sig. Antonio de Toro Donoso, della diocesi di Santiago (Chili).

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

28 giugno 1916. — Il sig. cav. Camillo Beccari, dell'archid. di Bologna.

NECROLOGIO

9 giugno 1916. — Mons. Felice Gianfelice, vescovo di Boiano.

21 giugno. — Mons. Tommaso Alfonso O'Callaghan, vescovo di Cork.

27 giugno. — Mons. Roberto Brindle, vescovo titolare di Tacape.

1 luglio. — Mons. Giacomo Menwissen, vescovo titolare di Prusa.

Annus TUI - Yol. TUI Die 1 Augusti 1916 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTAEIXJM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XY

APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE

DE ERECTIONE ECCLESIASTICAE PROVINCIAE CARDIFFENSIS

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cambria, celtica gentis origine, linguae morumque usu ac traditionibus, ita est a ceteris Angliae regionibus distincta, ut requirere videatur etiam in ordine ecclesiastico a ceteris Ecclesiis secerni et hierarchia propria donari. Quod quidem sentientes, Birmingamiensis provinciae Antistites nuper Apostolicam Sedem rogarunt ut duae dioeceses, Neoportensis et Menevensis, quae totam Gambriam, seu Walliae principatum complectuntur, canonica divisione a metropolitico iure Birmingamiensi eximerentur et in novam ecclesiasticam provinciam constituerentur. Quibus votis annuentes, de consulto Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistoriis, memoratas duas dioeceses, praefata ratione separandas et dividendas censuimus, et decrevimus, et hisce Apostolicis Litteris separamus ac dividimus, et in novam ecclesiasticam provinciam erigimus atque constituimus. Cum autem valde congruat ut Episcopalis Sedes Neoportensis dioecesis in ea urbe sit, quae totius Walliae caput est ceterisque oppidis antecellit, hoc est *Gardiff,* idcirco Nos in hanc urbem transferimus Sedem Episcopalem Neoportensem, ibique constituimus, et venustum S. David

templum cathedrae episcopalis sedem esse decernimus; ipsamque Neoportensem dioecesim in posterum a civitate *Gardiff* nomine Cardiftensj venire iubemus. Eamdemque insuper totius Gambriae Metropolitanam erigimus cum omnibus iuribus, privilegiis et officiis, quae sedibus Metropolitanis propria sunt, et Sedem Menevensem in suffraganeam statuimus, firmis pro hac quoque nova provincia ordinationibus, quae in f. r. Pii Papae X Constitutione *Si qua est* diei vigesimae octavae mensis octobris anni millesimi nongentesimi decimi primi decreta sunt ad disciplinae ecclesiasticae unitatem arctius in Anglia servandam. Saeculare Capitulum in Metropolitana S. David Ecclesia constituatur iis sub legibus, quae circa numerum dignitatum et canonicorum, circa residentiam et chorale servitium, aliaque a novo Archiepiscopo post annum a capta dioecesis possessione Apostolicae Sedi proponentur et ab ea probatae fuerint. Cum autem bonum iustumque sit, ut inclitus S. Benedicti Ordo, qui de Ecclesia in Anglia et maxime in Neoportensi dioecesi valde benemeritus est, non minuatur, idcirco Nos statuimus atque decernimus ut monasticum Capitulum in loco *Belmont* penes *Hereford* et episcopalis cathedra ibi erecta in suo statu serventur et ut antea, iuxta tenorem decreti S. Congregationis de Propaganda Fide diei vigesimae primae mensis aprilis anni Domini millesimi octingentesimi quinquagesimi secundi perseverent, iis sub innovationibus quas Abbas praeses Congregationis Angliae Monachorum Ordinis S. Benedicti Sanctae Sedi infra idem superius statutum tempus proponet adprobandas, et quae ab ipsa fuerint probatae; adeo ut Archiepiscopus Cardiffensis duo habeat capitula, alterum saeculare et alterum regulare, duasque Cathedrales Ecclesias: capitulum autem regulare iuxta suas leges in cathedrali ecclesia Monasterii sacras functiones peragat, servato P. Priori Pontificalium privilegio. Una tamen sit episcopalis curia: idcirco quae documenta hucusque penes Episcopum Neoportensem vel penes Cathedralem Belmontensem servata erant et statum dioecesis respiciebant, eadem in civitatem *Gardiff* penes Archiepiscopum et novam Curiam ibidem erigendam transferantur. Quae autem hisce Litteris apostolica auctoritate a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo unquam tempore, infringere aut iis repugnare vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iurisdictionis statutis. Ad haec autem exsecutioni mandanda deputarmi» Venerabilem Fratrem Eduardum Ilsley, Archiepiscopum Birmingamiensem, eique necessarias huic negotio facultates tribuimus, etiam subdelegandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive

sententiam dicendi de quavis occurrente difficultate vel oppositione, imposito onere Romam ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses fidem authentica forma exaratam absolutae exsecutionis huius Nostri mandati transmittendi. Decernimus denique has praesentes Litteras valituras contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimosexto, die septima mensis februarii, Pontificatus Nostri anno secundo.

Loco >S Plumbi.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *S. B. E. Cancellarius.*

© C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *S. C. Consistorialis Secretarius.*

Iulius Campori, *Protonotarius Apostolicus,*
Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Reg. in Cane. Ap., vol. XIII, n. 18.

M. RIGGI, ***a tabulario C.*** *A.*

LITTERAE APOSTOLICAE

TEMPLUM S. MARIAE VULGO « DI POZZANO », APUD STABIAM SEU CASTRUM MARIS, TITULO BASILICAE HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigia persequentes, sacras Aedes, quae, ante actis aetatibus erectae artisque omne genus operibus exornatae, peculiari modo a Christifidelibus celebrantur, praeclaris titulis ac privilegiis, ad pietatem in Deum et beatos caelites cum animorum fructu, quantum in Nobis est, provehendam, libenter honestare consuevimus. Eas inter merito referendum est Sanctuarium Mariale, quod in colle vulgo *Pozzano,* prope Castrum Maris seu Stabiam, undecimo saeculo a fundamentis excitatum est,* et insequenti tempore non modo amplificatum, sed etiam omni excultum expolitumque artificio, in honorem vetustissimae Imaginis Virginis Deiparae, quae, olim in puteo reperta, christiano populo est in eodem templo ad venerandum proposita. Qua in re traditum est, beatam Virginem a Pozzano mirabilium gratiarum apud Deum seque-

stram se filiis praebuisse implorantibus; Stabiam civitatem tum ab excidio, quod saec. xvi Saracenorum copiae minitabantur urbi, tum a pestilentia saec. xvii late in eam regionem ingruente, tum a terrae motibus XVIII saec., tum denique nostra aetate a Vesuvii montis emptione, itemque a contagione, incolumem, miserentis Matris praesidio, evasisse feliciter. Quare, non e Campania et finitimis locis tantummodo, sed etiam e remotis disiunctisque regionibus peregrinari illuc Christina deles et persaepe confluere gregatim; Stabiani cives in honorem beatae Virginis a Pozzano, quam sibi Patronam delegerunt, Imaginem eius in insigne urbis inserentes, bis in anno, statis diebus, sollemnia magno apparatu agere, iisque, collata quoque stipe, municipalis Coetus publice adesse. Quarum habita ratione rerum, Ordo Canonicorum Basilicae Vaticanae anno MDCCCLXXIV, cum ingenti bonorum plausu laetitiaque, eandem Deiparae Imaginem aurea corona redimiit. Accedit, quod eo in templo Simulacra alia duo incolae advenaeque summa veneratione prosequuntur: alterum Christi e Cruce pendentis, quod mirandum in modum fertur illuc XVII saec. advenisse, cum exitium ab ignibus Vesuvii montis regioni illi immineret; alterum S. Francisci a Paula, quo nondum ad Superos evocato, sacrae Aedis custodia Sodalium Minimorum Ordini est auspicato commissa. Hi autem demandatum sibi officium tam naviter studioseque implent, ut nec divini cultus dignitas, neque incitamenta pietatis ibidem desiderentur; eos vero omnes, qui, piae peregrinationis causa, eo accedunt, sic excipere solent, uti heredes decet Legiferi Patris, cuius insigne « Charitas » est. Cum igitur et Venerabilis Frater Episcopus Stabiensis, canonicorum Ordine universoque clero suffragante, et Sodalium Minimorum Moderator Supremus, et ipsum Consilium civitati Castri Maris administrandae, Nos supplicibus votis efflagitaverint, ut templum, quod memoravimus, Basilicae titulo ac dignitate honestemus, huiusmodi precibus obsecundandum libenter existimamus. Itaque, apostolica Nostra auctoritate, hisce Litteris, perpetuum in modum, templum B. Mariae Virginis a Pozzano, Ord. Minimorum, titulo ac dignitate Basilicae decoramus, et privilegio augemus, cuius vi Basilicarum insignia deferri liceat, idest tintinnabulum et conopaeum, addito huic eiusdem templi stemmate, quod tamen ornamentis ex auro vel argento omnino careat. Decernentes, has Nostras Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et in posterum spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter

vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xv mensis iulii anno MCMXVI, Pontificatus Nostri secundo.

L.©S.

P. GARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

»

EPISTOLAE

I

AD ANDREAM CARD. PERRARI, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM, CETEROSQUE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE MEDIOLANENSIS PRAESULES, IN ANNUUM COETUM CONGREGATOS.

Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Epistola, quam Mediolani nuper congregati ad Nos dedistis, non vestra tantum verba ac vota pertulit, sed animum ita expressit, ut coniunctissimos vos Nobis et studio et obsequio et omni officiorum genere praestiterit. Vota vestra vota pacis sunt, quam a Deo ita vos precibus contendere scribitis, ut, auspice atque adiutrice apostolica Sede, iustitiae et caritatis osculo quantocius consecretur. Vix est quod, tam trepidis in rebus, magis optandum iis occurrat, qui germano religionis ac patriae amore ducuntur: provideque admodum vos scitote facturos si, ut consilium est, praecipua quadam cura actionem christiano more socialem complexi fueritis. Comparandae enim vel nunc eidem sunt plebes: coniungendae vires disciplinaque religionis ita muniendae, ut ipsis partae pacis beneficiis securius atque uberius frui catholicis liceat.

Delata interim a vobis officia grato Nos complectimur animo : consilia vero vestra ac proposita ita Deo commendamus, ut unicuique vestrum gregi quam maxime frugifera futura sint. Idque conciliet apostolica benedictio, quam, caelestium auspicem munerum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, dilecte Fili Noster, ac vobis omnibus, venerabiles Fratres, vestrisque dioecesibus peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxii maii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. ALOISIUM IAUCH SCRIBENS, PIUM OPUS A S. FRANCISCO SALESIO COMMENDAT. , «

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem. — A dilecto Filio Nostro Cardinali Caietano Bisleti, quo vos patrono utimini sane perstudioso, equidem grato animo accepimus pii Operis commentariolos, qui proximo biennio in lucem prodierunt. Cum semper enim Nobis fuerit optatissimum ut Opus vestrum catholicorum favore et gratia floreret, nunc in hoc apostolicae dignitatis fastigio constituti, libenter nancisci-mur occasionem ut illud commendemus. Profecto ad haec tempora, in quibus improbos videmus "omnibus et errorum vanitatibus et corruptelarum illecebris salutem christianarum gentium in discrimen adducere, nihil opportunius eo esse potest Opere, cuius est incorruptam in populis tueri fidem et christianum vitae cultum fovere. Quare laetamur et in vobis studium crescere pro Ecclesia Iaborandi et laborum vestrorum fructus usque lectiores existere. De quo Deo agentes gratias, rogamus ut vobis ope adesse vel uberiore pergat. Nam hoc maximo bello confecto, non parum vobis quoque erit ad sarciendas tantas societatis christianae ruinas enitendum. Auspicem vero divinorum munerum et paternae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, et omnibus qui isti favent operi, peramanter largimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die III mensis quintilis MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

QUO PLURA SOLVUNTUR DUBIA CIRCA INDULGENTIAS A TERTIARIIS SAECULARIBUS ORDINIS MINORUM LUCRANDAS.

Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum Supremae Sacrae Congregationi Sancti Officii sequentia humiliter exposuit:

Recolendae memoriae Pius Papa X, per Breve *Sodalium e Tertio Ordine,* datum die 5 maii 1909, in perpetuum concessit: « Ut quibus « pontificalis indulgentiae donis fruuntur, quosque de bonis operibus « spirituales fructus percipiunt familiae seraphicae primi et alterius « Ordinis, ea omnia Tertiarii Franciscales quotquot sunt utriusque « sexus et cuiusvis Instituti, vitae mortisque tempore participent ». insuper idem Pontifex oblatis sibi in eam rem precibus annuens, propriaque manu supplici libello subscribens, die 17 eiusdem mensis et anni in perpetuum pariter concessit: « Quatenus laudata Indulgentiarum et « spiritualium fructuum communicatione perfrui in perpetuum possint « quotquot sub patriarchae seraphici sancti 'Francisci vexillo militant, « ad quemcumque Ordinem vel Ordinum familiam pertineant ».

Iam vero ex hac indulta communicatione Indulgentiarum, non pauca dubia suborta sunt, quoad eiusdem interpretationem et applicationem ad casus particulares. Quapropter, ut secure procedatur in re tanti momenti, orator suppliciter rogavit ut authentice solverentur haec dubia :

I. Utrum vi praedictae communicationis, ecclesiae seu publica oratoria quae sint propria Tertii Ordinis Saecularis Franciscalis, gaudeant Indulgentiis concessis cuilibet ecclesiae et oratorio publico primi et secundi Ordinis nec non Tertii Ordinis Regularis favore omnium fidelium, qui ea loca certis diebus visitaverint?

II. Utrum fideles adscripti Tertio Ordini S. Francisci lucrari possint Indulgentias directe concessas ecclesiis seu oratoriis primi, secundi et tertii Ordinis Regularis, si loco ipsorum visitent ecclesiam seu capellani in qua sedes Sodalitii est. constituta, quamvis haec ecclesia seu capella ad Tertium Ordinem proprie non pertineat? Et, si affirmative,

III. An vi indultae communicationis, Tertiarii lucrari valeant Indulgentiam plenariam concessam visitantibus ecclesias primi Ordinis in * Commemoratione omnium Fratrum defunctorum, tum in die quo eadem Commemoratio celebratur apud Familiam sub cuius obedientia vivunt, tum etiam in die quo apud alias Familias celebratur, idest pluries per annum ?

IV. Utrum Indulta pro consequendis Indulgentiis favore Tertiariorum infirmorum, impeditorum, etc., de quibus agitur cap. V Summarii approbati a Sacra Congregatione Indulgentiarum die 11 septembris 1901, respiciant dumtaxat Indulgentias Tertio Ordini Saeculari directe concessas, an etiam communicatas ex primo, secundo ac tertio Ordine Regulari?

V. An haec communicatio a Pio X indulta valeat tam pro Indulgentiis ad ea usque tempora concessis quam pro illis quae in posterum Ordini Franciscali concedentur?

Et Eihi Domini Cardinales Generales Inquisitores, feria IV, die 7 iunii 1916, in ordinario coetu coadunati, respondendum censuerunt:

Ad I et II. *Affirmative.*

Ad III. *Negative,* sed semel tantum in anno.

Ad IV. *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Ad V. *Affirmative.*

Facta autem, feria V subsequenti, die 8, iisdem mense et anno, relatione Ssmo D. N. D. Benedicto div. prov. Papae XV, per R. P. D. Adsessorem, Sanctitas Sua sententiam Emorum Patrum benigne ratam habuit et confirmavit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor.*

Suprema S. Congregatio S. Officii

II

DECRETUM

DE FORMULIS PRECUM INDULGENTIIS DITATIS NON INTERPOLANDIS.

Ab hac Suprema Sacra Congregatione S. Officii petitum fuit: « An « formulae precum, ob aliquam immutationem in eis introductam, Indul-**ti** gentias eisdem a Sancta Sede adnexas amittant? ». Porro cum huiusmodi formulae Indulgentiis ditatae, antea accuratae revisioni subiici soleant, ac eis proinde quidquam demere, superaddere, vel in alios sensus inflectere, irreverentia et periculo non careat, et abusibus ansam praebere queat, Emi ac Rmi DD. Cardinales Inquisitores Generales, in plenario conventu habito feria IV, die 21 iunii 1916, declarandum censuerunt: « Formulas quascumque precum, laudum, invocationum, et « cetera, a Sancta Sede Indulgentiis ditatas, per quamlibet additionem, « detractionem, interpolationem, concessis Indulgentiis plane destitui ».

Et sequenti feria V, die 22, Ssmus D. N. D. Benedictus div. prov. Pp. XV, in solita audientia R. P. D. Adsessori Supremae S. Congregationis S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem benigne adprobare ac confirmare dignatus est.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali atque individua recordatione dignis, non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

f Donatus, Archiep. Ephesin., *Adsessor.*

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ANDRIENSIS

DE TITULO CATHEDRALIS PRO ECCLESIA S. SABINI IN CIVITATE CANUSÏNA

Ad examen revocato dubio utrum venerabili basilicae Sancti Sabini in civitate Ganusina titulus et honor competat cathedralis ecclesiae, Sacra Congregatio Consistorialis, attentis documentis et argumentis exhibitis, probante Ssmo Domino Nostro Benedicto Pp. XV, hisce Litteris declarat id ipsi competere: ideoque nihil obstare quominus titulo Cathedralis eadem basilica vocetur et honoretur.

Datum Romae, ex Secretaria S. C. Consistorialis, die 9 iunii 1916.

jjl C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

Ioannes Bapt. Rosa, *Substitutus.*

II

LETTERA AGLI ORDINARI D'ITALIA CIRCA I SACERDOTI MILITARIZZATI

Fin dal principio della guerra i sacerdoti ed i chierici chiamati al servizio militare furono per la Santa Sede oggetto delle più vive preoccupazioni, e per provvedere nel miglior modo possibile al nuovo stato di cose e alle gravissime necessità da esso create, questa S. C. con decreto del I° giugno dell'anno scorso istituiva il Vescovo Castrense per l'Italia, nominandolo Ordinario proprio di tutti i sacerdoti e chierici, sia del clero secolare che del regolare, i quali sul *campo di battaglia o negli accampamenti, o negli ospedali militari, o sulle navi, durante la presente guerra, avrebbero prestato comunque il loro servizio. Si ordinava quindi con lo stesso decreto, che tutti i chierici e sacerdoti

sopra nominati, anche regolari, di qualunque Ordine fossero, dovessero ubbidire al detto Vescovo come a proprio Ordinario; si dava a lui la facoltà di nominare e rimuovere i Cappellani militari, sentiti prima i rispettivi Ordinari per la nomina, e avvisatili in caso di rimozione; e gli si concedeva di nominare dei Vicari o Delegati dove e come fossero necessari per il migliore e più efficace adempimento del grave loro dovere.

A tutti è noto con quanto indefesso zelo il Vescovo Castrense si sia subito posto all' opera, e con quanta energia ed operosità egli continui nella sua missione; sicché il savio provvedimento preso dalla Santa Sede riuscì sommamente efficace ed utile tanto ai chierici e sacerdoti militarizzati, quanto all'assistenza religiosa dell'esercito.

Tuttavia, se l'esperienza di un anno ha dimostrato che fu opportunissimo il provvedimento preso dalla Santa Sede d'istituire l'ufficio del Vescovo Castrense, il quale da parte sua conforta i chierici ed i sacerdoti militarizzati con la sorveglianza e con il consiglio, ha pure rivelato che esso non ha ancora conseguito tutto il suo scopo. Vi sono infatti chierici e sacerdoti facenti parte dell'esercito, i quali, sia per la loro lontananza dal Vescovo Castrense e dai suoi Delegati, sia per altri motivi, non traggono dalla benefica istituzione tutta quella utilità e quel vantaggio che sarebbe desiderabile.

A miglior custodia quindi del clero militarizzato nella via del bene e del dovere, a miglior salvaguardia dello spirito ecclesiastico in tutti quelli che dovettero passare dal seminario o dal santuario nell'esercito, ad assicurare un giorno i singoli Vescovi sulla condotta tenuta dai loro ecclesiastici durante la milizia, il Santo Padre ha creduto di dover stabilire le seguenti norme dirette a coordinare l'azione degli Ordinari Diocesani, dei Superiori regolari e del Vescovo Castrense in quest'opera di così grande importanza.

I. - Quantunque i chierici e sacerdoti militarizzati, tutti, siano soggetti al Vescovo Castrense come a proprio Ordinario nell'esercito; tuttavia non si devono considerare punto esenti dalla vigilanza e tutela del Vescovo della città e diocesi dove essi casualmente dimorano: nè il Vescovo stesso può esimersi da questa vigilanza e tutela; ma la deve esercitare come si dirà negli articoli seguenti, con qualche analogia a quello che il diritto ha stabilito pei religiosi, i quali se *extra claustra* vengono a commettere qualche mancanza, possono essere richiamati al dovere dall'Ordinario diocesano.

II. - In forza di questo principio, ogni Ordinario diocesano avrà una attenta cura dei chierici e sacerdoti militarizzati che si trovano nei limiti della sua diocesi, e finché in essa rimangano, benché essi non

siano suoi diocesani od appartengano a qualche Ordine o Congregazione religiosa. A tal fine:

a) si studierà di conoscere quanti e quali siano quelli che si trovano nella sua diocesi, chiedendo, se sia d'uopo, le opportune notizie all'officio del Vescovo Castrense in Roma;

b) vigilerà per sapere dove e come i sacerdoti militarizzati celebrano la S. Messa; e richiamerà al dovere quelli i quali, obliando che *sancta sancte sunt tractanda,* venissero meno al loro dovere: e se essi celebrassero non nei debiti modi nelle chiese della diocesi, potrà dopo, il primo o secondo avvertimento interdirli dal più celebrare: se invece negli Ospedali od altri luoghi dipendenti dall'Ordinario Castrense, avvertirà l'officio di questo Prelato in Roma per i necessari provvedimenti;

c) parimenti vigilerà aftinché cotesti chierici e sacerdoti non vadano senza necessità nei « caffè » e pubblici ritrovi meno propri pel clero : e provvederà con paterni richiami e, se sarà necessario, con salutari sanzioni (che potranno anche arrivare alla sospensione *a divinis* nei casi gravissimi) onde tenerli lontani da simili luoghi e pericoli;

d) nelle città e luoghi dove si trovasse un certo numero di chierici e sacerdoti militarizzati, l'Ordinario locale sceglierà un sacerdote pio e prudente, che convochi tutti costoro ogni settimana, o almeno ogni due settimane, per una santa conferenza sui doveri del proprio-stato. Ed il Vescovo stesso quando potrà cerchi di intervenirvi e dirigere ad essi personalmente parole paterne di esortazione e consiglio. Nulla poi di meglio se al clero militarizzato si potesse offrire un luogo dove nelle ore libere potesse ogni giorno convenire e trattenersi in buona e salutare compagnia;

e) sarà cura dell'Ordinario di tener conto di quelli che intervengono, e mancano a queste conferenze. E parimenti dei nomi e della condotta religiosa e morale di ognuno, tenendo apposito e riservato-registro nella sua Curia.

III. - Se, *quod Deus avertat,* da parte di qualche chierico o sacerdote militarizzato venisse commessa qualche grave mancanza, l'Ordinario* locale, benché da parte sua con gli ammonimenti, correzioni o castighi-opportuni abbia provveduto, dovrà tuttavia avvertirne subito sia l'officio-del Vescovo Castrense in Roma, sia l'Ordinario proprio del chierico o sacerdote, sia in fine (qualora cotesto chierico o sacerdote durante il servizio militare passasse in altra diocesi) anche l'Ordinario della, medesima.

IV. - Nei centri dove risiede un Vicario o Delegato del Véscovo-Castrense, questi dovrà tenersi in stretta relazione colla Curia ed Ordi-

nario locale, e viceversa, onde con mutuo accordo curare il maggiore e miglior bene dei clero militarizzato.

V. - Tutti gli Ordinari Diocesani propri dei singoli chierici e sacerdoti riguardino come uno dei loro principali doveri il mantenere, o per sè o per mezzo di uno o più sacerdoti a ciò delegati, una corrispondenza epistolare veramente paterna con i loro chierici e sacerdoti militarizzati, per poterli così seguire, sostenere e. guidare in mezzo ai tanti pericoli nei quali si trovano. Lo stesso facciano i Superiori degli Ordini e Congregazioni religiose con i loro sudditi, che si trovano nelle stesse condizioni.

VI. - Ogni Vescovo Diocesano ed ogni Superiore degli Ordini e Congregazioni religiose trasmetterà al più presto (qualora già non lo avesse fatto) all'officio del Vescovo Castrense in Roma i nomi dei suoi chierici e sacerdoti, richiamati sotto il servizio militare, aggiungendo quelle informazioni che crederà più opportune, per rendere possibile al Vescovo Castrense una vigilanza speciale sui medesimi, e più efficaci gli ammonimenti a quelli che ne abbisognassero.

Egualmente i cappellani militari sia delie singole unità mobilitate sia degli Ospedali di riserva, i quali risiedano in città Vescovili, faranno periodicamente una visita al Vescovo della diocesi od al suo Vicario generale, al fine di cui sopra, e per il miglior adempimento dei loro doveri religiosi.

VII. - Finita la mobilitazione, sarà cura del Vescovo Castrense di partecipare agli Ordinari diocesani ed ai Superiori degli Ordini e Congregazioni religiose le notizie che egli ha dei rispettivi chierici e sacerdoti, siano esse buone o meno, onde essi possano opportunamente regolarsi nel riceverli nuovamente sotto la loro dipendenza.

Egualmente farà ogni Vescovo pei chierici e sacerdoti non suoi diocesani, i quali abbiano dimorato per notevole tempo nella sua diocesi, qualora qualche cosa di speciale, sia in bene sia in male, abbia dovuto di essi notare durante la permanenza nella sua diocesi.

VIII. - Per espresso volere e disposizione del Santo Padre, le prescrizioni presenti hanno forza e valore di legge, ed obbligano tutti alia piena loro osservanza, *contrariis quibuslibet minime obstantibus.*

* * *

Confida questa S. Congregazione che queste norme, le quali sono una testimonianza della paterna cura delia Chiesa e della vigilanza del Sommo Pontefice verso tante giovanf speranze del Santuario e vèrso tanti sacerdoti che si trovano in mezzo ai pericoli, e talora anche in

condizioni punto conformi allo stato sacerdotale, valgano a custodire tutti efficacemente nella santità della vita e nella via del dovere.

E perchè ogni umana diligenza è vana se ad essa non va unita l'assistenza della divina grazia, non manchino i Vescovi e i Superiori degli Ordini e Congregazioni religiose di pregare caldamente il Signore, e di sollecitare con vive raccomandazioni le preghiere dei fedeli, e specialmente delle comunità religiose, in favore del clero militarizzato.

Dato a Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione Concistoriale, li 16 Giugno 1916.

G. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

L..®S.

f T. Boggiani, Arciv. di Edessa, *Assessore.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

8 iulii 1916. — Cathedrali ecclesiae Soanensi-Pitilianensi praefecit R. D. Recaredum Carlesi, iam vicarium generalem Tiburtinum.

— Cathedrali ecclesiae Nursinae R. D. Vincentium Migliorellî, archipresbyterum ecclesiae cathedralis Maceratensis.

10 iulii. — Cathedrali ecclesiae Harrisburgensi Rmum D. Philippum Mac Devitt, Praefectum scholarum parochialium Philadelphiae.

15 iulii. — Cathedralibus ecclesiis Nepesinae et Sutrinae R. D. Aloisium Olivares, Congregationis Salesianae, parochum S. Mariae Liberatricis in Urbe.

IV

NOMINATIONES

Decretis S. Congregationis Consistorialis, Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV nominare dignatus est:

7 iulii 1916. —- R. P. D. Vincentium Sardi, archiepiscopum titularem Caesariensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Tiburtinae.*

— R. P. D. Ioannem Regine, archiepiscopum Tranensem et Barolensem, *Administratorem Apostolicum dioecesis Andriensis, perdurante infirmitate qua episcopus B. P. D. Ioseph Staiti a dioecesis regimine prohibetur.*

SACKA CONGREGATIO CONCILII

CONCORDÏEN.

IURISPATRONATUS

Die 17 iunii 1916.

1. *Species facti.* - Beneficium parochiale oppidi vulgo *Arsene*, Concordiensis dioecesis, iuripatronatus subditur familiae comitum *di Valvasone.* Verum viget in Veneta ditione ius particulare, cuius initium ducunt a quadam *Circolare* C. R. Gubernii, d. 13 maii 1818, n. 8690-1493 (apud Saredo, *Cod. del Dir. pubbl. eccles, del Regno d'Italia;* parte IÏÏ, p. 1167), cuiusque vi etiam pro paroeciis de iuspatronatus laicorum ibi indicendus est concursus in forma Tridentina, et patronus Episcopo praesentare tenetur ex iis dumtaxat quos idoneos praevius concursus demonstraverit. Accidit autem in postrema vacatione praefatae paroeciae, mense novembri 1913, ut concursus, semel iterumque indictus, desertus penitus evaderet; tunc patronus Episcopo reverenter significavit, sibi, ad normam iuris communis, facultatem esse quem voluerit praesentandi, absque novo concursu. Renuit tamen Episcopus, tertioque concursum indixit; sed rursus frustra, quia qui solus periculum subierat, ab examinatoribus non fuit approbatus. Hinc sumpsit idem Episcopus causam rescribendi Patrono paroeciam loci *Arsene* evasisse in casu liberae collationis, ac propterea per solum Episcopum tunc esse .conferendam. Patronus quidem, in obsequium Episcopi, declaravit « di disinteressarsi *« per questa volta,* della nomina del parroco di Arsene » ; verum ut quod sibi competere censebat ius integrum servaret, rem detulit ad hanc S. Congregationem Concilii postulans sibi recognosci facultatem libere eligendi et praesentandi, post duplicem frustra indictum seu peractum concursum.

% *Synopsis disputationis ex voto Consultoris* - Notissimum quidem est formam concursus in paroeciis saecularibus conferendis, inductam fuisse lege Concilii Tridentini, cap. 18, sess. XXIV, *de ref.* Ante enim hanc latam legem, generatim beneficia curata saecularia conferebantur vel libera collatione ab Episcopo, vel praevia simplici praesentatione

Patroni, sive ecclesiastici sive laici, ita quidem ut taliter praesentatus •ab Episcopo, praevio examine, *idoneus* esset recognoscendus. Concilium Tridentinum obligationem praeterea concursus induxit, sed dumtaxat quoad paroecias saeculares liberae collationis, et iuris patronatus ecclesiastici, nihil innovando quoad iuspatronatus laicale. Hinc ex iure communi etiam post Tridentinum, « sine concursu conferuntur parochiae « quae sunt de iurepatronatus laicorum ; sufficit enim pro istis quot! « praesentatus a patronis, examinetur ab examinatoribus synodalibus « et ab ipsis idoneus iudicetur » (Ferraris, v. *Beneficium,* III, 51, cum communi).

3. Sed praeterea Patres Tridentini non ambiguis verbis nonnullos casus recognoverunt, in quibus concursus lex cessaret, etiam quando de cetero viget; legimus enim: « Si tamen adeo exigui redditus dictae « parochialis fuerint, ut totius huius examinationis operam non ferant, *« aut nemo sit qui se examini quaerat subiicere,* aut ob apertas factiones « seu dissidia, quae in aliquibus locis reperiuntur, facile graviores rixae «-ac tumultus possint excitari, poterit Ordinarius, si pro sua conscien- « tia de deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, *hac forma omissa,* « privatum aliud examen adhibere, etc. » (c. 18, sess. XXIV, *de ref.)* Quae verba, quum legantur consecutive ad textum de paroeciis iuripatronatus subiectas, iam apparet ea non posse coarctari ad casum liberae collationis dumtaxat.

Porro quando praefati casus contingunt, communis sententia est, obvia legis interpretatione suffulta, *reversionem* fieri ad ius ante Concilium olim vigens. Id expressis verbis, quoad paroecias liberae collationis, profitetur card. De Luca *(De parochis,* disc. II, n. 7): « Elapso « termino et nemine comparente, in libera facultate Episcopi est absque « concursu conferre parochialem personae idoneae sibi benevisae ad tra- « mites iuris communis, ad quod, *tamquam cessante dicta nova forma « Conciliari, fieri dicitur r eversio* ». Et citat Garcia, c. % p. IX, m. 218; Barbosa, *de Par.,* c. % n. 51, et in *Collect, ad Conc.,* h. c, n. 70; potestque idipsum innumeris huius S. C. resolutionibus confirmari (cfr. Pallottini, v. *Concursus, %* 1, n. 35 s.). Sed hanc normam non esse coarctandam ad casum liberae collationis, ac extendi debere etiam ad casum iurispatronatus ecclesiastici, colligitur ex obvio principio quod ubicumque cessat nova lex, qua restringebatur, ius antea adquisitum et constans resurgit planeque viget; dum supra vidimus ex ipso textu legis, seu ex ipso cap. Concilii, quo inducitur obligatio concursus, in nonnullis ibi recensitis casibus, etiam quoad paroeciales iuripatronatus ecclesiastico subiectas, permitti ut haec forma collationis, nempe concursus, omit-

tatur; ibi: « Si tamen, etc., poterit Ordinarius ... *hac forma omissa,* priva-« tum, etc. ». Nec opponere iuvaret praesumptionem iuris magis favere Ordinario quam Patrono ecclesiastico, quum manifestum e contrario sit Concilium Tridentinum dum formam concursus induxit, favere directe intendisse dumtaxat *ecclesiae* et coarctasse libertatem non minus Ordinarii quam Patroni ecclesiastici : ecclesiae autem favori semper consul-* tum manet, dum etiam praesentandus a Patrono ecclesiastico est ab examinatoribus iudicandus ut *idoneus* declaretur. Ceterum hic agitur non de favore decernendo, sed de non praeiudicando iuri adquisito et constanti Patrono, quod in casu contraria legis dispositione non elidi supponitur (cfr. etiam Pitonium, *de Controv. Patron.,* alleg. V, vol. I, n. 32, ubi S. R. Rotam quoque in hanc sententiam citat).

4. Haec ipsa interpretationis principia si valent de iure *generali Tridentino,* quo subiiciuntur legi concursus paroeciales de iurepatronatus *ecclesiastico,* non minus profecto valere debent de iure *particulari,* in ditione Veneta et alibi vigenti, quo eidem legi concursus subduntur quoque paroeciae de iurepatronatus *laicorum,* quas Concilium Tridentinum, ut vidimus, ab hac obligatione liberas servaverat. Nempe quoties forma concursus, particulari iure praescripta, adhiberi nequeat, reversionem fieri ad ius commune seu generale. Etenim, in primis, hoc iure particulari, ad summum *aequiparatio* fieri videtur paroeciarum de iurepatronatus laicali cum paroeciis de iurepatronatus ecclesiastico : hinc quoties cessat obligatio legis concursus pro patrono ecclesiastico, et quidem ita ut, ex disputatis, reversio fiat ad antiquum ius, in iisdem etiam casibus cessat eadem obligatio pro patrono laico, qui igitur liber manet eligendi et praesentandi sine concursu quem maluerit Episcopo, a quo praesentatus, praevio examine, idoneus erit recognoscendus. Incontroversum autem est evenisse casum quo cessat lex concursus « *si nemo sit « qui se examini quaerat subiicere* » idque facto constiterit, quum semel et iterum frustra indictus sive peractus concursus fuerit.

5. Adversus haec non opponitur in casu a Curia Concordien. nisi asserta contraria *consuetudo:* « Sta invece almeno qui da noi e nelle « diocesi del Veneto, la consuetudine, ormai diventata legge, che, andati « deserti *tre* concorsi, l'elezione e la nomina del parroco si devolve al « Vescovo ». Ac nemini dubium, si asserta consuetudo exstaret, non solum quoad paroecias liberae collationis, quod est omnino iuxta legem, sed etiam quoad paroecias de iurepatronatus ecclesiastico et laicali, maximum pondus illi tribuendum foret. Sed in praesenti talis consuetudo asseritur tantummodo, ex una parte, ex altera vero negatur: nec a Curia allegatur nisi unus casus in quo veniat ecclesia paroecialis de iurepa-

tronatus laicali, atque hic casus nihil probat, non solum quia *unicus,* dum consuetudo exigit saltem *similium actuum frequentiam ;* verum etiam quia ad minus *aequivocus,* quum ex actis constet, collationem quidem in eo casu factam fuisse ab Episcopo, sed praevio consensu Patroni, *« d'accordo col Municipio »* et salvis iuribus quaesitis, « *salvo il diritto & « dei terzi ».*

RESOLUTIO. - S. Congregatio Concilii, in plenariis Eñiorum ac Rmorum Patrum comitiis, habitis die 17 iunii 1916, proposito dubio: « *Utrtim post concursum semel iterumque frustra indictum vel peractum, locus fiat devolutioni, an potius maneat patrono ius eligendi et praesentandi in casu »,* respondendum censuit:

Negative ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto div. prov. Papae XV relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium in audientia die 19 eiusdem mensis et anni, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum adprobavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA PIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

7 iulii 1916. — *Vicarius Apostolicus Scen-si centralis,* R. P. D. Eugenius Massi, ex Ordine Fratrum Minorum, episcopus titularis Ioppensis, iam Vicarius Apostolicus Scian-si septentrionalis.

— *Vicarius Apostolicus Scian-si septentrionalis,* R. P. D. Agapitus Fiorentini, ex Ordine Fratrum Minorum, episcopus titularis Rusaditanus.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

DE MANILA

LEGATORUM PIORUM.

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 7 februarii 1916, RB. PP. DD. Guilelmus Sebastianeiii, Decanus, Ponens, *Seraphinus Many et Ioannes Prior, Auditores de Turno, in causa De* Manila - Legatorum piorum, *inter* S. Provinciam Sanctissimi Nominis Iesu S. Augustini, *repraesentatam per legitimum procuratorem Thomam Ambrosetti, advocatum, et Bevmum* Archiepiscopum de Manila, *nec non Bev.* Vincentium Lapus, *parochum loci Candaba, repraesentatos per legitimum procuratorem Christophorum Astorri, advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Die 22 aprilis 1565 ad Philippinarum insularum oras appulsi Religiosi Ordinis Eremitarum S. Augustini, tam vehementer Evangelii praedicationi operam navarunt, ut illius regionis apostoli merito fuerint vocati. Brevi in sacram provinciam sub invocatione SSmi Nominis Iesu, ob ibi repertam pueruli Iesu imaginem, sese efformarunt, eam partientes in quatuor ditiones, seu linguas, i. e. de Manila, de la P ampanga, de Reslocos et de Zebut, et anno 1578 in oppido de Candaba, quindecim leucis ab urbe de Manila, conventum et ecclesiam S. Andreae dicatam condiderunt, omnia parochialia munera ibi obeuntes. Post saeculum a fundatione religiosae domus, piissima ac ditissima dna Lucia Gumamela, suo testamento diei 10 decembris 1679, sacrae recensitae provinciae et Candabensi conventui duo legata reliquit cum onere missarum, decernens in clausula 115: « dichiaro... che le terre del monte di Masin le ebbi in eredità del mio « padre D. Luca Vitan; esse comprendono il territorio da dove inco- « mincia il fiume di Manlin fino al monte di Bassa da una parte e dal- « l'altra, anche da dove incomincia il fiume di Manlin, scendendo ad « Inaptanpinand fino a C ala vitan e fino al monte al disopra del fiume

« di Caulang, terre tutte presentemente mie, dichiaro che le dono in « elemosina alla provincia del SS. Nome di Gesù del nostro P. S. Ago- « stino. A volontà dei nostro P. Provinciale si dovranno fondare cap- « pellanie ed applicare messe per i miei genitori, per i miei fratelli.... « e per me. Ma la parte che ha D. Gaspare Balagtas si lasci da parte « perchè è mio condomino ».

in clausula autem 116: « dichiaro inoltre che tutti i miei terreni vSemi- « nativi, che a nessun altro appartengono, lascio in elemosina al con- « vento di S. Andrea di questo paese di Candaba, e che il P. Priore « Fr. Giuseppe della Croce a sua volontà eriga cappellanie, perchè « godano di messe le anime dei miei genitori e dei miei fratelli ».

Morem gerentes religiosae feminae Fratres Augustiniani, peracta cum condomino fundorum divisione, sibi institutis praediis potiti sunt, et in propria ecclesia oneribus impositis satisfecerunt. Res, post varias tamen vicissitudines, ita se habuerunt usque ád annum 1898, quo insulae Philippinae sub imperio transierunt Statuum foederatorum Americae septentrionalis. Quo tempore regulares ecclesias, et animarum regimen dimittere coacti sunt, eisque presbyteri saeculares suffecti fuere. Cura animarum in oppido Candaba cum conventu et ecclesia S. Andreae tradita fuit Rev. Vincentio Lapus; qui autumans praedia a domina Gumamela relicta pertinere ecclesiae S. Andreae, die 31 decembris 1904 in iudicium rapuit Patres Augustinianos coram Archiepiscopo de Manila petens ut ipsi, utpote parocho Candabensi, praefatorum praediorum administratio concederetur. Et die 14 augusti 1908 sententia prodiit actori favorabilis. Ab hac sententia S. Provincia tempore utili appellavit ad viciniorem Episcopum dioecesis *Nova Gaceres* iuxta Constitutionem *Exposcit* Gregorii XIII, 15 maii 1573. Appellationem admisit iudex primae instantiae, et die 24 augusti 1908 appellantem remisit ad iudicem ad quem, praefixo ad comparendum termino triginta dierum: die autem 2 septembris acta processus ad iudicem appellationis transmissa sunt, et ab eo recepta die 12 eiusdem mensis. Porro die 6 octobris Episcopus dioecesis *Nova Gaceres*, cum elapsus esset terminus 30 dierum, quin Procurator Provinciae ullo modo comparuisset, hoc notum fecit iudici primae instantiae, qui exinde die 22 octobris appellationem desertam esse, sententiamque in rem iudicatam transiisse pronunciavit. Cum vero post biduum, i. e. die 24 octobris, Antistes *Nova Gaceres* scripturam a Procuratore Provinciae Patre Antonio Lozano recepisset, qua postulabat, ut veluti praesens haberetur ad prosequendam appellationem, hanc scripturam non admisit, et decretum edidit: « Si dichiara deserto l'appello, e la sentenza del Tribunale « ecclesiastico di Manila resta ferma e con valore di cosa giudicata ».

Neque hic controversiarum finis. Cum enim die 9 decembris specialis procurator Ioseph Villapol bona capellaniae, iuxta clausulam testarne ntariam 116 tradidisset parocho Vincentio Lapus, hic bona recusavit, asserens non haec tantum bona sibi esse tradenda, sed omnia bona, quae sic dictam vulgo « azienda di Delayap » constituunt; scilicet bona omnia clausularum 115 et 116. Procurator Provinciae petiit, ut ad determinanda bona traditioni obnoxia specialis instructio fieret. At iudex Manilensis nova sententia, seu decreto diei 11 ianuarii an. 1909 petitam instructionem non admisit, et sub comminatione censurarum iussit, ut intra octo dies omnia bona traderentur. Contra hanc iudicis iussionem protestatus est et appellavit Pater Provincialis, sed hanc appellationem aut recursum reiecit iudex Manilensis, praecipiens intra quatuor dies omnia bona tradi. Sacra provincia ad scandala vitanda praecepto optemperavit, provocans eodem tempore ad H. S. T., in quo hodie causa disceptatur sub duobus a partibus concordatis dubiis:

1. An sit locus restitutioni in integrum a sententia Curiae Archiepiscopalis de Manila die 14 augusti 1908.

Et quatenus affirmative:

2. Ad quem pertineat dominium controversorum bonorum cum fructibus legatorum a pia femina Lucia Gumamela in casu.

Dubium primum respicit in integrum restitutionis remedium, proinde exclusa manet quaestio, an sententia iudicis Manilensis fuerit valida vel non ob privilegium exemptionis, quo fruuntur Fratres Augustiniani. Hinc quamvis contendentium patroni in propriis defensionibus hanc quaestionem tetigerint, Patres dixerunt neque directe, neque ' indirecte esse in ea interloquendum, cum fas non sit praetergredi limites in litis contestatione statutos. Quo adnotato, restitutio in integrum, primum inducta ob aequitatem naturalem a Praetore, et recepta postea in sacris canonibus, est « extraordinarium iuris remedium, quo notabiliter laesus « in eum statum, seu ius reducitur, in quo fuerat ante laesionem ». Ut autem hoc remedium concedatur tria requiruntur, scilicet: I° ut adsit laesio gravis ac notabilis iuxta arbitrium boni viri, seu discreti iudicis; proinde non attenduntur laesiones leves; 2° ut « laesio illa gravis acci- « derit dolo adversarii, vel inconsulta facilitate laesi, aut negligentia sui «procuratoris... idque vel manifeste constet, vel saltem in iudicio per « laesum rite probetur » (Reiffenst., in tit. *De in integrum restitui.*, n. 11); 3° ut adsit iusta causa, circa quod ultimum requisitum distinguendum est inter maiores et minores, aut ecclesias, quae iure minorum hac in re frui censentur, uti expresse legitur in cap. 3, tit. citati. Maiores non restituuntur nisi ob aliquam iustam causam: v. gr. quod impediti fuerint,

ne agerent, ob belli vincula, absentiam, etc. Si autem de minoribus, vel ecclesiis agitur, iusta causa non requiritur, aut potius semper praesumitur, ob favorem infirmae aetati aut religioni debitum. Nomine, vero^ ecclesiarum non intelliguntur tantum ecclesiae stricte dictae, sed veniunt etiam beneficia, monasteria, loca religiosa, etc., uti notum est.

His in iure adnotatis, Patres declararunt annuendum esse petitioni PP.. Augustinianorum familiae SSmi Nominis Iesu, eamdemque in integrum esse restituendam tum contra sententiam 14 augusti 1908,'tum contra alia iudicis acta et decreta, quae ab illa pendent. Re quidem vera : agitur in casu de provincia Augustiniana insularum Philippinarum et de conventu de Candaba, quae, uti diximus, iure minorum fruuntur. Ad minores autem restituendos sufficiunt laesio gravis et negligentia, aut ignorantia procuratoris. Quod autem adfuerit laesio gravis, res per se patet, nec controverti potest. Sententia enim gravissimum onus Augustinianis imposuit; et appellatio, quam adversus eam interposuerunt, fine et effectu suo frustrata est, quia ex ignorantia aut negligentia eorum, qui provinciam repraesentabant, quocumque nomine vocentur, fatalia appellationis prosequendae, scilicet terminus triginta dierum a Iudice Manilensi praescriptus, inutiliter decurrerunt. Hinc, quin alia quaeramus, dubium non est restitutionem in integrum esse in casu concedendam.. In cap. % tit. *De rest. in integr.,* Innocentius III monachos Rothonenses restituit, quia ipsorum procurator quaedam documenta exhibere neglexit: « ne ipsius negligentia in damnum tam nostrum, quam monasterii « redundaret ».

Neque dicatur Augustinianos hoc restitutionis beneficium petere debuisse apud iudicem secundae instantiae, i.-e. Episcopum *de Gaceres.* Nam, praeterquamquod hic appellationem dixit desertam, causam a se repulit, et sententiam Manilensem rem iudicatam declaravit, restitutionis in integrum petitio « proponenda est vel penes tribunal iudicis, « qui sententiam tulit,* vel penes tribunal iudicis superioris (Santi, in tit. *De rest. in ini.,* n. 13). Nomine autem *iudicis superioris* non venit tan tum iudex appellationis, sed etiam Sedes Apostolica, quae habet concurrentem potestatem cum omnibus Ordinariis, et ad quam provocari potest non solum in tertia vel ultima instantia, sed etiam in secunda. Neque ulterius dicatur S. R. Rotam esse incompetentem ex can. 14, n. 4, *legis propriae in* quo legitur: «Videt quoque de recursibus pro restitutione « in integrum a sententiis quibusvis, quae transierint in rem iudicatam, et « remedium invenire non possunt apud iudicem secundae instantiae iuxta « tit. *De restii, in int.,* dummodo tamen non agatur de re iudicata ex sen- « tentia S. R. Rotae, et in his iudicat tum de forma tum de merito ». Ete-

nini verba «quae... remedium invenire non possunt», intelligenda sunt de alio remedio, non vero de in integrum restitutione, secus inutilia prorsus essent, et potestas concedendi restitutionem tunc tantum exerceri posset, quando restitutio in integrum iniuste a iudice secundae instantiae recusata fuit, et recursus interpositus fuerit ad nostrum Auditorium. Verum hac unica in hypothesi Rota erit competens non vi § 4, sed vi §.% eiusdem can. 14, scilicet per legitimam appellationem a sententia iudicis secundae instantiae. Ne itaque dicamus legislatorem frustraneam concessisse potestatem, admittere debemus Rotae competentiam quoad restitutionis beneficium, etiam in casu, quo huiusmodi remedium peti et obtineri posset a iudice secundae instantiae.

Quoad secundum dubium DD. Patribus placuit ante omnia determinare naturam legatorum, de quibus agitur. - Cl. Berardi, in suis Commentariis in ius ecclesiasticum universum, vol. i, p. 441, haec habet: « Distat capellania ab anniversariis ceterisque piis defunctorum relictis, « quod in capellania certi fundi demonstrantur, atque a patrimonio, « seu hereditate fundatoris, segregantur, quasi dos eiusdem capella- « niae adsignanda capellano, sed in anniversariis ceterisque piis relictis, « praecipua habetur personalis obligatio heredibus imposita, etiam sine « ulla designatione fundorum ; quod si quandoque contingat certos fun- « dos pro executione pii relicti demonstrari a fundatore, haec tamen « demonstratio non eo refertur, ut indicetur fundos eosdem esse veluti « certam rem ab hereditate separatam, quasi dotem pii operis instituti, « sed eo, ut noverint heredes, quibus ex fundis .iuere quantitatem « debeant ad executionem piae voluntatis, vel noverint heredes manere « apud se praecipuam personalem obligationem, fundosque designatos « esse causa pii relicti hypotheca obligatos ». Ex his patet dominam Gumamela in clausulis 115 et 116 sui testamenti non veras nec proprias capellanías fundasse, sed tantummodo constituisse anniversaria, aut salaria cum onere missarum. Nec alio sensu, uti par erat, legatarii interpretati sunt testatricis voluntatem. Constat enim quod, acceptatis piis legatis, et habita potestate a capitulo provinciali, P. Ioseph de la Cruz, utpote Prior conventus Candabensis, die 25 ian. 1681, ex praedio Marimla quandam partem segregavit, ut ex eius fructibus piae foeminae voluntas ad exsecutionem mandaretur. Ulterius an. 1695 P. Bonaventura de Bejar, visitator ac procurator generalis, de mandato P. Generalis Francisci Gonzalez, per instrumentum a notario publico confectum, citatis omnibus proprietariis finitimis, quorum intererat, et condomino Gaspare Balagtas coram testibus, qui deposuerunt de agris Luciae Gumamela pertinentibus, ipsorum agrorum possessionem coepit « per

« la sacra Provincia e per il convento di S. Andrea del paese di Can- « daba ». Porro si veras capellanías testatrix fundasset, omnia bona ab eadem relicta in clausulis 115, 116 dotem capellaniarum constituissent, et P. de la Cruz non poterat partem segregare « per l'adempimento del « suddetto obbligo » (missarum videlicet celebrandarum); et P. Bonaventura haud processisset ad possessionem capiendam in favorem S. Provinciae et conventus loci Candaba totius latifundi dominae GumameLa.

Quibus animadversis, dubitandum non esse censuerunt Patres bona contenta in clausula 115 pertinere ad Provinciam Augustinianorum SSmi Nominis Iesu. Etenim, die 20 octobris 1905, patronus Rev. Vincentii Lapus disertis verbis protestatus est hic non agi de agris clausulae 115, qui indubie ad S. Provinciam spectant: « Non si discute, ait, « il legato della clausola 115, quello che è discutibile è il legato della « clausola 116 ». Et novus Patronus in suo primo restrictu haec scripsit: « At in casu hoc habetur, nempe dominam Gumamela clausula 115 sui « testamenti Eremitanos S. Augustini beneficasse et quidem ditissimo « legato. Hoc legatum autem .... relictum fuit favore universae provinciae « de Manila religiosorum S. Augustini,.... ita ut hoc ipso fruerentur « etiam fratres illi doctrinarii (ut tunc dicebantur) seu missionarii, qui « parochianis de Candaba ministrabant. Postea clausula 116 sui testa- « menti domina Gumamela legatum reliquit, de quo disputatur ». In nova autem responsione, n. 17: « Nos admittimus legatum illud (clausulae 115) « S. Provinciae factum fuisse, sed non est quaestio quoad huius clau- « sulae bona; sciendum enim est, cui hodie pertinent haec bona, et vi « cuius tituli. Et nos statim respondemus huic quaestioni, asserentes « haec bona pertinere parochiae vi assignationis eidem factae ab ipsis « religiosis, et vi usucapionis, ultra quam centenariae ». Duo igitur sunt tituli, vi quorum secundum novum actoris Patronum praefata bona a parochia acquisita sunt; scilicet assignatio facta parochiae ab ipsis religiosis, et usucapió seu praescriptio.

Assignationem quod attinet, Patronus nullam probationem adducit, nisi negativam hoc modo, n. 19: « Et certum esse hoc factum (assi- « gnationis) probatur ex eo quod cum anno 1774 Archiepiscopus de « Manila religiosos universos paroeciis privaret, bona universa, de qui- « bus agitur, comprehendebantur inter bona parochialia et non inter « bona S. Provinciae, ita ut in inventario iam memorato huius redituum « proposito Curiae Manilensi an. 1780 bona haec nullimode recensean- « tur ». Verum quod attinet ad bona Provinciae silentium inventarii facillime explicatur, si attendatur ipsam Provinciam an. 1771 e suis domibus expulsam fuisse, et bonis spoliatam, uti eruitur ex decreto

Gubernatoris Insularum Philippinarum diei 23 oct. 1771: non erat ergo, ut haec bona describerentur in inventario an. 1780. Ceterum constat Provinciam haec bona semper habuisse uti sua, non obstante spoliatione; siquidem in capitulo provinciali d. 1 maii 1784 decisum legimus: « Donamus conventui Manilensi omnia praedia et bona, quae Provincia « possidet in oppido de Candaba cum obligatione tamen adimplendi « onera eis annexa ». Certum igitur est Provinciam praedicta bona non assignavisse parochiae, sed potius retinuisse, uti sua, aut suorum conventuum. Aliunde praetensa illa assignatio, quocumque demum titulo, gratuito vel oneroso, facta, invalida prorsus et irrita fuisset, deficiente beneplacito apostolico, cuius nullum ullibi vestigium unquam repertum est.

Relate ad praescriptionem, haec certe ab anno 1771 usque ad annum 1826 incipere non potuit, quia, uti dictum est, Augustiniani e suis sedibus et bonis deiecti sunt, qui status violentus perduravit usque ad an. 1826. Quo quidem anno, decreto regio diei 8 iunii statutum reperimus ut parochiae Augustinianis, sicut aliis regularibus, restituerentur, sed realis restitutio non statim ubique facta est, ita ut in oppido de Candaba remanserit parochus saecularis D. Anicetus de Mercede usque ad suam mortem, an. 1854. Nec dicatur hoc spatio temporis, ab anno scilicet 1826 ad annum 1854, parochum saecularem praefatum D. Anicetum bona, de quibus agitur, possedisse, imo Ordinarium Manilensem praefato parocho haec bona adiudicasse vi sententiae d. 24 iun. 1834. Etenim haec sententia nullum praeiudicium PP. Augustinianis inferre potest, cum causa iudicata est in contradictorio, non cum Augustinianis, sed cum heredibus Luciae Gumamela; unde locus fit axiomati: « Res inter alios acta « aliis nocere non debet », quod desumptum est ex iure romano, 1. 63, *De re iudic,* XLÏI, 1. Ceterum licet admittatur praescriptionem incipere potuisse ab an. 1826, cum an. 1854 Augustiniani in bona sua loci Candaba redintegrati sint, non remanet pro praescriptione nisi spatium 28 ann., quod certe non sufficit; notissimum est enim in praescriptione contra ecclesias, et entia iuridica his assimilata, uti sunt conventus, loca religiosa etc., requiri tempus quadraginta annorum, uti patet ex capitibus 1, 6, 8, 9 *de praescriptionibus.* Nec valet dicere parochos Augustinianos,. qui an. 1854 in parochiam loci Candaba redintegrati sunt, possedisse bona, de quibus agimus, non uti regulares, sed praecise uti parochos, et proinde dictam praesumptionem inceptam an. 1826 continuatam fuisse usque ad nostra tempora, quod patere videtur ex *compositione* concessa an. 1894 P. Stephano Ibeas, parocho regulari loci Candaba. Sic enim secundum actoris Patronum in *nova responsione* n. 22 legimus

in epistola directoris generalis administrationis civilis: « È stata con« cessa a Fr. Stefano Ibeas, Rev. Parroco del popolo di Candaba, pro« vincia della Pampanga, la composizione con lo stato di alcuni terreni « che possiede questo amministratore della cappellania nella sua chiesa « nel distretto di Delayap, della giurisdizione di questo popolo e pro« vincia ». Verum in primis onus missarum improprie in praefata compositione vocatur capellanía, nec hoc accidit hoc loco tantum, sed multoties, ita ut forsan haec nominis improprietas causa fuerit praesentis controversiae. Deinde demonstrari nequit verus proprietatis aut possessionis titulus ex simplici epistola alicuius administri regii, quae se refert ad merum actum administrativum sine contradictorio peractum, ut est citata epistola. Denique ipse actor D. Vincentius Lapus in suo supplici libello, quem die 31 dec. 1904 obtulit Curiae Manilensi, recognoscit bona universa « azienda Delayap » esse nunc administrata ab ipso ordine Augustinianorum. En verba libelli, prouti referuntur in sententia appellata: «L'attuale parroco del paese di Candaba presentò la « domanda .... in forza della quale venga dichiarato a favore del par« roco di Candaba il diritto di amministrare, usufruire e sopportare i « pesi di una cappellania costituita su di alcuni terreni situati nel ter« ritorio di Delayap .... i quali presentemente si trovano amministrati « dalla Corporazione Agostiniana». En ergo ultimus status bonorum, de quibus agitur, qui status clare determinat sensum compositionis an. 1884 et qui retroascendit saltem ad an. 1814, in quo PP. Augustiniani in parochiam loci Cadaba reversi sunt.

Ex hisce omnibus concludendum est bona clausulae testamentariae 115 nec fuisse legata parochiae, nec fuisse ab illa acquisita assignatione, aut praescriptione; proinde sicuti ab initio legata fuerunt S. Provinciae, ita etiam hodie manent eiusdem Provinciae.

Modo de bonis clausulae testamentariae 116: quae DD. Patres pariter adiudicanda esse affirmarunt Fratribus Augustinianis. Et iure quidem.

1. Etenim hoc eruitur ex tenore clausulae eiusdem testamentariae: « Lascio in elemosina al convento del Beato S. Andrea», etc., quibus verbis apparet testatricem bona sua legare non parochiae, aut ecclesiae, sed conventui. Nec dicatur per conventum intelligi debere ipsam domum parochialem secundum usum illius regionis, in qua, cum ab initio missiones, seu parochiae, a parochis regularibus administratae sint, domus, in quibus habitabant, vocabantur Conventus, quod nomen remansit etiam quando regularibus parochi saeculares successere. At *a)* cum agatur de testamento condito coram notario, qui utique linguam iuridicam probe callebat, vox conventus intelligenda est in suo sensu iuri-

dico et canonico, qui est etiam eius sensus naturalis et obvius; *b)* plane ridiculum fuisset legare bona alicui simplici domui habitationis ; huiusmodi enim domus non est subiectum, sed obiectum iuris et dominii. Quod autem additur, testatricem iam in clausula 115 legatum pinguissimum S. Provinciae fecisse, et proinde praesumi debere ipsam in clausula 116 non iam regularibus, sed parochiae favere voluisse, nihil est; verba enim clara non indigent interpretatione. Hinc in capitulo provinciali 1680 PP. Definitores legatum intellexerunt uti factum non parochiae aut missioni, sed conventui regulari : « Diamo autorizzazione « al N. P. Provinciale perchè ... possa accettare le cappellanie che fondò « D. Lucia Gumamela per questa provincia e per il nostro convento « di Candaba ».

% Hoc idem demonstrat instrumentum die 2 iunii 1681, quo praedicta clausula 116 exsecutioni est demandata. In parte enim dispositiva huius instrumenti P. Ioseph a Cruce, Prior Conventus Candabensis, nomine Rev. Provincialis legatum fundavit in ecclesia et conventu S. Andreae, et ne esset aequivocatio in his verbis: «Ecclesia et Con« ventus » ter repetiit, bona esse « *ipsius conventus* et remanere debere *« bona conventus »*, et haec ipsa bona gravari onere missarum annuarum, ita ut Prior conventus has missas celebrare teneretur. Haec sunt verba P. Iosephi a Cruce: « dichiara che fin da ora, impone, assegna « e fonda e per sempre nella Chiesa o convento sotto la invocazione « di S. Andrea, che dota con le dette 45 cabalitas, con i detti stagni, « nella qualifica di Priore, che egli è di questo convento, afìinchè come « beni di esso siano conosciuti ed avuti, e in vista di essi, da ora e « per sempre abbia l'obbligo il detto R.d\o Priore di detto convento di « Candaba e gli altri, che in avvenire gli succederanno... di dire in cia« scun anno le dette 8 messe ... con le rendite e frutto che danno i « detti terreni seminativi, i quali presentemente resteranno come beni « del convento ». Quo certe nihil clarius fingi potest. Nec dicatur eumdem P. Vincentium a Cruce in eodem instrumento declarasse : « Donna « Lucia Gumamela lasciò disposto nella clausula 116 che si gravasse *« nella Chiesa di S. Andrea* del detto paese di Candaba 45 cabalitas di « terreno pulito »; praefata enim verba reperiuntur in parte narrativa instrumenti, quae, uti notum est, semper explicari et exponi debent iuxta partem dispositivam, quae sola facit legem.

3. Confirmatur assertum ex instrumento captae possessionis bonorum, de quibus agitur; nec non ex documentis, quae ad captam possessionem referuntur. Die 27 iulii 1690 iudex maior provinciae Pampanga decrevit ut possessio bonorum et terrarum Marimla daretur tum

S. Provinciae, tum conventui de Candaba: « Ordinò che si desse possesso alla detta provincia ed al detto convento di Candaba ed in loro « nome ai Rev. P. Fr. Giovanni de Otaiza ». Cum autem ob absentiam et deinde mortem notarii, huius decreti exsecutio longius differeretur, P. Bonaventura de Beyar, Procurator Generalis Prov. Augustinianae, petiit, ut tandem haec exsecutio fieret: haec sunt eius verba: « Fo istanza « alla S. V. di ordinare che mi si dia il possesso giuridico delle dette « terre a seconda degli atti prefati tanto per quanto spetta al detto « convento, quanto per quello che spetta alla detta provincia del « Ssmo nome di Gesù, come padroni proprietari di quelle ». Unde die 31 maii 1695, iudex maior Provinciae Pampanga rescripsit ut, citatis iis, quorum intererat, possessio daretur iuxta petita. Et revera post paucos dies, die scilicet 7 iunii, dicta possessio coram omnibus, quorum intererat, solemniter data est. Haec habentur in instrumento: « Il giorno « di martedì di questo mese di giugno alle ore 3 del pomeriggio fu « dato pessesso al R. P. Visitatore Fr. Bonaventura di Beyar, Procura- « tore Generale della provincia del Ssmo Nome di Gesù, per la detta « provincia e per il convento di S. Andrea del detto paese di Candaba « delle dette terre nominate Marimla e Delayap », et deinde confinia terrarum describuntur. Porro haec verba luce meridiana clariora sunt: agitur enim in his instrumentis iuridicis, authenticis et publicis de ipso conventu S. Andreae, et ipsi conventui bona attribuuntur, et possessio datur non parocho, aut rectori ecclesiae, sed procuratori generali provinciae, nomine provinciae et conventus. Certe, si bona pertinuissent ecclesiae parochiali aut, quod idem est, parochiae, aut missioni loci Candaba, iudex et notarius alia verba in praedictis documentis publicis adhibuissent.

4. Aliud argumentum desumitur ex tenore sic dictae compositionis, quam provincia Augustinianorum inivit cum Gubernio, ut proprium dominium in sua bona publice recognosceretur. Die 16 septembris 1692 iudex regni his compositionibus praepositus rogavit P. Provincialem Augustinianorum, eique mandavit, ut per procuratorem suum generalem titulos omnes possessionum Ordinis in Insulis Philippinis exhiberet, ut fieri posset compositio. Die 22 septembris eiusdem anni mandato obtempera vit P. Provincialis, salva immunitate regulari; ideoque mandato et nomine Procuratoris generalis provinciae comparuit P. Cambrana dictos titulos exhibens; inde factum est decretum compositionis die 5 iulii 1698. Porro in hoc decreto haec leguntur: « E parimenti « appartengono al convento di Candaba nella provincia di Pampanga «certi terreni alti e bassi sul monte Maysin... che comunemente si

« chiamano Marimla e Delayap, lasciati nel suo testamento a detta « provincia o convento da donna Lucia Gumamela... la quale fondò cap- « pellame sui detti terreni ». Ex quibus clarissimis formulis desumitur, quod bonorum dominium non tribuitur ecclesiae, parochiae aut missioni, sed praecise conventui. Unde concludendum est bonorum illorum dominum ess^ conventum, quod eo magis dicendum est, quia tituli dominii horum bonorum petiti ,sint a provinciali Augustinianorum, et ab ipso exhibiti, et cum eo compositio sit facta. Certe, si bona fuissent parochiae, aut missionis, tituli dominii vel ab episcopo peti debuissent, vel ex archivio parochiae, aut missionis extrahi; et ab episcopo aut parocho exhiberi, et cum his compositio fieri debuisset, non cum procuratore Provinciae.

5. His adiungenda est iongissima observantia et praescriptio, quae decurrit ab an. 1679, quo factum fuit legatum, usque ad an. 1771, quo PP. Augustiniani e sedibus suis et bonis eiecti sunt. In hoc enim longissimi temporis spatio, bona, de quibus agitur, administrata semper fuerunt ab Augustinianis, et habita semper fuerunt uti bona Augustinianorum, non ut bona parochiae, aut missionis. Quod clare demonstratur ex actis capitulorum S. Provinciae SSmi Nominis Iesu. Sic in capitulo an. 1695 statutum est, quod, praedium de Delayap administraretur a Provincia, cuius erat. In capitulo 1699 administratio commissa est Priori conventus de Candaba cum onere celebrandi missas adnexas, Provinciaeque decimam redituum partem solvendi. In capitulis 1704, 1710, 1725 singulis Conventibus Provinciae, non excluso Conventu de Candaba, taxae impositae sunt in utilitatem Provinciae. In capitulo an. 1784 ob gravia adiuncta persecutionis exortae contra regulares, administratio, imo et dominium bonorum loci Candaba Conventui Manilensi tradita sunt cum onere adimplendi missarum onera. Ex hac observantia oritur favore PP. Augustinianorum praescriptio quasi centenaria, quae iuxta notum axioma iuridicum, constituit meliorem titulum de toto mundo. Neque contra hanc praescriptionem quidquam valet possessio dictorum bonorum a parochis saecularibus habita ab an. 1771 usque ad an. 1829, vel etiam 1854; haec enim possessio nullam vim habere potest adversus PP. Augustinianos ob rationes adductas superius, quando agebatur de dominio bonorum clausulae 115. Igitur omnia bona utriusque clausulae PP. Augustinianis restituenda sunt.

Quod spectat ad fructuum restitutionem, Patres dixerunt ius commune esse attendendum. Proinde si agatur de fructibus perceptis post petitam a PP. Augustinianis restitutionem in integrum, omnes fructus sunt restituendi: quod extendendum est ad fructus etiam

consumptus, qui in altera specie, v. g. in pecunia sunt restituendi. Ratio est, quia « inchoato restitutionis processu, possessor respectu « rei, ex qua fructus percepit, censetur fictione iuris esse in mala « fide » (Reiffenst., tit. *De in integr. restit,* n. 131). Si agatur de fructibus perceptis ante petitam restitutionem in integrum, illi non sunt restituendi, qui praescriptione triennali acquisiti sunt; haec enim praescriptio triennalis valet contra bona omnia, etiam ecclesiarum et loco-» rum religiosorum, ut receptum est apud omnes. Illi autem fructus; qui praescriptione triennali non sunt acquisiti restituendi sunt, modo **non** sint consumpti (Reiffenst, 1. c, n. 134). Nec dicatur in casu **D.** Vincentium Lapus bona fide possedisse, possessorem autem bonae fidei omnes fructus facere suos; nam hic agitur de instituto speciali, scilicet de restitutione in integrum quae propriis legibus regitur, et cui proinde applicari nequit theoria possessionis bonae fidei. Quod advertit etiam d'Annibale *(Summula,* t. 1, n. 420, n. 26, tertiae edit.). Notandum autem est fructus non intelligi, nisi deductis expensis, ut dicitur in 1. *Si a domino,* 36, § 5, *De hereditatis petitione :* « Fructus intelliguntur «deductis impensis, quae quaerendorum, cogendorum conservandorum- « que eorum gratia fiunt ».

Quibus omnibus rite consideratis, ac sedulo perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, propositis dubiis respondentes: Ad I. *affirmative;* ad IL *dominium controversorum bonorum* (cum fructibus) *legatorum a pia femina Lucia Gumamela pertinere ad Fratres Augustinianos Provinciae SSmi Nominis lesa.* Expensas vero iudiciales decernimus inter partes compensari et pro compensatis haberi decernimus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Reform.,* Conc. Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 7 februarii 1916.

Guilelmus Sebastianeiii, *Decanus, Ponens.*

L. *Çfa* S. Seraphinus Many.

Ioannes Prior.

Ex Cancellaria, die 9 martii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

SALUTIARUM

IURIUM, SIVE NULLITATIS SENTENTIAE ROTALIS

inter Rev. Iacobum Conte, canonicum Archipresbyterum, repraesentatum per legitimum procuratorem Hadrianum Aloisi-Masella, advocatum, et Rev. Capitulum Cathedrale Salutiarum, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum.

Salutiis in dioecesi Taurinensi, Ecclesia parochialis antiquitus erat plebania Beatae Mariae nuncupata. Anno 1483, duodecimo kalendas februarii, cardinalis Dominicus della Rovere, episcopus Taurinensis, Sedis Apostolicae Legatus in Sabaudia et nonnullis aliis provinciis, datis litteris quae incipiunt *Per immaculata Salvatoris D. N. I. C. vestigia,* praefatam parochialem ecclesiam in Collegiatam erexit. Eadem vero anno 1511 a Pontifice Iulio II in Cathedralem aucta est. Legatus Apostolicus curam animarum imminere decrevit Archipresbyteratui, quartae nempe in Capitulo dignitati, quae quidem post erectionem Collegiatae in Cathedralem tertia dignitas facta est. Inter Archipresbyterum et Capitulum decursu temporum controversiae non defuerunt. Nuper quaestio agitata est praesertim circa curam habitualem et actualem ter apud S. Rotam. Prima sententia Archipresbytero favens, altera vero eidem adversa fuit. Hanc alteram sententiam, latam die 1 iulii 1913, is impugnare aggressus est coram tertio turno rotali. Controversia itaque proposita est sub assueta formula dubii: *An sententia Rotalis diei 1 iulii 1913 sit confirmanda vel infirmanda in casu,* ac die 15 iulii 1915 prodiit responsio : *Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam.* Ad dubium vero solvendum processerunt iudices tertii turni examini subiiciendo singula implexae huius controversiae capita ad eaque peculiares respective adhibendo responsiones, prout sequitur.

Dubia nempe quinque, initio litis concordata, haec fuerunt:

1. *An, quibusque sub limitibus, cura animarum habitualis competat Capitulo vel potius Archipresbytero in casu.*

% An Archipresbytero in casu competat cura actualis universa, exclusive et independenter a Capitulo exercenda.

3. *An Archipresbyter habendus sit verus parochus et parochiam exclusive a Capitulo repraesentare possit.*

4. *An et quomodo regimen Ecclesiae Cathedralis competat Capitulo vel Archipresbytero in casu.*

5. *An Archipresbyter habeat ius residendi in domo Ecclesiae Cathedrali adiacenti, eamque domum ad usum habitationis aptandi suis sumptibus et independenter a Capitulo.* ,

Propositis dubiis ita responderunt iudices tertii turai: =,

Ad 1um *Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.*

Ad 2um *Archipresbytero competere curam actualem universam, salvis tamen quatuor iuribus superius iudicatis a Capitulo vi consuetudinis immemorabilis praescriptis* [NB. Quatuor iura, de quibus agitur, sunt: ius canendi Missam praesente cadavere, ius benedicendi domos tempore paschali, ius praedicandi, et ius fidelium confessiones audiendi].

Ad 3um *Ad primam partem provisum in responsione ad primum dubium; ad secundam negative.*

Ad 4UM *Regimen Ecclesiae Cathedralis competere Capitulo.*

Ad 5um *Negative.*

Adversus hanc sententiam S. Rotae productus est Archipresbyteri nomine recursus apud Supremum hoc Tribunal, sub hisce dubiis:

1. *Sitne nulla rotalis sententia, vel sitne locus eius circumscriptioni seu rescissioni in casu.*

Et quatenus negative:

% Sitne locus restitutioni in integrum in casu.

In plenariis comitiis Signaturae die 13 maii 1916 in aedibus Vaticanis habitis, referente Emo ac Rmo P. D. Francisco de Paula card. Cassetta, maturo examini duplex quaestio subiecta fuit Decisio autem Eminentissimorum Patrum, instantibus partibus, de mandato Emi Cardinalis Praefecti publici nunc iuris fit.

QUAESTIO 1. - *Sitne nulla rotalis sententia, vel sitne locus eius circumscriptioni seu rescissioni in casu.*

Cum quaestionem de *nullitate* ipsa pars recurrens ne attigerit quidem, Emi Patres animadverterunt querelam ad duo tantum capita reduci, utrum nempe sententia impugnata: *a)* manifeste in legem peccet, an *b)* factorum perversionem induxerit.

Notandum tamen est in prolixa hac controversia non ad omnia quinque superius recensita dubia extendi actoris impugnationes, sed restringi ad 1um et 2um tantum dubium, cum reliqua tria accessoria sint. Imo fere omnia argumenta recursus tum primae seriei (ex manifesta

legis violatione) tum alterius seriei (ex factorum perversione) circa 1um dubium versantur, quod est de cura habituali; circa vero 2um dubium, quod est de parte curae actualis, unicum tantum affertur argumentum, quod postremo loco in prima serie recensebitur. Insuper notandum est recursu directe, uti par est, impeti tantum sententiam tertii turni; sed cum haec, ut brevitati opportune consuleret, saepe innixa sit amplioribus argumentis sententiae secundi turni, indirecte hanc quoque sententiam impugnari. Quibus positis:

Quoad *a)* manifestam legis violationem, haec in specie prolata sunt:

I. Non recte invocata est praesumptio iuris, in Ecclesiis Collegiatis curam habitualem animarum competere Capitulis, eo magis quod eadem praesumptio cessat, imo invertitur quoties agitur de Cathedralibus, prouti in nostro casu.

II. Excludenda est interpretatio a iudicibus data verborum « cui « immineat cura animarum », secundum quam iudices contenderunt, haec verba in documentis ecclesiasticis designare solere curam animarum dumtaxat actualem. Quae quidem interpretatio tunc magis reiicienda est, cum cura animarum non habenti dignitatem *in concreto,* sed dignitati ipsi *in abstracto* dicitur pertinere.

III. Admitti nequeunt ea quae enunciata sunt a iudicibus signa hinc curae habitualis, illinc curae plenae atque universae animarum.

IV. Nec sustineri potest propositio, Capitulum in genere praescriptione acquirere posse ius exercendi partem curae actualis, cum ad id inhabile factum sit a Concilio Tridentino.

Quoad *b)* factorum perversionem, haec sunt summatim argumenta recursus :

I. Bona plebaniae dicta sunt transiisse in dotem Ecclesiae Collegiatae, quod tamen veritati non est conforme.

II. Neglecta est a iudicibus consideratio Bullae Sixti IV.

III. Asseri nequit Capitulum ius nominandi Archipresbyterum per tempus valde diuturnum exercuisse.

IV. Cura habitualis Capituli asserta est a iudicibus ex paucis relationibus Episcoporum *ad limina,* aliis similibus relationibus omissis.

V. Confusio et inversio habita est in aestimatione titulorum quibus Capitulum decimas, Archipresbyter vero quartam funerariam percipiunt.

Ad *a)* Emi Patres perpenderunt argumenta recursus *ex iure* desumpta rem non conficere. Sane:

Ad I. Dubitari nequit quin nodus totius quaestionis nectatur demonstrationi principii a iudicibus secundi ac tertii turni fundamenti loco

positi de iuris praesumptione quoad curam habitualem apud Capitula. Iamvero principium huiusmodi legitimum esse agnoverunt Emi Patres. Merito nempe S. Rota animadvertit *regulariter* quando aliqua ecclesia parochialis erigitur in Collegiatam, animarum curam saltem habitualem, de iure communi ad Capitulum transire, idque fuse probavit tum ex doctrina tum ex iurisprudentia Romanae Curiae. Hoc quidem *regulariter* fit, addidit, quia exposita doctrina locum sibi non vindicat, ubi constet Summum Pontificem in instituendo Collegio aliter suam voluntatem manifestasse.

Ad dignoscendum autem, utrum in casu, de quo agitur, constaret necne de diversa Pontificis voluntate, sententia ipsa edixit perpendendum esse documentum erectionis ecclesiae parochialis in Collegiatam. Quod si ex eo res plene non evinceretur, et ideo non constaret Summum Pontificem per se vel per suum Legatum derogasse iuri communi, statuerunt iudices recurrendum esse ad coniecturas, praesumptiones, adminicula, iuxta regulam communiter receptam et a litigantibus admissam. Quae profecto sunt rectissime dicta.

Sed instat pars recurrens negando saltem praesumptionem curae habitualis applicari posse Capitulis Ecclesiarum Cathedralium. Cum autem Ecclesia Collegiata Salutiarum inde ab anno 1511 facta sit Cathedralis, hinc, concludit, cessat quoad eam praesumptio iuris favens Capitulo.

Difficultas haec iam in sententia secundi turni praevisa ac breviter ex consideratione facti soluta est, quatenus nempe erectio in Cathedralem nullam mutationem induxit quoad statum Ecclesiae relate ad curam animarum, de qua nihil legitur in Bulla erectionis in Cathedralem. Quae responsio cum versetur circa *facti aestimationem* definitiva est, ideoque ex parte Supremi Tribunalis nihil est ad rem interloquendum.

Verum placuit Emis Patribus intimius considerare quoad quaestionem iuris allatae exceptionis vim relate ad Ecclesias Cathedrales. Pronuntiarunt autem praedictam praesumptionem curae habitualis in Capitulo, urgeri non posse quoad Ecclesias Cathedrales - attenta harum peculiari origine ac constitutione - eadem generali ratione atque in Ecclesiis Collegiatis, quamvis saepissime in iisdem Cathedralibus cura habitualis resideat in Capitulo vel interdum in aliqua Dignitate, dum cura actualis exercetur per Vicarium etiam perpetuum, sicut expresse de ipsis quoque Ecclesiis Cathedralibus statuit Conc. Trid., sess. 7, *de ref.,* cap. 7.

Ad II. Censuerunt Emi Patres interpretationem verborum Bullae erectionis Collegiatae, *cui immineat cura animarum,* ad eum finem a iudicibus susceptam ut discernere possent, num in casu praesumptio

antea memorata cederet veritati, rectam omnino esse ideoque reiiciendam esse etiam hanc alteram querelae rationem.

Sane utraque impugnata sententia, ut rite determinaret sensum verborum Bullae : *et in ea* (Collegiata)... *Archipresbyteratum, cui immineat cura animarum,* copiosam adduxit Auctorum doctrinam simulque iurisprudentiam non ambiguam Romanae Curiae, merito ex utroque capite ostendens, per ea verba in documentis ecclesiasticis indicari non curam universalem sed tantum *actualem* curam animarum.

Contra hanc interpretationem pars recurrens obiectionem detexit in nonnullis locis Concilii Tridentini, quasi in his similia verba designaren! curam plenam et integram animarum, ideoque pariter de cura plena et integra animarum eadem verba quoties occurrunt intelligenda essent. Loca sic obiecta sunt *a)* sess. 7, *de ref.,* cap. 8; *b)* sess. 21, *de ref.,* cap. 8; c) sess. 25, *de regularibus,* cap. 11.

Obiectio tamen non sustinetur. Nam interpretatio .huiusmodi in primis credibilis non est quoad memorata loca, si considerentur ea quae Concilium in ipsa sess. 7, *de ref.,* cap. 7 disponit de Vicariis etiam perpetuis instituendis, cui dispositioni ea interpretatio contradiceret. Insuper eadem explanatio excluditur contextu locorum quae obiiciuntur. Nam iis locis sermo non est *ex professo,* sed tantum *obiter* et velut historice de cura animarum, licet locutio sit materialiter eadem. Agitur nempe praefatis locis respective de visitatione apostolica in Ecclesiis exemptis, de iurisdictione, visitationis et correctionis iure apud Episcopum relate ad monasteria curam animarum habentia, de obligatione habentium plures dignitates vel ecclesias exhibendi Ordinario dispensationes ad hoc sibi concessas. Patet ergo ibidem legislatoris mentem non fuisse ut nos doceret plenitudinem vel limites curae animarum quae competat personis physicis vel moralibus, aut aliquid de his decerneret. Quare dicendum potius est, ea locutione in locis obiectis significari curam *generice* sumptam atque intelligendam pro casuum varietate ad normam principiorum iuris.

Aliter profecto res se habet, cum in aliquo documento erectionis alicuius Collegii vel erectionis paroeciae in Collegiatam, Superior de cura animarum tribuenda expresse decernit. In hoc casu ipse loquens de Ecclesia, Collegio, dignitatibus, canonicatibus, etc., quos enumerat, certe specificam verborum significationem intendere censendus est. Simul tamen sollicitus esse non debet de assignando titulo curae, de quo iam ius vel praesumptio iuris statuit, sed solum de exercitio curae alicui committendo; ideoque obvium omnino est, ut, per unicam formulam quam respectu unius ex enumeratis et non respectu reliquorum adhibet,

ipse non aliam curam designare intendat, quam actualem. Ex quibus omnibus, dum interpretatio partis recurrentis removetur, rursus confirmantur sententiae rotales.

Ceterum nihil valet argumentum desumptum a parte recurrente ex supposita confusione a iudicibus commissa inter nomen *abstractum* Archipresbyteratum et nomen *concretum* Archipresbyterum, quasi nempe si servata fuisset distinctio, clare apparuisset Archipresbyteratui, cui in documento erectionis cura animarum imminere dicitur, utpote dignitati in abstracto non convenire nisi curam plenam atque integram, minime vero solam curam actualem.

Nam *a)* confusio nulla irrepsit, uti patet legenti sententias rotales, in quibus verba Bullae fideliter relata sunt; *b)* etiamsi nomina illa promiscue aliquando adhibita sint, nullum inde inconveniens possibile fuit, quia iudices non ex ipsa vi nominis abstracti vel concreti argumentum instituerunt, sed ex aliis capitibus, unde practice distinctio illa in casu ad meram subtilitatem reducitur; c) quod si vis nominis abstracti in casu rigorose accipienda esset, argumentum contra recurrentem retorqueretur, quia dignitas in abstracto considerata, si in hypothesi excluderet curam actualem, excludere quoque deberet curam plenam atque integram, quae actualem comprehendit, et solummodo componi posset cum cura mere habituali, quam tamen illationem pars recurrens respueret. Ergo respuere quoque debet, ut nimis probantem, hypothesim ex qua illatio procedit.

Iure ergo concluserunt iudices tertii turni, attenta bulla erectionis Collegiatae Salutiarum, *non constare* Legatum Apostolicum derogasse iuri communi, quae formula negativa profecto satis caute ac discrete veritatem continet.

Ad III. Dici nequit signa curae tum habitualis tum plenae atque integrae animarum a iudicibus inepte enunciata esse. Sane haec enunciatio facta est dum iudices ad roborandam suam praecedentem demonstrationem, dixerunt recurrendum esse ad coniecturas, praesumptiones aliaque adiuncta, quod criterium profecto valde rationabile est. Huiusmodi autem coniecturae, praesumptiones, etc., favore curae habitualis ab iisdem iudicibus ad has reductae sunt:

a) assignationem bonorum omnium plebaniae in dotem Ecclesiae Collegiatae confirmatam per factum possessionis atque administrationis eorumdem bonorum ex parte Capituli;

&) ius decimandi titulo parochiali per plura saecula exercitum;

c) paritatem praebendae inter canonicos, incluso Archipresbytero, si quaedam incerta excipiantur;

d) ius praesentandi personam idoneam instituendam in vacante Archipresbyteratu;

e) ius Capituli repraesentandi parochiam coram Episcopo, municipio ac in quibuscumque etiam iudiciis, sustinendo ad hoc necessarias expensas, etc.

Porro recensita Capituli iura, praerogativae et onera a iudicibus tertii turni designata sunt uti *propria* rectoris principalis, habentis nempe curam habitualem, ita ut ex his confirmari valeat adamussim ipsa cura habitualis. Iamvero dubitari nequit quin criterium huiusmodi apprime congruat principiis iuridicis circa curam habitualem eiusque indicia.

Quod vero *de fado* haec indicia curae habitualis in Capitulo Salutiarum concurrerint ac concurrant, quaestio est ad meritum causae pertinens, de qua Supremum Tribunal non est sollicitum.

Ad IV. Quoad alteram partem controversiae, quae versatur circa quatuor iura, quae Capitulum sibi vindicat relate ad ipsam curam actualem, ratio querelae, negans in casu locum esse praescriptioni acquisitivae, pariter non sustinetur. Sane principia quibus innixi sunt iudices 2' ac 3* turni in sua demonstratione ad haec reducuntur:

1. Iura parochialia praescribi possunt; a vi enim praescriptionis non excluduntur natura rei, neque speciali iuris prohibitione. Prohibita quidem est praescriptio contra fines parochiarum, sicut et contra fines dioecesum et provinciarum; verum nullibi prohibitum est quin iura parochialia praescribantur. Ita plus minus sententia 2* turni, quae deinde fuse probat tum ex doctrina tum ex iurisprudentia principium statutum. Eadem proponit sententia 3' turni, simul animadvertens, opponi non posse aliquas sacrarum Romanarum Congregationum decisiones; quia in speciebus iisdem Congregationibus propositis vel agebatur de praescriptione iurium extinctiva nervum abrumpente ecclesiasticae disciplinae, vel non constabat de possessione plus quam centenaria.

Iamvero in his propositionibus nihil est iuridice reprehenden dum, neque profecto defuerunt iudices officio suas enunciationes rite probandi. Unum est quod clarius exprimi potuisset, quod tamen in causa momentum non habet. Iudices 2* turni, postquam dixerunt: « (iura « parochialia) a vi ... praescriptionis non excluduntur natura rei, neque « speciali iuris prohibitione », addiderunt: « non excluduntur natura rei, « cum et ipsa iura episcopalia iurisdictionis, quae magis sacra sunt, et « immediate pertinent ad divinam Ecclesiae constitutionem, praescribi « possint iuxta omnes doctores ».

Haec tamen minus exacta sunt: saltem nimis generalia. Notum est enim iura episcopalia, quae iure canonico determinata sunt innixo

intentioni iuris divini, uti v. g. *ius sacrae visitationis* praescribi non posse, uti doctores loquuntur, plene *extinctive,* sed solum *translative.* Aliis verbis fieri non potest ut certum territorium praescriptione liberetur a cuiuscumque Praelati visitatione, bene vero fieri potest, ut in certo territorio primus Praelatus ex non usu ius amittat visitationis, alteri vero diligentiori idem ius comparetur. Si vero agatur de iuribus episcopalibus ex lege ecclesiastica introductis nec in iure divino proxime fundatis, praescriptio etiam vere extinctiva per se non prohibetur. Id non satis animadvertit sententia 2* turni. Iudices vero 3[i] turni distinctionem innuisse videntur si contextus rite examinetur, sed ne ipsi quidem clare rem proposuerunt. Hoc nihilominus, ut notatum est, nullum causae affert detrimentum.

2. Aliud principium, a sententiis impugnatis invocatum, hoc est> deficiente in hac re, in qua praescriptioni ius resistit, favore Capituli titulo ad praescriptionem requisito, opus esse praescriptione immemorabili. Descripserunt insuper iudices 2* turni quaenam requirantur ad probandam consuetudinem immemorabilem, quid et quomodo testes deponere debeant, de visu, vel de auditu, quando admittantur etiam scripturae et aliae probationes, quae expositio sane accurata est. - In his quoque nihil in legem offendit. Ceterum legitime canonicos tamquam testes admissos fuisse rite ostenderunt iudices, referentes doctrinam quam tradit Cardinalis De Luca in part. 1 *de iudiciis,* disc. XXXII, n. 46, ac praeterea adnotantes non solos canonicos excussos fuisse, eorumque testimonia, aliis depositionibus addita, vim habere saltem adminiculativam.

Quin imo diligentissima immemorabilis consuetudinis demonstratio, quae occurrit in sententia 2* turni laudi vertenda est iudicibus, qui certe non cogebantur tam sedulo procedere, cum, uti ipsi animadverterunt, circa factum materiale et sensibile illius multiplicis observantiae, utpote notorium, nulla esset dubitatio, ipso fatente Archipresbytero: *il fatto del possesso era in confesso da ambo le parti.*

Difficultas et quidem uti maxima adducta est ab Archipresbytero circa naturam illius possessionis, quia ipse dicit Capitulum eos omnes actus peregisse, *nomine ac delegatione Archipresbyteri.* Insuper idem recurrens plurimum insistit in affirmatione, omnia iura quae Capitulum sibi vindicat, sive ea de quibus nunc loquimur, sive ipsam curam habitualem, originem habuisse a conventione anni 1493 Capitulum inter et primum Archipresbyterum Bartholomaeum Vacca, acceptata ab eius successore et fratre Antonio Vacca. Iamvero, subdit, ea conventio invalida fuit ob defectum pontificiae approbationis. Proinde dicendum est praescriptio-

ne m fundari titulo vitioso vel saltem aequivoco. - Quaestio ista, uti patet, tota ad factum pertinet, in praecedentibus iudiciis examinata est, neque nunc amplius ad trutinam est revocanda. Quod vero ius spectat, animadvertendum est recte observasse iudices, non sufficere assertionem de ea origine possessionis Capituli, sed opus esse probatione, ex illa praecise conventione factum exercitii quorumdam iurium parochialium ex parte Capituli derivatum fuisse, quod probationis onus Archipresbytero incumberet. Insuper iure utraque sententia etiam adnotavit: «nec « est necesse ut Capitulum doceret de vera origine, seu titulo suae « praescriptionis: haec enim praescriptio eo ipso quod est immemora« bilis, constituit per se ipsam titulum, et titulum validissimum... imo « meliorem titulum de toto mundo ». Postremo etiam circa quaestionem ab Archipresbytero suscitatam, *quo nomine* Capitulum eos actus posuerit ac ponat, suo nempe an ex delegatione accepta ab Archipresbytero, iudices 2* turni amplam admiserunt discussionem. Iamvero etiam haec diligentia notabilis est, cum rigorose loquendo vera sint quae, praeter alia, consideraverunt iudices 3' turni, aientes: « Denique, cum canonici « clare probaverint recensita quatuor iura exercuisse per quatuor cir« citer saecula, diuturna ac immemorabilis possessio *facultativam pos« sessionis naturam excludit,* uti adnotat Rota in *Colonien.,* coram Rev. « P. V., dec. 85, n. 8. - Praesumptio facultatis excluditur a multiplicitate « actuum et ex continuata possessione per longum tempus ».

His tamen omnibus firmiter contradicit pars recurrens. Admittit quidem principium, quod iudices 3' turni ex Fagnano allegarunt: « regula est, consuetudine plus quam centenaria acquiri posse quidquid « potest per privilegium obtineri » ; sed exceptionem opponit. Exceptio ex ipso Fagnano, inquit pars instans, haec est: nisi desit capacitas in exercente seu possidente. Nam, si desit capacitas, v. g. in laico ad cognoscendas causas criminales clericorum, ad absolvendum ab excommunicatione, ius illud acquiri potest per privilegium, minime vero per praescriptionem immemorabilem. Aliis verbis, si lex inhabilem reddit personam ad exercendum aliquod ius, possessio immemorabilis non suffragatur et res in casu fit velut impraescriptibilis. Iamvero, contendit pars instans, Capitulum in genere factum est a Concilio Tridentino sess. 7, *de ref,* cap. 7, *inhabile* ad exercendam quomodolibet curam actualem. Ergo, concludit, nihil valet in casu possessio immemorabilis, ideoque ea qua^ tuor iura Capitulo competere non possunt.

At contra animadverterunt Emi Patres haec ad rem non facere. Nam laicos incapaces esse de iure communi ad exercendam ecclesiasticam iurisdictionem, et solum privilegio apostolico habilitan posse

notissimum est. At Capitulum, cui lex tridentina vetuit exercitium curae actualis factum esse eadem lege *inhabile* ad tale exercitium nemo huc usque demonstravit, prouti etiam iure observat S. Rota. Illud tantum cum aliqua veritatis specie pars recurrens, hac in re, opponere potest, nempe consuetudinem in casu esse irrationabilem ac veluti corruptelam iuris.

Verum consideraverunt Emi Patres hac in re distinctione opus esse, quam ipsa pars recurrens quodammodo praesenserat. Etenim, si Capitulum aliquod contra gerentem curam actualem sibi, vi consuetudinis, tale curae actualis exercitium vindicaret, quod ex se, vel ex modo quo ageretur, frustraneam redderet intentionem Conc. Trid., sess. 7, cap.-7 *de ref.*, facile contingere posset, ut talis consuetudo irrationabilis ab Ecclesia haberetur. At si nec substantia nec modus participationis Capituli ad exercitium curae actualis detrimentum illud afferat, multo magis si opportunum potius ex adiunctis adiutorium in bonum animarum exinde Vicario sic exhibeatur, consuetudo huiusmodi legitima esse poterit. Ceterum de facto, prout ipsa pars recurrens agnoscit, plures casus hodie dantur Capitulorum curae actuali aliquatenus cooperandum, in quibus nullum grave inconveniens deprehendatur. Iudicium certe de his ferre ad Episcopum spectat, ut opportunis modis ipse provideat malis forte occurrentibus, vel, si opus sit, rem deferat ad S. Sedem. Quod si Episcopus usui illorum iurium tacite vel expresse consentiat, facto suo confirmat consuetudinem, de qua agitur, irrationabilem non esse. Quomodo vero circa consuetudinem Ecclesiae Salutiarum agendi ratio Episcoporum interpretanda sit, res est ad meritum causae pertinens, de qua S. Rota satis implicite pronuntiavit. Ex quibus concluditur etiam ex hoc capite rationes querelae admitti non posse.

Quoad *b)* factorum perversionem, quam pars recurrens exprobrat S. Rotae, Emi Patres aliquid in antecessum animadvertendum esse censuerunt.

Quaestiones nempe quae ad factum pertinent tunc tantum pro recursu ad Supremum hoc Tribunal admittuntur quando involvunt adamussim factorum *perversionem.* Iamvero nomine perversionis huiusmodi profecto venire non potest quilibet error in quem sive in perei? piendis sive in aestimandis factis inciderint inferiores iudices, sed significatur tantum - attenta quoque ipsius vocis genuina vi - talis factorum corruptio quae iudicum mentem in edenda sententia a veritate agnoscenda prorsus abduxerit. Quam quidem corruptionem, cum de sententiis a S. Rota prolatis agitur, non facile contigisse credendum est, sed in singulis casibus clare est probandum.

Quod vero spectat praesentem controversiam eo clarius factorum perversio demonstranda est, quo minus verisimilis ex peculiaribus adiunctis apparet, attenta praesertim notabili diligentia, qua, uti legenti statim patet, iudices in triplici gradu causam pertractarunt.

In specie vero haec Emi Patres considerarunt:

Ad I. Pars instans, factorum perversionem invenit in eo quod iudices rotales senserint vi Bullae erectionis bona plebaniae assignata fuisse in dotem Ecclesiae Collegiatae, idque falso concluserint ex confusione facta inter declarationem bonorum vere exhibitam pro parte dilectorum Marchionis etc. in obsequium regulae XXII Cancellariae Apostolicae, in parte, ut recurrens dicit, narrativa Bullae, et similem declarationem, quam iudices supponunt a Cardinali Legato peractam. Hinc factum est, inquit instans, ut falsis praemissis utentes iudices erraverint; error autem adeo in causae exitum influxerit, ut iudices 2* turni pronuntiaverint: « haec fructuum omnium ecclesiae parochialis assignatio facta « Collegiali est signum constans, perpetuum et indubitatum curae habi- « tualis remanentis* in Capitulo ... ».

At nulla factorum perversio in his est: potius haec partis recurrentis expositio subvertit ratiocinationem iudicum, qui plane aliter processerunt, et viceversa sermonis initium ex eo sumpserunt, quod parti recurrenti visum est orationis terminum constituere.

Sane his criteriis innixi iudices pronuntiarunt:

1. Ex communi canonistarum doctrina bonorum et iurium omnium Ecclesiae parochialis assignatio facta alicui Collegiatae signum est constans, perpetuum ac indubitatum curae habitualis remanentis in Collegio.

2. Ex eo quod aliqua Ecclesia erigatur in Collegiatam censentur omnia eius bona - nisi omnino expressa fiat exceptio - transferri in ipsam Collegiatam ; secus enim non ecclesia simpliciter sed pars tantum ecclesiae erigeretur in Collegiatam.

3. Etsi Auctor alicuius Bullae non expresse dicat se unire et applicare omnia bona Collegiatae, censetur tamen implicite id determinare, si ita declaravit valorem bonorum, ut alia non detur illius declarationis explicatio.

4. Id praesertim valet cum Auctor alicuius Bullae statuerit, ut fructus bonorum omnium - nonnullis exceptis - distribuerentur aequalibus portionibus inter Canonicos.

5. Quod si aliquod dubium supersit, illud omnino seponendum erit, quoties a tempore erectae Collegiatae per plura saecula Capitulum aliquod in *possessione* fuerit omnium bonorum antiquae Ecclesiae parochialis, eaque tamquam massae capitulari pertinentia administraverit.

Iamvero dubitari nequit quin principia seu criteria huiusmodi recta sint.

Eadem vero in casu de quo agitur reipsa verificari, quaestio facti est, cuius definitiva aestimatio iudicibus *de merito* relinquitur. Nec quidquam valet oblivio, quae iudicibus exprobratur regulae XXII Cancellariae Apostolicae, cum ipsi, inspectis omnibus principiis positis, independenter a praefata regula suam facti persuasionem aliunde efformaverint. Quod si adhuc dubitatio aliqua manere videretur, ea, prout animadversum est, prorsus abiicienda est, postquam S. Rota iudicio circa factum irreprehensibili, criterium 5° loco positum reipsa applicavit.

Ad IL Queritur pars recurrens quod iudices rotales, contra ipsius protestationes, non attenderint ad primaevam Bullam Sixti IV, sed tantum ad litteras Cardinalis Legati.

Querela tamen inanis est. Nam in primis interpretari quoad factum controversum exhibita documenta ad iudices de merito videntes spectat. Deinde, cum ex deductis a Capitulo colligatur Bullam Sixti IV revocatam fuisse, idque non neget pars recurrens, tenendum est eam tacite consentire, ideoque nullum querelae motivum invocare posse.

Ad III. Negari nequit re ipsa circa diuturnitatem temporis, per quod Capitulum ius nominandi Archipresbyterum exercuit, errorem occurrisse in sententiis impugnatis. Putarunt enim iudices secundi turni Capitulum elegisse seu praesentasse Archipresbyterum, ab Ordinario instituendum, sine intermissione a tempore erectae Collegiatae per duo saecula et dimidium; quod etiam similiter protulerunt iudices tertii turni. Id tamen ne ipsum quidem Capitulum asserit, solummodo contendens sibi ex Bulla erectionis ius illud nominationis collatum fuisse ; de facto vero Capitulum concedit, se idem ius paucis tantum vicibus, prioribus temporibus, exercuisse, postea vero se amplius eo usum non esse. Credendum ergo est S. Rotam quoad factum, de quo nunc agitur, in errorem lapsam esse.

Attamen error hic uti accidentalis in casu habendus est. Etenim ad arguendam ex hoc capite curam habitualem apud Capitulum, sufficit ius praesentationis Archipresbyteri fuisse eidem Capitulo assignatum in Bulla erectionis Collegiatae, etsi semel tantum vel raro ius illud exerceri potuisset. Quod autem postea eo iure Capitulum, uti supponitur, legitime privatum sit, hoc mutare non potuit statum Ecclesiae, transferendo curam habitualem de Collegiata in Archipresbyterum. Haec quidem postrema animadversio rite proposita est a sententia secundi turni ad respondendum difficultati desumptae ex adoptata, ab anno 1744 ac deinceps, pro electione Archipresbyteri forma concursus, sed eadem

animadversio optime extendi potest ad tempus praecedens annum 1744, per quod Capitulum neminem ad Archipresbyteratum praesentavit; ex quo patet errorem hunc facti influxum non exercere in exitum causae. Ceterum dum collatio facta Capitulo in Bulla erectionis iuris praesentandi Archipresbyterum constituit, etiam per memoratas adversas vices, argumentum positivum pro cura habituali apud Capitulum - defectus eiusdem iuris, si nempe forma concursus introducta anno 1744 pro electione Archipresbyteri, inde ab initio, ex mera hypothesi, statuta fuisset, defectus, inquam, eius iuris nullatenus inservire posset ad curam habitualem a Capitulo excludendam, prout egregie probavit, considerando nunc quaestionem iuris, sententia rotalis secundi turni.

Quae cum ita sint, corruunt quoque ea quae pars instans disputât de forma concursus quoad dignitates curatas servanda ante vel post Benedictum XIV; ea nempe, ceteris omissis, nihil conferunt ad rem de qua agitur.

Ad IV. Asserit praeterea pars instans, iudices curam habitualem Capituli ostendisse quoque ex relationibus Episcoporum ad limina; ex his vero duas tantum quae pertinent ad postremos viginti annos ante nostram aetatem considerasse, praecedentes vero omnes a iudicibus neglectas fuisse.

Verum satis apparet non solum ex relationibus ad limina sententias impugnatas, argumentum sumpsisse, sed etiam ex actis Visitationis annorum 1701, 1730 etc., et in genere, uti inquit sententia coram Many, ex multis aliis documentis.

Ad V. Immerito tandem gravamen se pati affirmât pars recurrens ex argumento, quod iudices pro cura habituali Capituli ex perceptione decimarum et emolumentorum funerum hauserunt. Tota actoris impugnatio circa factum versatur, quia, ut ipse contendit, iudices errarunt pervertentes seu invertentes titulos, quibus Capitulum decimas aliaque emolumenta, Archipresbyter vero quartam funerariam percipere dixerunt.

Haec tamen esse nequit ea factorum perversio de qua agi potest apud Supremum Tribunal, nisi factorum perversionem dixeris quidquid a iudicibus contra alterutrius litigantis placita prolatum est. Contra, haec est mera aestimatio facti, quae relinquitur prudenti cognitioni iudicum pro merito constitutorum. Iamvero iudices secundi turni elementa facti in hac re accurate inspexerunt; sententia vero tertii turni negligentiae nullo modo argui potest, cum expresse dixerit se in hac parte rem tantum innuere ne videretur « inutiliter repetere quae fuse, « erudite et concludenter exposita sunt in sententia appellata ».

Concluditur ergo rationes querelae de nullitate aut rescissione sententiae rotalis non sustineri, ideoque Emi Patres ad primam quaestionem respondendum censuerunt: *Negative.*

QUAESTIO IL - *Sitne locus restitutioni in integrum in casu.* Ad hanc alteram quaestionem Emi Patres vix opus esse animadvertere dixerunt, nullam causam verificari ex iis quae iuxta *Regulas* huius Supremi.Tribunalis art. 9, collatas cum *Appendice* art. 1, requiruntur, ut remedium extraordinarium restitutionis in integrum concedendum sit. Sane nihil adducitur, ex quo documentorum fallacia aut adulteratio deprehendatur, nullum documentum publicum aut privatum repertum est, quo factum aliquod novum decretorium in causa comprobetur. Neque tandem ulla intercessit ratio non prius deducta vel disputata, ex qua grave ac manifestum detrimentum boni iuris demonstrari queat.

Quare etiam ad hoc alterum dubium Emi Patres respondendum esse mandarunt: *Negative.*

Itaque ad proposita dubia, nempe:

1. *Sitne nulla rotalis sententia, vel sitne locus eius circumscriptioni seu rescissioni in casu.*

Et quatenus negative:

2. *Sitne locus restitutioni in integrum in casu*

Emi ac Rmi Patres responderunt die 13 maii 1916: *Negative ad utrumque.*

De expensis autem iudicialibus Supremum idem Tribunal decrevit eas inter partes esse compensandas, exceptis tamen sententiae definitivae expensis ex integro ab Archipresbytero sustinendis.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum ac definitive iudicatum, mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, et ab omnibus ad quos pertinet exsecutioni mandaretur, non solum etc., sed et omni etc.

Datum Romae, die 28 iunii 1916.

Iosephus Pauca, *Signaturae Votons*

L. « S.

VISA

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

Aloisius Scialdoni, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

8 luglio 1916. — Mons. Achille Locatelli, arcivescovo titolare di Tessalonica, ***Nunzio Apostolico presso la Beai Corte del Belgio.***

10 luglio. — L' Eöio signor cardinale Filippo Giustini, ***Protettore dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.***

18 luglio. — L'Emo signor cardinale Giulio Tonti, ***Protettore della Ven. Compagnia delle Stimmate di S. Francesco in Firenze.***

21 luglio. — Il medesimo Emo signor cardinale, ***Protettore dell'Ar ciconfraternita di Sant'Antonio di Padova ai Ginnasi in Boma.***

— Gli Emi signori cardinali Filippo Giustini e Aidano Gasquet, ***Membri della Sacra Congregazione di Propaganda Fide per gli affari di rito latino e per gli affari di rito orientale.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

7 giugno 1916. — Mons. Ludovico Rajner, vescovo tit. di Cidiesso, ausiliare e vicario generale del Card. Arcivescovo di Strigonia.

22 luglio. — Mons. Giuseppe Lopez Mendoza y Garcia, vescovo di Pamplona e Tudela.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

19 maggio 1916. — Mons. Edoardo Giovanni Me Laughlin, della diocesi di Davenport.

28 maggio. — Mons. Enrico Flavigny, dell'archidiocesi di Rouen.

6 luglio. — Mons. Giacomo Mancuso, della diocesi di Mileto.

Prelati Domestici di S. S.:

27 aprile 1916. — Mons. Vittore Bilski, dell'arehidiocesi di Leopoli di r. 1.

15 maggio. — Mons. Giuseppe Mizsicsko, della diocesi di Eperjes di rito greco-ruteno.

19 maggio. — Mons. Tommaso Véale Tobia, della diocesi di Little-Rock.

— Mons. Antonio Hensen, presidente dell'Istituto storico neerlandese in Roma.

25 maggio. — Mons. Giacomo Collins, dell'arehidiocesi di Sidney.

27 maggio. — Mons. Pietro Kempkes, della diocesi di Munster.

21 giugno. — Mons. Maurizio Carton de Wiart, dell'arehidiocesi di Westminster.

— Mons. Antonio Brugidou, della dioc. di Carcassona, residente in Roma.

— Mons. Antonio Dobronic, della diocesi di Lesina.

3 luglio. — Mons. Giovanni Vizzini, della diocesi di Muro Lucano.

4 luglio. — Mons. Sanzio Sanzi, dell'arehidiocesi di Spoleto, residente in Roma.

17 luglio. — Mons. Antonio Sacco, della diocesi di Teggiano, residente in Roma.

18 luglio. — Mons. Patrizio Guglielmo Talion, dell'archid, di S. Luigi.

— Mons. Giovanni Giuseppe Tannrath, della medesima archidiocesi. .

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell' Ordine Piano :

27 giugno 1916. — Al sig. Girolamo dei marchesi Sacripante, esente delle Guardie Nobili di S. S.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 maggio 1916. — Al sig. Ferdinando Tovia, caposezione delle Colonie nel ministero degli esteri in Ispagna.

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 marzo 1916. — Agli infrascritti signori, facenti parte del governo dell' Impero etiopico :

Sig. Bittoded Haïle-Guiorguis, cancelliere dell'Impero;

Sig. Kantiba-Wold-Tsadek, ministro dell'agricoltura e dell'industria;

Sig. Badjironde Iggnezou, ministro delle finanze;

Sig. Dediazmateh Mechaeha Wòrkie, consigliere di Stato;

Sig. Ato Tessamma Echétie, ministro delle poste e dei telegrafi.

17 maggio. — Al sig. Giovanni Murphy, dell'archidiocesi di Chicago.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 aprile 1916. — Al sig. Francesco Felm ayer, dell'archidiocesi di Vienna.

19 maggio. — Al sig. Giuseppe Rodríguez Alves, incaricato di affari del governo brasiliano in Svezia.

15 giugno. — Al sig. Fiorenzo Iemina, della diocesi di Mondovì.

— Al sig. Carlo Dalton, della diocesi di Charlottetown.

17 giugno. — Al sig. conte Carlo Zucchini, presidente generale dell' Unione economico-sociale dei cattolici italiani.

— Al sig. Giuseppe Giglio Tramonte, dell'archidiocesi di Palermo.

• ***13 luglio.*** — Al sig. Lorenzo Barbosa Pereira de Cunha, dell'archidiocesi di Rio de Ianeiro.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

24 luglio 1916. — Al sig. conte Francesco Bezzi Scali, cadetto aiutante delle Guardie Nobili di S. S.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 maggio 1916. — Al sig. Leopoldo Rauscher, dell'archidiocesi di Vienna.

26 maggio. — Al sig. Tommaso M. D. Cardeza, segretario particolare dell'ambasciatore degli Stati Uniti di America a Vienna.

3 giugno. — Al sig. Paolo L. Mimbela, dell'archidiocesi di Lima.

21 giugno. — Al sig. architetto Cecilio Arpesani, dell'archidiocesi di Pisa.

27 giugno. — Al sig. Maria Adriano Völker, della diocesi di Bois-le-Duc.

1 luglio. — Al sig. Michele Zehentbauer, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

3 luglio. — Al sig. Carlo Duchesne, già console francese a Varna.

5 luglio. — Al sig. Giacomo Enrico Martino Ellis, del vicariato apostolico di Curaçao.

6 luglio. — Al sig. Giuseppe Berselli, dell'archidiocesi di Bologna.

— Al sig. Paolo Berselli, della medesima archidiocesi.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa:

22 marzo 1916. — Al sig. Ato Teoga, ufficiale ministeriale nell'Impero etiopico.

— Al sig. Ato Wold-Mariam, capo dei cattolici indigeni del Choa.

28 maggio. — Al sig. cav. Enrico Wuillemont, capitano della guardia palatina d'onore.

20 giugno 1916. — Al sig. cav. prof. Guido Galli, sotto-direttore dei musei e delle gallerie pontificie.

27 giugno. — Al sig. cav. Francesco Bianchi, incisore Pontificio.

20 luglio. — Al sig. cav. Giuseppe Ambrogetti, di Roma.

— Al sig. cav. avv. Francesco Pacelli, di Roma.

— Al sig. cav. Lorenzo M. De Rossi, di Roma.

ñ Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa: *

22 marzo 1916. — Al sig. conte d'Apchier le Mangin, residente nell'Impero etiopico.

20 luglio. — Al sig. Alfredo Giovanni Mason, presidente generale a Londra e a Parigi della società « The Aeolian Co. ».

— Al sig. Giovanni Gabriele Brower, direttore a Parigi della medesima società.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

3 giugno 1916. — Il sig. Giuseppe Carignani dei duchi di Novoli, dell'arehidiocesi di Napoli.

11 luglio. — Il sig. conte Ambrogio Caracciolo di Melissano, della medesima archidiocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

30 giugno 1916. — Mons. Giuseppe Cingolani, della diocesi di Recanati.

11 luglio. — Mons. Giovanni Battista Haindl, dell'arehidiocesi di Monaco (Baviera).

NECROLOGIO

17 luglio 1916. — Mons. Giovanni Battista Krapac, vescovo di Sirmio.

Annus TUI -Toi. TUI Die 1 Septembris 1916 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

LATIS NOVIS LEGIBUS DE PONTIFICIO INSTITUTO BIBLICO, DECERNITUR QUAE INTERCEDERE DEBEANT RATIONES TUM EIDEM INSTITUTO, TUM PONTIFICIO CONSILIO VULGATAE RESTITUENDAE, CUM SUPREMO PONTIFICIO CONSILIO REI BIBLICAE PROVEHENDAE.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Biblia Saera a rationalistis, qui quidem nullam Dei nec revelationem nec inspirationem ponunt, sic recentiore memoria tractarentur, quasi a solis hominum ingeniis profecta essent, eorumque commenta, omni apparatu eruditionis instructa, latius in dies, cum gravissima imperitorum offensione, serperent, Apostolici officii conscientia permotus, Decessor Noster Leo XIII, ut huic tantae tamque perniciosae temeritati occurreret, Litteris Encyclicis *Providentissimus Deus,* die xvin mensis novembris an. MDCCCXCIII datis, certa quaedam posuit illustravitque principia, quibus parere omnes oporteret, quicumque se ad studium et interpretationem divinarum Litterarum contulissent. Eiusmodi autem incommodis cotidie ingravescentibus, idem Pontifex, ne ulli providentiae modo pepercisse videretur, Litteris Apostolicis *Vigilantiae studiique memores,* die xxx mensis octobris an. MDCCCCii datis, Consilium seu *Commissionem,* quam vocant, studiis Sacrae Scripturae provehendis instituit, cui universa rei biblicae cura propria esset ac peculiaris. Optimum sane propositum uberrimi, ut exspectare par erat, consecuti sunt laetissimique fructus, cum Cardinales aliique doctissimi viri, in id Consilium adlecti, hoc spatio tem-

poris, plura ediderint, post maturam deliberationem Romanoque Pontifice adprobante, responsa, quibus et quaestiones satis multae, antehac in contrarias partes agitatae, sunt opportune diremptae, et leges studiis catholicorum doctorum biblicis dirigendis sapienter utiliterque praefinitae.

Neque vero actuosa Pontificii Consilii opera hos intra fines constitit. Anno enim MDCCCCVII, auctore atque auspice fel. rec. Decessore Nostro Pio X, decrevit, ut Bibliorum a S. Hieronymo in latinum facta conversio, quae *Vulgatae* nomen invenit, antiquis praesertim codicibus inspectis, ad pristinam lectionem restitueretur. Quod quidem munus, laboriosum sane ac perarduum, sodalibus Benedictinis auspicato delatum est, qui, nullo paleographiae cognatarumque doctrinarum neglecto praesidio, remotisque omnibus, quae in re tam gravi necessario obstarent, impedimentis, admirabili, qua solent, et sollertia et constantia, inceptum, acatholicis ipsis probatissimum, persequuntur.

Haud ita multo post, cum eidem Pontifici visum esset expeditiorem clericis aperire viam, ut omnibus saepti munimentis propugnationem pro Scriptura Sacra susciperent, suasore eodem Pontificio Consilio, Litteris Apostolicis *Vinea electa,* datis die VII mensis maii an. MDCCCCIX, Institutum Biblicum in hac alma Urbe condidit, illudque non modo apparatissimis aedibus bibliothecaque singulari et fere unica instruxit, sed locupletavit etiam eo omni eruditionis biblicae instrumento, quod ad pleniorem intelligentiam validioremque Librorum Sacrorum tuitionem quam maxime conferret. Societatis Iesu sodalibus, praeclare de disciplinis sacris deque clericorum institutione meritis, mandavit, Instituto praeessent, docerent; qui Pontificis bonorumque omnium ita exspectationem explevere, ut iam, haud longo intervallo, complures eosque peritissimus in Ecclesiae campum horum studiorum cultores dimiserint.

Haec omnia diligenter animo reputantibus, occurrit Nobis cogitatio, quo pacto possemus instituta tanti ponderis sic complere ac perficere, ut parta antehac Ecclesiae Dei magno numero commoda uberiorum accessione utilitatum cumularentur: quod si fecissemus, videbamur rem certe facturi a mente proximi Decessoris Nostri minime alienam, quandoquidem constat, plura hac in re Pontificem statuisse ea lege, ut, quemadmodum vel condicio temporum vel rerum usus et experientia postulasset, ita corrigerentur, perficeretur. Deliberatum igitur Nobis est, nonnulla constituere, quibus tum Instituti in primis Biblici efficientiam virtutemque, quantum fieri potest, augeamus, tum etiam mutuas rationes et necessitudines moderemur, quae et eidem Instituto et Pontificio Consilio Vulgatae restituendae praeposito cum supremo Nostro de universa re biblica Consilio intercedant oportet.

Itaque, salvis iis omnibus, quae, antea quoquo modo sancita, ab hisce Litteris Nostris minime discrepent, haec Apostolica Auctoritate Nostra edicimus ac decernimus quae sequuntur:

I. Ad Scripturae Sacrae studia in Instituto Biblico ne admittantur, nisi qui ordinarium studiorum philosophiae et theologiae cursum confecerint.

IL Studiorum biblicorum curriculum tribus ibidem annis absolvatur, servata tradendarum disciplinarum ratione, quae, Nostro rei biblicae provehendae Consilio probata, ad hunc diem viguit; unoquoque autem exeunte anno, fiat, uti assolet. doctrinae experimentum.

III. Iis penitus abrogatis, quae continentur tum Litteris Apostolicis *Iucunda sane* die xxii mensis martii an. MDCCCCXI et *Ad Pontificium Institutum Biblicum* die n mensis iunii an. MDCCCCXII datis, tum aliis Litteris, quae huic voluntatis Nostrae significationi haud congruant, Instituto Biblico largimur, ut alumnis, qui facto periculo probati sint, post primum annum det litteras testimoniales legitimi adscensus, post alterum vero, academicum conferat baccalaureatus gradum.

IT. Litteris Apostolicis *Scripturae Sanctae,* die xxin mensis februarii an. MDCCCCIV datis, derogantes, Instituto Bibblico concedimus, ut discipulis, qui integrum ibidem studiorum curriculum confecerint, tentata eorum doctrina eademque probata, academicum in Sacra Scriptura prolytatus gradum, nomine tamen Pontificii Consilii Biblici, decernat.

V. Testimoniales litterae et diplomata academicorum graduum, de quibus nn. III et IV sermo est, in eam sententiam edantur, quam Pontificium Consilium Biblicum antea probaverit.

VI. Iudiciis, quibus in Instituto Biblico candidatorum ad prolytatum doctrina expiorabitur, unus aliquis e consultoribus Pontificii Consilii Biblici, quem Cardinales e Consilio eodem detegerint, continenter intersit et suffragium ferat, ut ceteri.

VII. Quemvis academicum in Sacra Scriptura gradum conferri ne liceat nisi iis, quos legitime constet laurea sacrae theologiae potitos esse in aliquo athenaeo ab Apostolica Sede adprobato. Si quis autem eam lauream vel alium similem titulum sit alibi consecutus, res ad Pontificium Consilium Biblicum iudicanda deferatur.

VIII. Ius laureae in Sacra Scriptura impertiendae uni esto Supremo Nostro rei biblicae provehendae Consilio, quod item perget ad experimentum admittere eos ad prolytatum candidatos, qui Sacrae Scripturae studiis extra Institutum Biblicum vacaverint.

IX. Nemini liceat suam periclitari doctrinam, laureae in Scriptura Sacra potiundae causa, nisi saltem biennio ante Prolyta renuntiatus

sit, simulque vel rem biblicam docuerit vel aliquam de eadem elucubrationem ediderit

X. Professores ordinarii Sacrae Scripturae in Instituto Biblico tradendae a Praeposito Generali Societatis Iesu, uti antehac, eligantur; accedat tamen Pontificii Consilii assensus.

XI. Tum Pontificium Consilium Vulgatae restituendae, tum Pontificium Institutum Biblicum, quotannis, ad supremum Nostrum rei biblicae provehendae Consilium de opera et condicione sua, deque rebus maioris momenti universis, scripto plene absoluteque referant.

Quae vero in hac causa statuere ac decernere visum est, ea omnia et singula, uti statuta et decreta sunt, ita rata et firma esse ac manere volumus et iubemus: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xv mensis augusti anno MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

L. © S.'

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. IULIANUM ARCHIEPISCOPUM PORTUS PRINCIPIS, CETEROSQUE EPISCOPOS PROVINCIAE ECCLESIASTICAE HAITIENSIS IN CONVENTUM CONGREGATOS,

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Pietatis in Nos vestrae quamdam veluti expressam imaginem vidimus in amantissima epistola, quam proxime congregati dedistis ad Nos. Quod enim omni officiorum genere tueri, firmare contenditis suavissimae necessitudinis nexus, qui vobis Nobiscum sunt : quod studiose recolitis beneficia-, quae in vos atque in gentem vestram contulimus: quod ea celebratis quae ad suadendam pacem et ad levandas belli calamitates apostolica providentia egimus, agnoscimus quo Nos simus apud vos loco: quanta cum exspectatione una cum tristissimarum Europae rerum cursu, Nostrae persequamini caritatis consilia ac coepta, quamque gratis ea vel ipsi vos teneatis animis. - In iis vero quae scribitis de Venerabili Fratre Francisco, Archiepiscopo tit. Nicosiensi, viro Nobis probatissimo, quem Legatum ad vos haud ita pridem misimus, ac de Venerabili Fratre Ignatio, Episcopo Caiesensi, quem vestro delectum de clero, socium in

ministerio vobis adiunximus, amavimus, in re sane optatissima, vestrae auctoritatis suffragium. Alterum enim a vobis ornari laudibus, frui alterum benevolentia atque existimatione vestra, tanti profecto Nobis est, quanti prudentium virorum iudicio comprobari ad eas utilitates, quas ex eorum virtute speramus, satis esse in illis praesidii.

Hisce vestrae in Nos pietatis officiis, officia plane respondent pietatis Nostrae; quorum nuriciae hae sint vobis litterae et testis apostolica benedictio, quam, caelestium auspicem munerum, vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero ac populo unicuique vestrum tradito, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die iv iulii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD IULIUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM BOSCHI, ARCHIEPISCOPUM FERRARIENSEM EPISCOPUM COMACLENSEM, GEORGIUM S. R. E. PRESB. CARD. GUSMINI, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM, ET ARCHIEPISCOPOS ATQUE EPISCOPOS FLAMINIAE REGIONIS IN ANNUUM CONVENTUM CONGREGATOS.

Dilecti Filii Nostri ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Epistolam accepimus, quam ad Nos dedistis dimisso nuper Bononiensi coetu; eamque ut legimus, dici vix potest quantum ad Nostrum de vobis iudicium, quantum etiam ad benevolentiam accesserit. Vidimus enim nihil vos magis desiderare, quam ut coniunctissimi Nobis, uti semper fuistis, ita esse perseveretis: nihil studiosius curare quam ut Ecclesiae vestrae in exemplum floreant: nihil earum caussa velle, nihil moliri nisi eximia cum utilitate coniunctum. Qua in re, non probamus solum, sed vehementer laetamur in eo nunc vos maxime adlaborare, ut quamplurimi etiam ex vestris gregibus sint, qui catholicis iis societatibus dent nomen, quas novis curis efficere conati sumus proposito aptiores. Quae sint tempora, quid postulent: futuri eventus quid spei afferant, quid timoris, ipsi vos tenetis. Cavendum sane, ne iidem imparatos ac desides catholicos offendant; sed non obliviscendum bonos Christi milites eos tantum esse qui christianarum virtutum cultu Christum induant ac prae se ferant.

Auspex divinorum munerum, in primisque optatissimae illius pacis, quam cotidianis precibus a Deo vobiscum efflagitare non desistimus,

apostolica sit benedictio, quam vobis omnibus, dilecti Filii Nostri ac venerabiles Fratres, et uniuscuiusque vestrum Clero ac populo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die v iulii MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

iii

AL CONTE MASSIMILIANO ZARA, PRESIDENTE GENERALE DELLA SOCIETÀ DI S. PAOLO PER LA DIFFUSIONE DELLA STAMPA CATTOLICA.

Diletto Figlio, salute ed apostolica benedizione. — Il devoto indirizzo, che Ci avete fatto pervenire unitamente al resoconto generale dei libri distribuiti dalla Società di S. Paolo dal 1875 al 1915, nel tempo stesso che richiama il Nostro pensiero su di un opera, alla quale demmo già anche Noi il Nostro nome e la Nostra adesione, con la dettagliata enumerazione delle stampe da essa diffuse, Ce ne pone quasi sott'occhio la vita intensa e largamente benefica. Sono esse atti pontifici ed opuscoli di polemica cattolica: libri di pietà e di amena lettura: illustrazioni storiche e pubblicazioni di sana cultura ed educazione cristiana. Nulla insomma è stato trascurato di quanto può giovare a formare nei lettori lo spirito cristiano, a difenderlo dai quotidiani assalti della incredulità e del vizio e ad offrirgli gradito e salutare pascolo. Possiamo pertanto rallegrarci ben di cuore con voi, diletto Figlio, e con quanti sono che vi coadiuvano in questa nuova forma di apostolato, e concepire le migliori speranze per l'avvenire, ora specialmente, che la stampa cattolica viene promossa anche dall'Opera Nazionale delia Buona Stampa. La quale, se a differenza della Società di S. Paolo, si occupa principalmente della stampa periodica, ha tuttavia con essa identico lo scopo, e l'una e l'altra possono a ragione considerarsi due fratelli, che, in campo alquanto diverso, combattono ambedue una medesima battaglia. Battaglia veramente santa, ed alla quale i tempi che vengono maturandosi attraverso così luttuosi avvenimenti, richiedono quanto mai sollecito e generoso il concorso di ogni buon cattolico.

Auspice delle celesti ricompense ed attestato della paterna Nostra benevolenza vi sia intanto l'Apostolica Benedizione, che di gran cuore impartiamo a voi, diletto Figlio, alia Società cui con tanto zelo presie-

dete, ed a quanti vi assistono con l'opera, col consiglio e con l'obolo della loro carità.

Dal Vaticano, li 22 luglio dell'anno 1916, secondo del Nostro Pontificato.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. D. BERNARDUM, ARCHIEPISCOPUM BOGOTENSEM, CETEROSQUE COLUMBIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS CONVENTUM CELEBRATURUS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Accepimus vos brevi congressuros esse ad tractanda communia Ecclesiarum vestrarum negotia; et quamquam sollertia vestra vix ullum faciat hortationi locum, caritati tamen providentiaeque Nostrae haud videmur satisfecisse, nisi quaedam suggesserimus quae et solatio vobis et dioecesibus vestris utilitati non exiguae futura confidimus. Nova ea quidem non sunt: sed cum de rebus agatur quibuscum catholicae rei profectus coniungitur maxime, iteranda vobis et commendanda duximus.

Ac primo illud attingimus, quod unum prae omnibus arbitramur diligentiam vestram desiderare: id est consilium provincialium Seminariorum. Plane nostis, venerabiles Fratres, quam ubere cum fructu iis alibi utantur dioeceses bene plures. Quid ni igitur, non minori spe proposita, eadem experiatur Columbiana Ecclesia? Tempora, in quae incidimus, eiusmodi, ut videtis, sunt, quae viros e clero non in una sacri ministerii perfunctione sancte versari velint, sed docendo, medendo, sanando, omnes persequi nocendi vias, quas catholici nominis hostes cotidie novas nanciscuntur. At vero sacerdotum eiusmodi non cuique vestrum praesto erit copia, nisi iisdem formandis etiam apud vos maiora quaedam destinata sint clericorum domicilia, in quibus uberior atque elegantior magistrorum doctrina spem portendat alumnorum, qui ad praelianda praelia Domini cum se paullo utilius conferre, tum ceteros apte valeant comparare. Quare hoc petimus, ut cogitationes curaeque vestrae, ut in ceteris rebus, ita in hac, qua profecto nil conducibilius ad frugiferum episcopale ministerium, quam diligentissime versentur.

Ad haec, non abs re erit commendare vobis etiam eam institutorum providentiam, quorum complexus audit actio christiano more socialis. Novimus vel apud vos eam tempora clamare ac vehementer clamare. Hostis enim, si nondum in apertam aciem descendit, suas tamen instruit copias, eo erupturus audacius, quo catholicos imparatiores offenderit. Valde igitur velimus in hoc quoque campo, qui sane patet amplis-

simus, caritas vestra alacris contendat ac prudens, neque ullo modo patiatur filios lucis minus esse prudentes quam filii tenebrarum. Sed in providendo rectum tenendum est iter. Neque enim clericis vel laicis catholicae actioni studiosis adeundae tantum congregandaeque sunt plebes; sed catholicae fidei veritatibus penitus innutriendae, ut quid officii, quidve muneris sit cuiusque proprium quisque teneat et opere exhauriat. Christus, ut oninia uno verbo complectamur, in singulis fidelibus formandus est, antequam iidem Christo valeant militare. Siquid praeterea nova tempora visa fuerint postulare, non difficili id negotio obtineri ab iis poterit, quos disciplina sancta dicto audientes effecerit et ad bonum fidei certamen egregie comparaverit.

Ad rem subsidia, et ea quidem temporibus summopere accommodata, praebere exploratissimum est catholicas ephemerides. Eiusmodi enim paginas, ad multorum manus facileperventuras, plurimum valere ad serendum bonum semen, ad errores refellendos, ad hortandos excitandosque desides, nemo est qui non experiendo noverit: iisque carere bonos ad aedificationem, quum improbi tam misere abutantur ad destructionem, ferendum neutiquam est. Verum curandum etiam ut arma eiusmodi ab iis tractentur, qui recte tractare valeant et velint: qui nimirum et doctrina affluant et officia non negligant eorum propria, qui pro caussa sanctissima se sciunt dimicare.

In rerum denique genere politico, quid catholicis sequendum sit, quidve vitandum, non obscure patet in datis ad rem, a Decessoribus Nostris, documentis gravissimis. Hisce ut nullo non tempore debitus sit apud vos honos, omni ope admittendum vobis est; illud prae ceteris hortantes fideles, in primisque viros e clero, ne studia partium, neve inutilium contentionum caussae tunc cum maxime vires dissipent atque animos disiungant, cum dimicatio praesens vel imminens exigit ut una eademque sit catholicorum omnium mens, una eademque voluntas atque actio.

Habetis, venerabiles Fratres, quid ex desiderio Nostro, ad commune Ecclesiarum vestrarum bonum, in proximo conventu agitetis: in idemque curas vos omnes esse impigre volentesque collaturos adeo Nobis certum est, ut ab omni exhortatione abstineamus.

Testem interea benevolentiae Nostrae ac divinorum auspicem munerum, vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero populoque unicuique vestrum tradito, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i augusti MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICIT

I

SUPER CASUUM CONSCIENTIAE RESERVATIONIBUS

INSTRUCTIO

Cum experientia comprobatum sit casuum, quos vocant, conscientiae reservationes, si debitam mensuram et modum excedant, in animarum perniciem potiusquam in earum utilitatem vergere posse; Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii, praecedentibus ad rem dispositionibus novas, pro opportunitate temporum, superaddens, de expresso mandato Ssmi D. N. Benedicti divina providentia PP. XV, haec cum omnibus et singulis Rmis locorum Ordinariis *decretorie* omnino ac *praeceptive* communicanda statuit:

1. Meminerint ante omnia Rmi Ordinarii casuum conscientiae reservationes *ad destructionem munitionum,* iuxta dictum Apostoli (2 *Gor.,X,* 4), ad removenda scilicet obstacula quae saluti animarum *non communi* impedimento sunt, esse dirigendas; ideoque, generatim loquendo, extraordinario huic remedio manus ne velint apponere nisi, re in synodo dioecesana discussa, vel, extra synodum, auditis Capitulo Cathedrali et aliquot ex probatioribus ac prudentiori bus suae dioecesis animarum curatoribus, de vera reservationis necessitate aut utilitate in Domino convocantur.

2. Utcumque, casus reservandi sint *pauci* omnino, *tres* vel, ad summum, *quatuor,* atque ex gravioribus tantum et atrocioribus criminibus *specifice* determinandis; ipsa vero reservatio non ultra in vigore maneat quam necesse sit ad publicum aliquod molitum vitium extirpandum aut collapsam forte christianam disciplinam instaurandam.

3. Reservationi, generatim, ne submittantur sive *peccata mere interna,* quippe quae, ut docet Benedictus XIV *(De syn. dioec,* V, 5, 5), *non est in praxi receptum ut unquam reserventur,* propter animarum periculum ;

sive quae ex ***humana fragilitate*** derivantia aliam non habeant specialem sibi coniunctam malitiam, propter humanam infirmitatem..

4. Prorsus autem ab iis peccatis sibi reservandis Ordinarii abstineant, quae iam sint Sedi Apostolicae reservata, ne scilicet absque necessitate multiplicentur leges; et, regulariter, ab iis quoque quibus censura, etsi nemini reservata, a iure imposita sit; hoc enim expresse prohibet vetus Instructio S. Congregationis Episcoporum et Regularium diei 26 novembris 1602, quae ita se habet: « Praesertim vero haec monenda « censet Sacra Congregatio, ut videant ipsi Ordinarii ne illos casus pro« miscue reservent quibus adnexa est excommunicatio maior a iure « imposita, cuius absolutio nemini reservata sit, nisi forte propter fre« quens scandalum aut aliam necessariam causam aliqui huiusmodi « casus nominatim reservandi viderentur ».

5. Cauti insuper omnino sint et quam maxime parci quod ad poenales sanctiones, excommunicationes praesertim, quibus forte suas reservationes communire velint; nam, ut sapienter admonet Sacrosancta Tridentina Synodus (Sess. 25, ***de Ref,*** c. 3): « Quamvis excommunica« tionis gladius nervus sit ecclesiasticae disciplinae et ad continendos « in officio populos valde salutaris; sobrie tamen magnaque circumspe« ctione exercendus est, cum experientia doceat, si temere aut levibus « ex rebus incutiatur, magis contemni quam formidari et perniciem « potius parere quam salutem ».

6. Verumtamen, statutis semel reservationibus quas vere utiles aut necessarias iudicaverint, curent omnino ut ad ***certam*** fidelium notitiam, quo meliori eis videbitur modo, eaedem deducantur - nam quaenam earum vis si lateant? - easque, quamdiu necessitas aut utilitas perduraverit, firmas teneant, seu facultatem a reservatis absolvendi ne cuivis et passim impertiant. Mens tamen est S. Congregationis ut huiusmodi absolvendi facultas ***habitualiter*** impertiatur saltem Canonico Poenitentiario, etiam Ecclesiae Collegiatae, et Vicariis Foraneis eorumve vices gerentibus, addita his ultimis, praesertim in locis dioecesis a sede episcopali remotioribus, etiam facultate subdelegandi ***toties quoties*** confessarios sui districtus, si et quando pro urgentiori aliquo determinato casu ad eos recurrant.

7. Ad evitanda demum gravia inconvenientia quae ex reservationibus utilibus quoque ac necessariis in peculiaribus quibusdam rerum adiunctis facile oriri possent, eadem S. Congregatio, nomine et auctoritate Sanctissimi, sequentia decernit:

a) Quaevis Ordinariorum reservatio ***ipso iure*** cessat sive cum aegrotis qui domo excedere non valent, confiteri cupientibus; sive cum

sponsis confitentibus matrimonii ineundi causa; sive tandem quoties, prudenti confessarii iudicio, absolvendi facultas a legitimo Superiore peti nequeat absque gravi poenitentis incommodo aut sine periculo violationis sigilli sacramentalis.

b) Cessat pariter reservatio si, petita prò aliquo determinato casu a legitimo Superiore absolvendi facultate, haec forte denegata fuerit: cessat tamen pro ea vice tantum.

c) Toto tempore ad praeceptum paschale adimplendum utili, a casibus quos quomodolibet sibi Ordinarii reservaverint, absolvere possunt, absque alius facultatis ope, parochi quive parochorum nomine in iure censentur.

d) Quo tempore Sacras Missiones ad aliquem populum haberi contingat, eadem absolvendi facultate gaudent singuli Missionarii.

e) Postremo, a peccatis in aliqua dioecesi reservatis absolvi possunt poenitentes in alia dioecesi, ubi reservata non sunt, a quovis confessario sive saeculari sive regulari, etiamsi praecise ad absolutionem obtinendam eo accesserint.

8. Sed, denique, studeant potissimum Ordinarii doctos, pios ac prudentes confessarios in tota dioecesi efformare, eisque opportuniora ad inolita vitia convellenda remedia suggerant quae ipsimet, si poenitentes ad se remuterentur, adhibituri forent. Quo, dum et confessariis et poenitentibus inevitabiles reservationum molestias vitabunt, optatum effectum suavius simul ac certius, Deo adiuvante, consequi poterunt. Interim vero casuum reservatorum, si qui in propria dioecesi constituti sint, disciplinam ad haec praescripta quamprimum reducere, servato modo art. I° statuto, et haec omnia suos confessarios apprime edoceri satagant.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die IB iulii 1916.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius*

L. % S.

II

DICHIARAZIONE

« Il sacerdote Antonio Caccavari, della diocesi di Nicastro, con « decreto della Suprema Congregazione dei S. Uffizio di feria iv, 12 luglio « del corrente anno 1916, fu ridotto allo stato laicale *firma lege casti-« talis,* per molte e gravi mancanze disciplinari, e specialmente perchè, « dopo essere stato rimosso dalla parrocchia e sospeso *a divinis,* ha « seguitato ad esercitare i sacri ministeri, mostrandosi ostinatamente « refrattario a tutte le disposizioni prese ripetutamente dalla S. Sede a « suo riguardo ».

III

DECLARATIO

Feria IV die 2 augusti 1916

Cum dubia varia orta fuerint circa decretum latum ab hac Suprema Congregatione S. Officii die 21 maii 1912 circa adsistentiam passivam Parochorum in celebratione matrimonii mixti, haec eadem S. Congregatio sui muneris esse duxit declarare praefatam adsistentiam passivam tolerari solummodo in illis regionibus, quibus ante Decretum *Ne temere* concessiones speciales factae ac instructiones datae fuerant a S. Sede, et tantum in casibus et sub conditionibus ibidem expressis, atque proinde matrimonia extra praedictas regiones sic contracta (idest cum adsistentia Parochi passiva) esse non tantum illicita, sed etiam omnino invalida.

Et feria v, die 3 eiusdem mensis, SSmus D. N. Benedictus divina providentia PP. XV, in solita audientia R. P. D. Adsessori huius Supremae Congregationis S. Officii impertita, relatam sibi suprascriptam declarationem benigne adprobare ac suprema sua auctoritate in omnibus ratam habere dignatus est.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 5 augusti 1916.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius.*

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

WESTMONASTERIENSIS ET NORTANTONIENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

Decreto huius S. Consistorialis Congregationis diei 25 iulii 1916, SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV statuit ut ea pars territorii vulgo *Royston,* quae nonnullos ante annos, civilis auctoritatis iussu, a comitatu *Cambridgeshire,* ad dioecesim Nortantoniensem pertinente, disiuncta fuerat et comitatui *Hertfordshire* dioecesi Westmonasteriensi proprio adiuncta, a dioecesi Nortantoniensi avulsa, dioecesi Westmonasteriensi adscriberetur, ut fines ecclesiastici cum civilibus adaequarentur.

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

5 augusti 1916. — Titulari episcopali ecclesiae Poglensi praefecit R. D. Rynaldum Muñoz, presbyterum dioecesis Ssmae Conceptionis, Gubernatorem ecclesiae loci cui nomen « **Chillan** » in Cile.

10 augusti. — Metropolitanae ecclesiae S. Jacobi de Venezuela (Caracas) R. D. Philippum Rincón Gonzalez, antistitem urbanum, parochum et vicarium foraneum, dioecesis Emeriten. in Indiis.

19 augusti. — Cathedrali ecclesiae Apamiensi R. D. Petrum Marceillac, presbyterum archidioeceseos Tolosanae, ibique parochum ecclesiae S. Hieronymi.

22 augusti. — Cathedrali ecclesiae Seguntinae R. D. Eustachium Nieto et Martin, presbyterum archidioeceseos Matritensis, parochum ecclesiae Purissimae B. M. V. Conceptioni in hac urbe dicatae.

SACKA CONGREGATIO CONCILII

HISPALEN.

IUBILATIONIS

19 iunii 1915

1. *Species facti.* - Quidam sacerdos Dignitatem obtinens in Capitulo Metropolitano Hispalensi, dato supplici libello ad hanc S. Congregationem, humiliter postulavit indultum perpetuae iubilationis, ex legitima causa quadragenarii servitii, quod obivisse se asseverabat, per sexdecim annos in praefata cathedrali Hispalensi, per antecedentes vero in ecclesia Collegiata Matritensi, in cathedrali Terulensi, ac iterum in ecclesia Matritensi, ex quo haec erecta fuerat in cathedralem. Preces commendabat Emus Archiepiscopus Hispalensis, referens quoque de favorabili voto Capituli; eisdemque precibus addebantur attestationes Capitulorum Matritensis et Terulensis, quibus plena assertorum fides elucebat.

Super his autem opportunum visum est sententiam exquirere unius e S. Congregationis Consultoribus.

2. *Votum Consultoris* summatim ita referri potest. - Ne Orator intentionem suam consequatur, potissimum obstare videtur contraria praxis S. Congregationis. Etenim, quamvis iubilationis beneficium sit tandem mera gratia ex benignitate S. Sedis concessa, attamen, decurrente tempore, praxi et decretis huius S. Congregationis, nonnullae regulae et conditiones de huiusmodi gratia concedenda firmatae sunt, ex quibus etiam illa est, quod servitium laudabile quadraginta annorum requiritur praestitum in eadem ecclesia aut civitate, vel saltem in eadem *dioecesi.* Ita docent, inter alios, Santi, Prae?., ed. IV, vol. III, p. 66 s., auctoritate innixus resolutionum S. C. C. sub d. 17 dec. 1718, et Verulan. d. 17 sept. 1842, nec non praxis inolitae in Urbe, ubi, ait, «pro concessione indulti computatur servitium Chori « praestitum successive, in variis vel pluribus Ecclesiis, *dummodo semper « Urbanis »*; De Herdt, *Prax. Cap.,* c. XI, § 3; De Angelis, *Prael. Iuris,* t. II, p. 1, pp. 77 ss.; *Acta Ap. Sedis,* vol. VI, p. 430, ubi innuuntur solummodo « *rarissimi* casus, quibus S. Pontifex ex *speciali et extraordinaria « gratia,* servitium in diversis dioecesibus praestitum coniunxerit ad effe« ctum indulgendae iubilationis », qui casus, quum nulla specifica eorum mentio fiat, atque rarissimi, speciales, extraordinarii dicantur, speciem praeseferre videntur *exceptionis* quae regulam firmare solet in contra-

rium. Stat igitur quadragenarum servitium ad iubilationis indultum obtinendum requiri praestitum saltem in ecclesiis *eiusdem dioecesis.*

3. Huius regulae si origo quaeratur, Consultor inveniri censet in eo quod iubilationis beneficium pauliatim consuetudine inductum est, tamquam interpretatio extensiva illius causae canonicae absentiae a choro, quae in *utilitate ecclesiae* fundatur. Norunt quidem omnes ad tramites c. un. *de Gier, non resid.* (III, 3) in VI legitime lucrari posse distributiones quotidianas eum qui causa *utilitatis ecclesiae* cui inservit, a choro abest: hinc effectum videtur, iudicio Consultoris, ut satis censeretur contulisse in utilitatem ecclesiae, deque ea satis meruisse qui per quadraginta annos eidem ecclesiae laudabiliter inserviisset, adeo ut ab ulterioris servitii gravamine ferendo, ex aequitate quadam solveretur. Idipsum confirmat verbis Fagnani, in c. Licet, *de Praebendis,* n, 166: « Toleranda « sunt statuta ecclesiarum quibus declarantur lubilati et immunes a « choro, qui per XL annos continuos ecclesiae inservierunt. Hoc enim *« in utilitatem ecclesiae* intelligitur esse sancitum, ut Canonici et Mini- « stri spe immunitatis assequendae, ad servitium chori diutius exhiben- « dum alacriores reddantur... Saepe etiam a S. C. C, me Secretario, « indultum fuit Canonicis... septuagenariis, qui quadraginta annos con- « tinuos divinis interfuerunt, *ut tamquam de Ecclesia bene meriti,* perci- « pere valeant et distributiones, licet choro non intersint » (cfr. Garcia, *De Benef.* III, c. II, n. 344?). Posita autem hac origine seu ratione iuridica beneficii iubilationis, quum ecclesia de cuius agitur utilitate, profecto ea sit ecclesia *particularis seu propria* cui iubilandus adscriptus est, non autem Ecclesia universalis, seu etiam ipsa natio vel dioecesis, (cfr. Gerunden., *Distributionum choralium* in *Actis Ap. Sedis,* 1915, p. 262), pronum erat inferre repellendum esse a beneficio iubilationis qui quadraginta continuos annos servitii non peregisset in eadem ecclesia, sed in diversis, licet eiusdem dioecesis, Capitulis.

4. Verumtamen ab hac iuris severitate seu subtilitate pauliatim recessum est, adeo ut hodie (prout certum omnino est, etiam ex praxi H. S. C), minime censeatur canonicae aequitati congruum, quemquam ab hoc iubilationis beneticio repelli, hac una de causa, quod in *diversis* ecclesiis *eiusdem dioecesis* inservient: idque profecto tum immutatis rerum adiunctis, tum novo cuidam iuridico conceptui iubilationis acceptum referri debet.

Etenim, in primis, hodie in nonnullis ditionibus, ecclesiae collegiatae iam non fruuntur bonis suis propriis, neque independenti gaudent rerum suarum administratione, sed loco praebendarum sunt proventus annui qui rependuntur a Gubernio ex *massa* quadam, quam illud

coacervavit ex ecclesiarum depraedatione; item translationes Canonicorum ex Capitulo ad Capitulum, antiquitus rarae et odiosae, frequentes admodum nostris diebus factae sunt. Quapropter, ei qui, dum noviter in ecclesiam receptus est, postularet tamen iubilationem, non semper recte hodie opponeretur, ignorari in Capitulo praecedentia eius merita, nec posse de bonis Capituli praemio honestari servitia aliis in ecclesiis locisve praestita.

Hinc demum primaevae iuridicae notioni iubilationis ex causa *utilitatis ecclesiae,* alia suffecta est (quae ceteroquin et in praecedenti contineri, vel cum ea coniungi saltem quadam affinitate visa est) in utilitatem scilicet et praemium *personae,* quae respiceret magis *merita propria* Canonici: deducta comparatione ex iure Romano, seu civili, quo cessare aliquando a militia publicisve servitiis, atque emeritorum frui stipendiis concedebatur iis qui quadraginta saltem annorum spatium utilitati publicae consecrarint, idque ubivis et in quovis gradu seu officio.

5. Haec autem nova iuridica notio, cum suis consectariis, iudicio Consultoris qui scripsit, minime respuenda videtur, quum satis consonum videatur, ea quae *consuetudine* sunt inducta, *consuetudine* pariter, novis emergentibus rerum adiunctis, temperari et accommodari. Multo magis, quod haec notio iubilationis *personalis* nobilior videatur, et ad effectum ad quem beneficium hoc inductum fuit, assequendum, aptior; nam v.g. Canonicus ab una ad aliam dioecesim translatus'post plures annos servitii in prima, ita ut sperare non possit, se alios **XL** continuos annos in altera esse emensurum, nec proinde iubilationem fruiturum, alias bene promeritus, multo minus profecto allicietur ad diligentem sedulamque operam navandam servitio chorali, quam si probe sciat tempora servitii praestiti in utraque dioecesi posse simul coniungi.

Porro, si haec generatim admittantur, nihil iam obstare videtur quominus precibus Oratoris adnuatur. In Hispania enim Canonici nonnisi iis proventibus fruuntur qui a Gubernio, *pro praestantia Capitulorum,* singulis solvuntur; unde quasi quodam *ascensu* ad meliora translationes Canonicorum de uno ad alterum Capitulum, etiam in diversis dioecesibus, pro *meritis* decernuntur, nec devitari possunt; adeo ut Capitula Cathedralia, veluti ex quodam iugi concursu inter clericos omnes nationis de optimis et praestantioribus viris sane provideantur. In nostra demum specie, Canonicus per *sexdecim annos* ecclesiae Hispalensi inserviit, deque ea idcirco satis benemeritus censeri potest: nec ullus subest timor, ne servitium chori, in insigni et numeroso adeo Capitulo, ex hac iubilatione detrimentum capiat. Concludit igitur Consultor, votum Emi Archiepiscopi Hispalensis comprobans, ut petitum in casu indultum benigne concedatur.

RESOLUTIO: Propositis precibus Oratoris, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis die 16 iunii 1915 habitis, Sacra Congregatio Concilii rescribendum censuit: *Pro gratia iubilationis, in forma consueta.*

Quam resolutionem SSmus Dominus Noster Benedictus divina providentia PP. XV, in audientia die 18 eiusdem mensis infrascripto Secretario concessa, approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

27 novembris 1915. — *Episcopus Ghristopolitanus,* R. D. Matthaeus Brodie.

15 aprilis 1916. — *Episcopus tit. Tenedius et Vicarius Apostolicus Arabiae,* R. P. Evangelista ab Usselle, ex Ordine Min. Capulatorum.

28 aprilis. — *Episcopus Ballaratensis,* R. D. Daniel Foley.

— *Episcopus Portus Victoriae Seychellarum,* R. P. Ioannes Damascenus a Vovrai, ex Ord. Minorum Capulatorum.

8 iulii. — *Episcopus Portus Ludovici 'in insula Mauritio,* R. P. Ioannes Murphy, e Congregatione Spiritus Sancti.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

TAURINEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI JOSEPHI BENEDICTI COTTOLENGO, CANONICI SACERDOTIS, FUNDATORIS INSTITUTI TAURINENSIS PARVAE DOMUS A DIVINA PROVIDENTIA.

SUPER DUBIO

An et quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?

Hac iniqua temporum acerbitate quanti referat quantique momenti sit memoriam excitare atque merita praeclari e sacerdotali ordine Viri, cui nomen Iosephus Benedictus Cottolengo, conspectus maiorum, ex

una parte, ac miseriarum, quae undique circumdant et opprimunt eorumque causa et origo; ex alia vero parte totius vitae ratio huius venerabilis Dei Famuli eiusdemque fidelis et expressa imago suadent profecto plenaque significant.

Quamvis enim numquam fortasse ante actis aetatibus tanta fuerit, quanta hodie, praedicatio humanae fraternitatis, haec tamen non est nec esse potest, nisi quaedam verae germanaeque dilectionis fraternae fallax, ementita et fucata species, quandoquidem, frigescente et arescente caritate Christi, virescere nequit umquam in proximum caritas, quemadmodum toti iam innotuerat mundo cunctisque planum factum fuerat atque perspicuum ex quo divina illa vox insonuit : *Mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum* (I Ioan., iv, 21). Tanta siquidem hf duo amores, Dei videlicet ac proximi, necessitudine et cognatione coniunguntur inter se et colligantur, ut alter, altero sublato, locum, ubi consistat, amplius non habeat. Revera, licet duo videantur, unus nihilominus semper est idemque erga Deum amor, qui, perinde ac *principiis continentur conclusiones,* amplectitur in se explicatque amorem proximi, ut est Angelici Doctoris sententia (2ª 2ªᵉ, q. XLIV, art. % in corp.). Ex quibus illud veluti sponte sua scatet pronumque est intelligere; quod scilicet, ista adeo lacrimabili, quae omnium ante oculos obversatur, civilis societatis conditione, dum laesum se prodit manifesto funditusque eversum divinum de fraterna dilectione praeceptum, hoc ipso unaque simul neglectum omnino se ostendit impieque violatum quod de caritate Dei *maximum* est et *primum mandatum.*

Quum igitur in discrimen vocentur suprema totius vitae christianae principia, peropportunum sane contingit maximeque fructuosum, ut Dei Famulus ad imitandum proponatur, qui exemplo suo doceat monêatque, nullam esse, eamque ne mente quidem concipi posse, in proximum caritatem seorsum a caritate Dei; eo vel amplius quod, edito iam, quindecim abhinc annos, apostolico decreto, quo praefati venerabilis Dei Servi heroicae probatae sunt virtutes, easdem ratas etiam habere et confirmare dignatus sit Deus, miraculorum, quod accessit, testimonio.

E variis porro factis, quae, uti prodigia, fama celebrabat, ideo binae selectae sunt sanationes, quippe aptiores inventae adipiscendae certitudini, quam, quum praesertim de miraculis agitur, necessario exposcendam sacri huius fori iubent leges. Constitit namque de morbis rem fuisse, quos appellant *orgánicos,* adhibitoque apud Deum deprecatore fideli Eiusdem Famulo, venerabili Iosepho Benedicto Cottolengo, morbos ipsos, momento temporis, esse depulsos, simulque corporis, seu visceris, partem, quae vere et materialiter, seu *anatomice* et *patologice,* ut inquiunt,

illuc usque graviter laesa erat, ad naturalem suam physiologicam integritatem plene perfecteque fuisse restitutam. Haec vero viribus naturae non acciderunt, neque fieri ullo modo potest, ut accidant umquam, quemadmodum pro utraque sanatione concors testata fuit trium insignium virorum, in arte peritorum, sententia, facilique negotio suadet sibi, immo et fateri cogitur vel quilibet imperitus homo et rerum medicarum ignarus.

Equidem huc perducta est res, severae ac diuturnae disceptationis ope; in antepraeparatoria namque Congregatione primum agitata fuit quaestio, secundo ac tertio in duabus subinde praeparatoriis Congregationibus, et quarto denique iii Congregatione generali, die decima prima superioris mensis iulii, coram Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XV coacta. Tn qua ad discutiendum propositum quum fuisset dubium: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur?* omnes, qui aderant, quum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores suffragia singuli ex ordine tulerunt, quibus laeto intenteque animo exceptis, Sanctissimus Dominus Noster decretoriam sententiam Suam «de more aperire distulit, interim divini luminis praesidium a Patre luminum impensius deprecaturus.

Hac vero die Dominica nona post Pentecosten, sacro devotissime peracto, ad se acciri iussit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: *Constare de duobus propositis miraculis;* nempe de primo *instantaneae perfectaeqne sanationis Mariae Liberatae Re a cistite gravissima et lethali infectione parta ab absorptis urinae elementis,* deque altero *instantaneae perfectaeqne sanationis sororis Mariae Perdolentis a cirrhosi biliari.*

Hoc decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit idibus augusti anni MCMXVI.

ffc A. CARD. VICO, EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE,

S. R. G. Pro-Praefectus.

L. % S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACEA ROMANA KOTA

I

PARISIEN, SEU NICIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MASSIER-GAUTHIER)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 30 decembris 1915, BR. PP. DD. Petrus Rossetti, Ponens, *Ioseph Mori et Raphael Giumenti, Auditores de turno, in causa* Parisien, seu Nicien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Ioannem Massier *appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium advocatum Sacconi, et* Germanam Gauthier *appellatam, interveniente et disceptante in causa vinculi defensore ex officio, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

1. In ecclesia S. Augustini Lutetiae Parisiorum, die 10 martii 1900, Ioannes Massier, domo Vallauris, Niciensis dioecesis, matrimonium contraxit cum Germana Gauthier, Parisiensi, puella ditissima: qui illico societatem coniugalem instituerunt adeo pacificam, ut quindecim fere per menses nulla unquam inter ipsos vel minima exstiterit contentio: immo matrimonii etiam consummatione naturali lege rite servata, statim et ulla absque difficultate dederunt operam; unde antequam annus a contracto matrimonio integer fuisset elapsus, filia ortum habuit.

Hoc volvente tempore, Ioannes, paterna domo relicta, in civitate Niciensi una cum uxore sua et prole suscepta sedem posuit: tunc domestica felicitas turbari coepit, et a coniugali domo pax exsulavit; vir enim erga uxorem suam amplius eam non servavit vitae consuetudinem, quam antea servaverat, et mulieri hoc aegre ferenti, atque mutatae vitae rationem exquirenti, fateri non erubuit, se nonnisi a matre sua coactum, mediantibus minis eiectionis e paterna domo et exhaeredationis, cum ea matrimonium contraxisse, non vero sincero cordis affectu et liberae voluntatis suae proposito; idque quia erga aliam mulierem

vehementissime- afficiebatur amore, quam nullo unquam pacto se relaturum affirmavit.

Germana, hac recepta notitia, et viri sui iniquo cognito proposito, cum aliter sibi consulere posse desperaret, coniugale thalamum deseruit, et una cum filia apud parentes suos se recepit paterna in domo perpetuo mansura: quod mense decembri 1902 factum est. Interim Ioannis mater die 30 martii 1903 supremum diem obiit: sed Germana-, infirmitatis eius nacta occasionem, aegrotanti socrui charitatis officia exhibitura eius domum Vallauris adivit, ibique virum sibi reconciliare studuit, et dissociatae vitae consortium restituere : sed frustra. Nam uxoris preces Ioannes non admisit, et Germana mense augusto anni 1903 coram civili magistratu pro divortio consequendo agere coepit; quod revera obtinuit per sententiam diei 21 iulii 1908, et consequenter altero viro civiliter nupsit.

Rebus sic stantibus, cum iam undecim fere effiuxissent anni a discessu mulieris, Ioannes tandem die 11 aprilis 1913 Sacratissimo Principi supplicem dedit libellum, petons humillime ut matrimonii sui causa, etiam in primo gradu, apud S. R. R. Tribunal posset pertractari, eiusque nullitas declarari ex capite *vis et metus.* Et revera, Pontificia obtenta commissione, processus fuit rite confectus in Curia Niciensi, et causa fuit proposita definienda in turno rotali diei 25 martii 1915, a quo sententia prodiit: *Non constare de nullitate matrimonii in casu.* Sed ab hac sententia actoris Procurator legitime ad alium turnum appellavit, et hodie causa iterum examinanda et definienda proponitur sub consueta formula: *An sententia rotalis diei 25 martii 1915 sit con-, firmanda vel infirmanda in casu?*

2. *Ius quod attinet.* - Cum matrimonium sit ipsemet contractus naturalis a Christo Domino auctus dignitate Sacramenti (Pius VTIÏ, Encycl. *Humilitati* 24 maii 1829), sicut contractus ceteri consensu perficitur (Cap. V, *de Bigam.,* L. 30, *de R. I).* Quare quidquid consensum laedit, matrimonio nocet, cum omnimodam consensus libertatem, quae est potestas sui actus ad opposita, postulet nuptialis consociatio. Iamvero consensui obstat metus, cfui ideo inter impedimenta matrimonium dirimentia adnumeratur; sed utrum naturali iure (Pont. IV, 14, 4), an canonico (Sánchez, IV, 14, 2) nondum satis est exploratum. Actus enim positus ex metu, quantumvis gravi, est semper *simpliciter* voluntarius; sed est etiam *secundum quid involuntarius :* unde actio *quod metus causa* seu restitutio in integrum, datur metum passo: immo et exceptio *quod metus causa* datur; ut qui per metum talem ad dandum aliquid,

aut pro mittendum coactus fuit, repetere donatum possit, aut excipere contra eum, qui metu incusso promissionem obtinuit, ne solvere teneatur. Sed quia nuptiae semel coitae rescindi non possunt, ideo ex metu initae ab initio irritae decretae sunt. « Ius naturae alios actus reddit « rescindibiles, ad petitionem partis metum passae; cum autem id matri« monio applicari nequeat, debuit illud irritum reddere, secus innocenti « non consuluisset » (Gasparri, II, cap. IV, n. 934).

3. Quare explorati iuris est, matrimonium metu contractum, dummodo metus requisitas habeat conditiones, nullum esse atque irritum, saltem iure canonico (cap. *Cum locum,* 14; *Cum veniens,* 15; cap. *Consultationi,* 28; *de Sponsal. et matrim.;* cap. *Significasti,* 2 *de eo qui dux. in matrim);* quod uno ore Theologi et Canonistae fatentur (S. Thom., *4, dist. 29, qu. unie,* art. 3; Sánchez, *de matrim.,* 1. 4, disp. XII; Reiffenst., lib. IV, tit. 1, n. 325; Schmalz., lib. IV, tit. 1, n. 386). Non igitur quilibet metus hoc operatur, sed qui a causa libera, seu ab homine, incutitur, quique: 1) directe incutitur ad extorquendum consensum, seu ad extorquendum matrimonium (cc. 15, 28, *de sponsal. et matrim.;* cap. 2, *de eo qui dux. in matr.),* quamvis doctores magnae notae contradicant (Schmalz., 1. IV, t. 1, n. 398; Lugo, *de Iust. et Iur.,* n. IX, 175 seq.); 2) sit iniustus (cap. 10 eod.; Pont. IV, 19, 7), quoad substantiam (ex L. 12, § 1, *quod metus causa);* 3) sit gravis seu absolute seu relative (cc. 15, 28 *de sponsal. et matrim.),* licet tantum reverentialis sit, cum tamen ei aliquid accedit e. g. preces importunae, minae, iurgia, vexationes (D'Annibale I, p. 104, n. 128 edit. III; Gasparri II, p. 54, n. 493, edit. III; Rota, *Parisien.,* 26 febb. 1910; item *Parisien.,* 13 martii 1911); levis non attenditur (L 6, 7, 8. *Quod metus causa),* quia nemo praesumitur compulsus hoc metu.

4. Quis sit metus vere gravis explicant Alexander III in cap. 15 et 28 *de spons. et matrim,* et Innocentius III in cap. 6 *de iis quae vi metusve causa fiunt,* qui dicunt, illum esse qui cadat in virum constantem. Sed in hac re determinanda cum metus sit instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio, non una est inspicienda obiectiva mali minitati consideratio, sed insuper ratio est habenda conditionis personae malum illud pertimescentis, adeo ut malum instans tel futurum sit grave *pro illa* persona, quae timet; ita nempe ut haec persona facile illud sustinere nequeat, et insuper persuasum habeat, illud malum sibi revera imminere. Si utrumque, vel etiam si alterutrum desit, metus est levis (Gasparri II, n. 940-944). Quare instructio S. Officii 20 iunii 1883 rite docet: « Gravitas timoris oritur ex natura minarum, ex qualitate tum « eorum, a quibus illae proficiscuntur, tum eorum, qui eas pati dicun-

«tur». Iudicis ergo est metum expendere gravis an sit, vel levis et inanis ; sed perpensis etiam, praeter idoneos testes, antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus adiunctis, cum metus, utpote in animo latens, sit difficilis probationis (Fagnanus, in cap. *Consultationis, 1% de sponsal. et matrim.;* Gasparri II, n. 491; Rota coram Ludovisio, decis. 326; vol. III decis., p. 205). Sed in dubio metus praesumitur levis propter matrimonii favorem (Layman, lib. V, tract. X, par. 2, cap. V, n. 4).

5. Nec satis est, metum alicui vere incussum fuisse, nisi constet simul, illum usque ad matrimonii celebrationem perdurasse: tunc enim revera dici posset, metum fuisse matrimonii causam, a quo veluti necessarius effectus dérivât: alias hoc non admittitur. Saepissime evenit, ut quod prius non placuit, re melius perpensa, postea acceptetur; et ideo potest contingere, ut qui antea matrimonium noluit, et nonnisi coactus in illud convenit, postea, mutato consilio, sponte ac libere illud admittat. Hoc sufficit, ut matrimonium, quod iuris gaudet favore, libere contractum praesumatur si metus existentia tempore celebrati matrimonii non probetur.

6. Qui autem metum allegat, contra se habet praesumptionem, et ideo, si velit contrarium retineri, gravatur *manifesta, concludenti et fortiori probatione* (decis. Rot. Rec. dec. 117, n. 3; dec. 290, n. 1; dec. 469, p. 3; dec. 45, n. 7, par. 4, tom. I). Quare Ioannes Massier, nisi se metum passum legitime probet, matrimonii sui nullitatem frustra sustineri contendit; «praesumptio enim, quae valere facit actum, est regina aliarum « praesumptionum; ac proinde praesumitur pro validitate actus donec « probetur invalidus » (Reiffenstuel, lib. V, tit. 23, n. 91). Iamvero probatio haec non resultat ex actis.

7. *Factum quod attinet.* - Enim vero RR. PP., actis inspectis, primo retinuerunt, non constare, praetensum metum revera fuisse incussum: quae enim ad hoc probandum allatae sunt depositiones hoc non evincunt.

Sane coniux uterque deponit, Ioannis matrem minas filio intulisse; vir enim affirmat, se nonnisi a matre per minas compulsum Germanam Gauthier uxorem duxisse (Sum. I, p. 4; III, p. 8): hoc etiam affirmat Germana (Sum. IV, p. 22, qu. 3). Sed cum hi pro se dicant testimonium tempore suspecto, dubitare saltem licet an vera loquantur; et ideo integra his non est habenda fides. «Confessio quam coniuges faciunt « post matrimonium contractum, in quantum adversus matrimonii valo- « rem pugnat, omni vi caret » (Instructio Austriaca, n. 148): sic etiam «iusiurandum a coniugibus praestitum, aeque ac eorum confessio,

«probationem de impedimento obtinente suppeditare, aut supplere «nequit» (1. c. n. 169). Concinit Rota: « Confessio coniugis non attenditur quoad vinculi solutionem » (dec. 264, n. 44, Par. V, Tom. I Rec; dec. 155, n. 57, Par. VI, Rec). Quare merito ait Lega: « in causis de « nullitate? *confessio est suspecta et pene nullius valoris* quum editur tem- « pore suspecto, seu post institutam accusationem in matrimonium ». Et in casu suspicio haec gravi non caret fundamento; utriusque enim coniugis maxime interest, accusati matrimonii nullitatem declarari, ut valeant, recuperata libertate, alias nuptias conciliare, quas contracturi dicuntur etiam si rotalis sententia eis non arrideat, pro nihilo habentes offensam Dei et suarum animarum perniciem. Ita parochus Ardisson: « Ce que je puis ajouter c'est que les deux époux sont décidés à con- « tracter un autre mariage, qu'ils soient ou non reconnus libres par «Rome»; quod ceteroquin non obscure iam innuerat testis Maurel: « J'ai même fait des démarches, mais sans succès, parce que chacun « d'eux en aimait un autre ».

8. Ex testibus melior non oritur probatio. Qui enim fidem faciunt in iudicio sunt testes de scientia (can. 15, caus. 3, p. 3), seu qui sensibus suis percepta deponunt (ex L. 14, c. *de Test.;* § ult. *de Testam.);* non vero testes de credulitate, quae magis non attenditur quam indicia mereantur, quibus innititur, vel de auditu, qui ad summum praesumptionem pariunt (Mascard, *de Probat.*, Conci. 60) : et si a non fide digno acceperint fides testimonio habenda non est (cap. 47, *de Test.).* Iamvero qui in casu excussi sunt testes, duobus tantum exceptis, Augustino Barel, et in novissima inquisitione Leonia Blanchard, de quibus dicetur infra, non sunt veri testes, sed testes de auditu, qui vel a non fide digno, seu ab ipso actore, acceperunt deposita, ut Danillon, Alphridus Massier, Maissa; vel acceperunt ab actoris matre, quae morte praeventa non potuit audiri ut factorum veritas agnosceretur. Quare vel nullus est valor depositionum si hae ad priores testes referantur, vel est dubius si referantur ad alteros.

9. Sed insuper, depositionibus publicatis, immo publicata etiam sententia actori adversa, iterum excussi sunt testes, aliique novi inducti: quamvis hoc in causis matrimonialibus fieri non prohibeatur (cap. 35, *de Test.),* non ideo tamen cessat iuridica suspicio, quae in generali prohibitione continetur (cap. 17, *de Test.;* cap. % cod. tit. *in Clementinis),* quaeque in casu evidenter apparet. Nam qui, primum excussi, generice tantum, uno excepto Maurel, deposuerunt, post didicitas attestationes et post cognitas sententiae rationes, iterum interrogati de minis specifice loquuti sunt iuxta suggestivas eis propositas quaestiones. Hanc

testium variationem culpae Iudicis instructoris vertit actoris patronus; cum enim quaestiones adaequatas testibus non proposuisset necesse fuit ut iterum accuratius interrogarentur, ex quo depositionem orta diversitas. Verum in prima inquisitione omnibus indiscriminatim eadem quaestio fuit proposita, certe non ampla, sed apta satis. Et hoc est adeo verum, ut Maurel, hac audita interrogatione, de minis illatis deposuerit. Quod potuit unus, ceteri potuissent et dixissent. Non ergo interrogationum defectui, sed alteri motivo est tribuenda testium variatio. Immerito etiam patronus idem affirmat, in suppletiva instructione non super eisdem, sed super diversis articulis fuisse interrogatos. In prima enim inquisitione fuerunt rogati de causa, quae Ioannem ad matrimonium coegit, eumque fecit invitum: « Savez-vous si Mr Jean Massier n'a pas * consenti librement, pleinement lors de son mariage avec Mlle Gauthier? »; in altera suppletiva de minis specifice fuerunt interrogati: « Qu'avez-vous su au sujet de menaces... En quoi consistaient ces mena- « ces? ». Unum ergo idemque in utraque inquisitione fuit quaesitum, an scilicet voluntas libera matrimonium admiserit, vel coacta voluntas, licet sub forma diversa; generica in prima, in altera specifica: et ideo iuridica suspicio non eliditur. Et hoc facto etiam probatur; adeo enim testes partis studio moti apparent, ut inter actorem et eorum depositiones apertissima appareat contradictio; cum enim ille dixisset, patruae minas fuisse illatas post separationem a muliere : « Ma tante et marraine, « Madame V. Guirard Massier, tenta à plusieurs reprises de me faire « revenir vers ma femme », testes omnes hoc dicunt accidisse ante matrimonium, et quidem ad consensum extorquendum in illud. Iudici enim sciscitanti : an sciant testes « si Madame Massier poussait aussi la tante « de Mr Jean à déshériter celui-ci s'il ne consentait pas à épouser « Mlle Gauthier? », in sensu affirmativo responderunt omnes. Inde explicatur quare, ut optime observat appellata sententia, personae familiae extraneae per actoris matrem dicantur factae participes sermonum consiliorumque omnium circa matrimonium, quae filii ipsi penitus ignorarunt: hoc enim cum sit incredibile, adsertum a testibus factum retinetur contra veritatem. Neque patroni sustinetur explicatio qua dicit, Ioannis matrem, quae neminem suae voluntati obsistere patiebatur, sui agendi rationem filiis suis occultasse ne in illis oppositionem inveniret, quam extraneis manifestavit. Etenim, fatentibus Paul et Blanchard, contentiones matrem inter et filium, atque minae in familia non erant occultae: « Jean... a eu des discussions assez vives entre lui et sa mèr'e à ce « sujet... Mme Massier a menacé son fils devant moi de le déshériter « et de le chasser de la maison s'il n'épousait pas Mlle Gauthier »,

quas ideo Ioannis fratres non ignorassent « dont les personnes de la « maison ont eu aussi connaissance »: deinde quae filii non didicissent a matre aliunde discere poterant, et praesertim a-b illis, qui officinae erant addicti, et quorum consuetudine utebantur, contentionum et minarum non ignaris; et ideo mater praetensam oppositionem non vitasset. Filiorum ergo ignorantia a patrono non conciliatur cum cognitione minarum ex parte extraneorum, et argumentum inde petitum a primis Iudicibus optime sustinetur.

10. Quod si depositiones ipsae expendantur, saltem praecipuae, aliud habetur argumentum, quod testibus fidem adimit. Alphridus et Ioseph Massier pugnant inter se ; ille enim minas a matre illatas admittit, sed eas dicit, se a fratre Ioanne accepisse, quas potuisset et debuisset directe cognoscere cum simul in paterna domo viverent: « Mon frère, avec qui «j'habitais, me l'a avoué»; iste vero minas excludit omnino, dum e contra suasiones tantum ex parte matris admittit: « Ma mère je ne crois « pas qu'elle ait fait des menaces; mais elle a surtout persuadé mon « frère que c'était son intérêt qu'il se mariait avec cette personne-là ». Equidem Iosephus Niciae morabatur; sed cum personis familiae optimas servavit relationes; immo matris etiam fiducia utebatur, «elle se con« fiait habituellement à moi », a qua etiam de fratris matrimonio fuit edoctus, saltem postquam omnia fuerant composita: « Elle ne m'a parlé « de ce mariage que quand elle a eu tout réglé », et omnia, sicut evenerunt, ei a matre retinentur manifestata; Iosephus enim, hisce auditis, observationes non omisit, quas mater non acceptavit: « J'ai essayé de « lui faire quelques observations sur la gravité de ce projet; elle m'a «répondu qu'elle savait bien ce qu'elle faisait». Nihilominus minas excludit, et suasiones dumtaxat admittit. Utri credendum? Alphrido non certe; eius enim depositio cum fratris Joannis depositione confunditur, et maiorem quam ista non meretur fidem; deinde suspectus est retinendus, iudici enim interroganti respondens plus affirmât quam actor ipse desideret, cum nedum a matre, ut vult Ioannes, sed etiam a patre minas huic dicit inlatas: « Mon frère a été contraint par ma « mère, sous menaces de le déshériter, *et mon père* de le chasser de la « maison s'il ne consentait à ce mariage », et adiungit exhaeredationis minas a patrua etiam illatas fuisse: « Sa marraine même, qui était sa « tante, le menaça également de lui diminuer sa part d'héritage s'il «refusait de consentir à ce mariage ».

11/ Augustus Barel sibimet contradicit, et aperte mentitur; qui enim sub iuramenti fide in prima inquisitione dixerat: « Je ne sais pas si elle « (mater actoris) a fait des menaces à son fils pour le faire consentir »,

in altera apertissime affirmat: « Je sais que Mr Jean ne voulait pas «épouser Mlle Gauthier, et que Mme Massier tenait beaucoup à ce « mariage, qu'elle voulait l'y contraindre et le menaçait de le mettre «à la porte et de le déshériter s'il s'y refusait». Parochus Ardisson hunc testem ab admissa contradictione et mendacio excusat ob culturae defectum; sed frustra. Adeo enim sunt clarae factae depositiones, ut electum non requiratur ingenium ad rectam earum intelligentiam, et ad differentiam percipiendam inter primam: « Je ne sais pas si elle a « fait des menaces à son fils » et alteram : « Je sais... qu'elle voulait l'y « contraindre et le menaça de le mettre à la porte et de le déshériter... «Je l'ai entendu moi-même plusieurs fois ». Parochi defensionem nec ipse testis Barel primum admisit, qui potius duxit exponere, primae depositionis defectum ex scriptoris errore promanasse: « Sûrement un erreur « s'est glissée en verbalisant ma déposition », quin adverteret ad explicationis futilitatem: si enim scriptor errasset, audita lectione scriptae depositionis, testis ipse errorem advertisset, et emendationem curasset. Sed, cum tertio fuit excussus, Parochi defensionem fecit suam: « Ma réponse, « au premier interrogatoire n'a pas été ainsi fait que, vu mon peu d'ins- « truction, je n'avais pas compris toute la question ». Nec est omittendum, hunc testem ab actore monitum, cui erat addictus, « étant resté « dans la maison vingt-quatre ans », ei morem gerere spopondisse d. 24 aprilis 1914: « Vous n'avez qu'à me faire convoquer à nouveau « étant prêt à rectifier une erreur », eique fidem servasse die 4 iunii 1914 in. altera depositione, et die 14 maii 1915 in tertia.

12. In novissima inquisitione Leonia Blanchard ut testis inducitur, quae cum sit testis de scientia: « Madame Massier a menacé son fils devant « moi », plenam faceret fidem in iudicio. Sed si vera testis refert, non explicatur quare neque in prima, neque in altera, sed tantum in tertia inquisitione fuerit inductus; et deinde cum facta referat, quae in familia saepe e venerant: « Je l'ai su, vu que je fréquentais la maison, et que «je l'ai entendu répéter fréquemment... Mme Massier le lui disait sou- « vent elle-même...», nec explicatur cur Alphridus, qui in familia vivebat, ea penitus non adverterit. Adde nimiam huius testis levitatem qui suggestivae interrogationi respondens, aliter ac actor affirmat, praeter matris minas, periculum exponit, una cum electione a paterna domo, patris etiam et patruae amittendi haereditatem, simulque maternae haereditatis exaggerat quantitatem, quam ad decies centena millia libellarum extendit, ut inde concludat, quartam partem grave damnum pro Ioanne constituere idque Ioannem plene cognovisse *(Summ, alterum,* p. 20-21, n. 7, 8, 9, 10). Quare testis hic a RR. PP. suspectus habetur in causae

commodum ab actore vocatus; et ideo eius depositio omni vi carens retinetur. Danillon etiam mendax est; qui enim in prima inquisitione dixerat, se minas agnovisse, sed eas *in specie* non posse determinare: « Je sais que la mère fit des menaces; mais je ne puis préciser en détail « quelles furent », plus quam par sit eas determinavit *in specie* cum fuit excussus in altera: « 11 (Ioannes) me dit: " Ce qui me fait le plus de « peine c'est que ma mère m'a menacé de me chasser de la maison et « de me déshériter si je ne fais pas sa volonté, et je ne puis m'y « résoudre „ ».

13. Equidem testes non solum a Parocho Ardisson *(Summ, addit,* I, p. 15 et seq.) dicuntur viri praediti « d'une parfaite honorabilité», sed etiam Tribunali Niciensi *(Summ, addit.,* III, n. I) persuasio fuit de eorum probitate, honestate et veritate. Sed an huiusmodi sit attendenda testificatio primo licet dubitare. Parochus enim Ardisson, quem testificatio ipsa habet auctorem, aliquod in causa videtur habere interesse. Et hoc non solum evincitur ex universa sui agendi ratione sive in laudibus prodigandis, sive in testibus defendendis, iisque a contradictionibus vindicandis; sed etiam quia Ioannis amasia, quae a lege viri liberata « tenait « à ce que je (Ioannes) fasse annuler mon mariage», ut inde simul matrimonium contraherent, erat sub dicti Parochi tutela, ipso actore fatente: « Quand le 11 maii 1907 le docteur Colignon décédait voilà donc Mme Coli- « gnon libre.....à Vallauris ne vivant qu'auprès de mon curé.....». Tribunali vero persuasum fuit de testium probitate, sed quo fundamento non apparet. Insuper admissa etiam testium omnium probitate, non inde sequitur, eos deceptos quacumque de causa, falsum non deposuisse. Et revera, quae hactenus sunt disceptata hoc evidenter ostendunt Incussi ergo metus existentia in actis probata non existit. Hoc unum sufficit, ut appellata sententia, contrariis quibuscumque non obstantibus atque reiectis, confirmetur.

14. Attamen quaestionis meritum Domini perpendere non omiserunt, et pro certo retinuerunt, timorem, qui in casu dicitur incussus, siquidem vero fuisset incussus, talem non esse, qui a iure requiritur, ut matrimonii dirimens constituat impedimentum; praescriptas enim ad hoc non habet qualitates.

Enimvero, ipso actore fatente, domina Massier de hoc fuit valde sollicita, ut filium suum ad bonam frugem revocaret, amasia relicta. Hunc ad finem consequendum ei matrimonium proposuit cum Germana Gauthier contrahendum. « Cette union m'avait été imposée par ma « famille qui, pour des raisons d'ordre intime, voulait mettre un terme « à une affection profonde, que je ressentais pour une certaine personne.

« Ma mère, qui était le chef moral de la famille et soucieuse de mon «avenir, avait trouvé en Mile Germaine Gauthier toutes les garanties « de bonheur et d'avenir, aussi m'avait elle conseillé d'épouser cette « jeune fille, qui lui avait avoué son amour pour moi ». Sed Cum Ioannes e vitiorum coeno renuisset recedere, ipsum inter et matrem ortae sunt contentiones, quae ad pravam eius consuetudinem superandam atque vincendam ex parte matris fuerunt ordinatae. « A ce désir je « répondais par un refus formel, disant à ma mère que jamais je ne « me marierais, ayant déjà donné mon cœur. Plusieurs fois des expli« cations très vives eurent lieu entre nous; ma mère me fit connaître « sa décision, je dirai même sa menace :.... elle considérait faire son «devoir de mère agissant ainsi ». Et revera Ioannes ipse coram Iudice sub iuramenti fide fassus est, se matris consilium non acceptasse, non quidem Germanae intuitu, quae ei non displicebat, sed ne amasiam relinqueret cui amore invincibili se devictum sentiebat. « Pourquoi vous « refusiez-vous à l'épouser? - R. Parce que j'avais une affection ailleurs, « et que, sans ressentir pour elle de la répulsion, je ne pouvais me « détacher de ma première affection ». Si quae ergo in sermonum aestu a matre factae sunt ruinae, hae directe fuerunt perversae Ioannis voluntati ab amasia retrafiendae, quin matrimonium excluderet tamquam medium ad finem directe volitum consequendum. Hoc revera testis Paul deponit affirmans, se ita accepisse, post inita sponsalia, antequam matrimonium contraheretur, tum ab ipso actore tum ab eius matre. « Je l'ai « su par Mme Massier et par Jean Massier, pendant les quelques mois « qui ont précédé ce mariage, étant alors de la maison ... ». Sed testis Maissa hac de re clarius profert testimonium: « Mme Massier avait « pressé son mari d'avantager son fils ainé au détriment de Mr Jean « pour le contraindre à quitter une liaison qu'elle lui connaissait, et à « épouser Mlle Gauthier ». Minae ergo, si quae vere in casu fuerunt illatae, nonnisi indirecte matrimonium respexerunt, quae directe metum non induxerunt ad extorquendum consensum in illud.

15. Neque praetensae minae gravem metum produxissent; eiectio enim a paterna domo et exhaeredatio comminatae, in casu vim non habuissent ad illum excitandum. Eiectionem a paterna domo primi Iudices ineptam omnino retinuerunt metui incutiendo, quem Ioannes facile contempsisset; non enim matri, sed patri ius est filium eliciendi a domo: et quamvis pater Ioannis adeo debilis a testibus dicatur, ut uxoris voluntati facillime se submittere!, hoc tamen non adeo urgendum esse censuerunt, ut in eis etiam, quae patriam potestatem respiciunt, mulieris subiret imperium veluti mancipium. Huius argumenti vis non eliditur per ea,

quae in novissima inquisitione deposuerunt testes, quando affirmarunt, Ioannis matrem viro sibi lucrando, suisque placitis in hoc etiam subiiciendo, sedulam impendisse operam; idque Ioannem non-lattasse. Primo enim, qui inducti sunt testes, fidem non merentur, cum ex dictis sint suspecti. Deinde non sunt veri testes; si enim unum vel alterum excipias, de quibus iam actum est, omnes sunt testes de credulitate, qui subiectivam opinionem pandiderunt. Iudici enimvero sciscitanti: « Croyez-vöus « que la menace de Mme Massier d'expulser son fils de la maison, s'il* « n'épousait pas Mlle Gauthier, était sérieuse et qu'elle aurait pu amener « son mari à l'exécuter? Savez-vous si Mr Jean était persuadé* ou non, « que cette aurait été exécutée en cas de refus au .mariage? », omnes uno ore responderunt se hoc retinere: « Je suis persuadé... je le crois « parfaitement... oui, je le crois », unum ergo certum hic habetur, scilicet testium omnium fuisse opinionem, qua Ioannis eiectio a paterna domo, instante matre, et viro non resistente, retinebatur possibilis. Sed cum a posse ad esse non teneat iilatio, factum testes non constituunt metui incutiendo satis aptum; vir enim, quantumvis debilis, patriae potestatis iura ita prosequuturus praesumitur, ut omnes uxoris artes et importunitates eluderei ne coram societate nota servi mulieris inureretur, hominis dignitatis oblitus; quae praesumptio non destruitur per simplicem contrarii possibilitatem.

16. Nec contrarium evincitur ex facto allegatae donationis, quae sub mentito titulo recognitionis debiti a viro, suadente atque urgente uxore, facta dicitur favore Alphridi in fraudem et cum damno Ioannis: haec enim recognitio, coram publico Notario facta, retinetur vera quoadusque non probetur falsa. In novissima inquisitione declaratio fuit producta, coram Parocho Ardisson emissa ab Alphrido Massier, et, eo a paralysi scribere impedito, ipsius Parochi manu exarata; qui conscientiae stimulis agitatus, ut suae satisfaceret obligationi, se dicit fraudis fuisse participem a patre commissae in fratris sui Ioannis praeiudicium sub uxoris imperio. Sed haec declaratio nullo omnino in pretio est habenda: facta enim post publicatam sententiam adversam, seu tempore suspecto, suspicionis nota non caret. Et revera in prima iudicii sede Ioannis patronus asseruit, se documenta allaturum, quibus probaretur, donationem hanc coram civili magistratu, iuris ordine servato, fuisse impetitam, sententiamque prodiisse, quae nullam et irritam eam declaravit. Haec erant documenta producenda, quae non fuerunt producta, quin iusta fuerit assignata omissionis causa; ratio enim allata, furoris bellici in Europa grassantis, apta non est omissioni adprobandae, quia qui plura requisivit et in actis deposuit documenta, bellicis conditionibus et impe-

dimentis non obstantibus, Civilis etiam Tribunalis aeque potuisset asserti iudicii documenta sibi comparare atque producere, si iudicium praetensum revera locum habuit. Documentorum defectum non supplet Alphridi declaratio, quae non uno defectu laborat. Etenim primo est actus extraiudicialis, qui in iudicio attendi non potest; et deinde exarata est a Parocho Ardisson, quamvis ab Alphrido subscripta, qui cum in causa, ut supra dictum est, aliquod habeat interesse, nedum in forma, sed etiam in declarationis substantia, retinetur auctor illius. Sed ab hoc etiam praescindendo, donatio, quae est declarationis obiectum, sufficienti ratione caret, ut possit admitti. Enimvero Ioannes die 10 martii 1900 matrimonium cum Germana contraxit, et nonnisi decembri mense a. 1902 coniugalis vita fuit intercepta, quando mulier, viro relicto, apud parentes suos Parisiis se recepit: affirmata vero donatio die 27 augusti 1902, seu tempore intermedio, facta fuit, quando domina Massier, voti compos effecta, insidias in filium moliri non debebat; sed potius in premium filialis obsequii eum beneficiis cumulare tenebatur. Donatio ergo fraudis non fuit effectus, sed ab aliis causis repeti debet: et consequenter Alphridi allata declaratio merito ut suspecta reiicitur.

17. Ceterum cum eiectio a paterna domo dicatur a matre comminata, nullo ad virum suum habito respectu, si testium depositiones hac super re forent admittendae, altera retinenda esset incussi timoris causa, agendi ratio patris, quam nec actor cognovit, nec considerandam proposuit. Non relevat affirmare, causam hanc ideo ab actore fuisse reticitam quia super illa a Iudice non fuit interrogatus, quin ideo eam excluderet; non enim ipse eam exposuit in supplici libello die 11 aprilis 1913 ad Summum Pontificem misso, contentus tantum exponere, se timuisse eiectionem a paterna domo et matris exhaeredationem, nulla omnino patris facta mentione : « Ou épouser Mlle Gauthier, ou quitter la maison, et « m'avisant en autre qu'elle (mater) me déshériterait... ou aller m'occu- « per ailleurs mener une vie misérable... puis la crainte d'être déshérité. « Je cédais aux menaces de mes parents, et le 10 mars 1900 j'épousais « Mlle Germaine Gauthier ». Immo hoc etiam affirmat coram Iudice, et unicam assignat matrimonii causam: « Pour ne pas être chassé de la « maison et déshérité », iuxta matris suae minas. Non ergo alter adfuit miharum auctor, qui, praeter matrem, timorem incuteret: et ideo patris interventus non admittitur. Eadem de causa non admittitur interventus patruae; idque eo magis quia patruae minae factae dicuntur post contractum matrimonium, seu post coniugum separationem, et ad eum finem ut Ioannes cum alia muliere matrimoniale foedus iniret: « Ma tante et « marraine Mme V. Guirard-Massier tenta à plusieurs reprises de me

« faire revenir vers ma femme: j'ai toujours refusé... ma tante décédait « en me déshéritant ».

18. Exhaeredationem vero quod attinet, quae et quanta esset dominae Massier magnitudo fortunae, nullo omnino ex documento resultat, quod in actis debuisset deponi. Unica habetur depositio testium, qui in novissima inquisitione de hoc expresse interrogati ut damni gravitas probaretur, aliter ac appellata sententia retinuerat, eam ad decem centena millia libellarum extollunt. Verum affirmatio haec, data etiam testium attendibilitate, unice fundata dicitur in iis, quae exterius apparent, seu personarum refert opinionem fundatam tantum in exteriori familiae Massier vivendi ratione luxuriosa: « Ils étaient considérés comme très « riches, par le train qu'ils menaient ». Sed neminem latet, exteriorem luxuriosam vivendi rationem non esse certum argumentum fortunae magnitudinis, saepissime enim accidit, pinguiora etiam patrimonia familiarum in civitate praestantium adeo gravi aere alieno esse affecta, ut quod superest vix et ne vix quidem sit patrimonium alendae familiae sufficiens. Et hoc non immerito retinetur in casu. Etenim domina Massier adversis officinae conditionibus perterrita, dotem inhiavit Germanae iis sublevandis destinandam : « J'ai forcé mon fils à vous épouser à cause « de votre dot qui devait rélever l'usine que nous exploitions ». Quod etiam testis Danillon confirmat *(Summ.,* p. 38 c.) et Paul *(Summ.,* p. 17 ad 6). Retenta etiam testium depositione, gravitas damni comminati inde non oritur. Exhaeredare proprie est, eum, qui ipso iure haeres designatus erat, ab haereditate removere: et testamentum infirmatur si testator in legitima saltem portione non instituat, aut iuste exhaeredet, quibus eadem legitima portio debetur. Cum in casu tres essent liberi, portio legitima unicuique assignata consistebat in quarta parte haereditatis *(Cod. Civ. Gaii.,* art. 913), qua nemo poterat privari nisi ex causis a lege praescriptis. Quae causae cum non adessent in casu, Ioannes proprie non poterat exhaeredari, et ex hoc capite non solum metum gravem, sed nec metum quemcumque poterat concipere; non solum enim deerat grave damnum, sed nullum omnino damnum aderat. Una remanebat quarta pars haereditatis, a lege liberae parentum dispositioni reservata, quae si inter tres filios fuisset distributa, Ioannes duodecima dumtaxat parte potuisset privari; haec grave damnum in casu non constituit. Quare PP. Domini metum absolute reiiciunt.

19. Sed RR. PP. metus gravitatem neque concedunt relate ad personam, cui dicitur incussus. Ioannes enim 23 annos natus, qui idoneus in arte describitur et auctoritate famae praestans in societate *(Sum.* p. 42, n. 2), qui naturae donis praeditus commendatur (p. 14, *Sum. alter.*

n. 11), quique de sua persona libere disponebat cum aliqua independentia a parentibus, is certe non fuit, quem, sicut timida puella inter domesticos parietes vitam ducere assuefa, eiectio a paterna domo valde •commoveret; maxime si attendatur, eam a matre fuisse comminatam, cui nullum ius erat, nec exsequendi potestas. Unde conditio deest ad metum gravem constituendum; malum enim quod timetur instans non est, neque probabiliter secuturum. Et revera, anno vix elapso a matrimonio celebrato, Ioannes, ut a matris vigilantia se subduceret et auctoritate, paternam domum deseruit, nullimode territus de difficultatibus inde orituris, sibi suaeque familiae necessitatibus convenienter sustinendis idoneus: esto quod uxoris dote frueretur, sed pro ea et pro filia gravioribus oneribus tenebatur. Quod si in familia vivere non curavit quando hoc ei magis intererat, nec a familia egredi ei displicere poterat quando solus liberius et commodius vivere poterat; nec eiectionis iniuriam poterat timere qui per adulterinos amores coram societate fecerat iacturam suae bonae famae.

20. Neque magis exhaeredationem timuit. Nam domina Massier, Germanae cognito discessu a viro, apud filium institit, ut coniugale consortium in pristinum restitueret. « Mme Massier, ait Barel, à la suite de « ce départ me fit appeller pour aller à Nice, et obtenir de Mr Jean qu'il « fit revenir sa femme pour reprendre la vie commune ». Sed hic parere noluit, quamvis mater se minas exsequuturam addidisset. « Mr Jean me « répondit: " Elle est partie: jamais je ne ferais la moindre démarche pour « la faire revenir ... „. A la suite de ce refus et de la réponse de Mr Jean, « Mme Massier me dit: " Puisqu'il en est ainsi, je vais exécuter toutes « les menaces que je lui ai faites „ ». Haereditatem ergo amittere non timuit: quod actor ipse fatetur: « Ma mère, comprenant que le départ de « ma femme était occasionné par mon manque d'affection, m'en fit de « vifs reproches, qui n'eurent sur moi aucun effet... »; neque eum puduit Germanae manifestare, se hoc fecisse ne ab inhonesta vivendi ratione recederei: « Quand je lui demandais la cause de sa manière d'agir à « mon égard, il me répondit: " C'est que j'ai aimé, et j'aime une autre « femme, que ni vous, ***ni les menaces de ma mère*** ne me feront aban« donner „ ». Et si Ioannes exhaeredationem non timuit quum de coniugali vita restituenda ageretur, nec eam timuisse dicendus est quum de matrimonio contrahendo agebatur; in utroque enim casu una eademque erat oppositionis causa, alterius mulieris inhonestus amor; unum idemque erat damnum comminatum, haereditatis privatio.

21. Dicitur a patrono, Ioannem sperasse, se ***poenam*** non subiturum, non enim ipse uxorem deseruerat, sed uxor a coniugali thalamo reces-

serat. Sed hoc, potius quam clienti suo, vinculo favet. Enimvero actor fatetur se causam fuisse desertionis mulieris: « Ma femme a'été pour « moi pleine d'attentions affectueuses. Malgré toutes ces qualités je ne « pouvais chasser de mon cœur, de mon esprit l'autre amour. Je témoi- « gnais à ma femme la plus grande indifférence et un manque total « d'affection. Je lui avouais même que je ne l'aimais pas... car j'aimais « une autre femme que rien ne pourra me faire oublier. Cet aveu fut « une révélation. - Elle me quitta et alla habiter avec son père à Paris « en décembre 1902 ». Si Germana discessit, ob viri culpam discessit Et si Ioannes speravit, se poenam non subiturum, tam gravi culpa sua non obstante, a fortiori se poenam subiturum non timuisset si matrimonium non acceptasset: in utroque enim casu mater peroptatum finem non obtinuisset; sed in primo, praeter amaras sollicitudines, familiae dedecus accessisset. Nec hic est praetereundum, minas dominae Massier tribuendas potius esse vitio illius naturae ad iracundiam proclivis, eiusque educationis defectui, quibus officinae curae et difficultates adiungebantur, quam serio voluntatis eius proposito. «Mme Massier, teste Danil- « Ion, est une très bonne personne; mais qui n'a pas reçu une très forte « éducation. Elle a toujours souffert de l'estomac durant son mariage « et les affaires commerciales lui ont donné beaucoup de soucis. C'est « soufe cette double influence que son caractère devint difficile et elle se « laissait facilement aller à une première impression ... C'est une femme « qui ne refléchissait pas et ne raissonnait pas ses premières impres- « sions ». Si quae igitur inter contentiones minae a matre fuerunt prolatae, hae filio assueto matrem iracundam audire metum gravem non potuissent incutere ; immo contemnendae prorsus ei debuissent apparere, et de facto apparuerunt: « Me fit de vifs reproches qui n'eurent sur moi « aucun effect... ». Quare audiendi non sunt testes, qui tanto cum verborum apparatu eam dicunt capacem minas exsequendi; bonitas enim eius, ab ipsis testibus commendata, exsequi non sinit quod sine reflexione et sub iracundiae motu profertur.

22. Nec contrarium evincitur ex facto quo domina Massier unum Alphridum, filium primogenitum, haeredem instituit. Etenim, praescindendo* etiam quod in hoc testamento sermo est tantum, non de haeredis institutione, sed de legato, de quo infra, hoc actum immerito prorsus retinetur veluti minarum exsecutio. Nam, primo, non unus Ioannes in hoc testamento fuit posthabitus, sed nec alter filius Iosephus fuit consideratus. Quare alia omnino huiusmodi testamentariae dispositionis ratio esse debuit, quae, seclusa vindicta, utrique fratri est communis. Et hanc rationem revera mater assignavit ; cum enim Alphridus, prae ceteris fratri-

bus, familiae et officinae negotia curasset, aequum retinuit, ut prae caeteris etiam consequeretur praemissum: et ad hoc testamentum fuit ordinatum : « Voulant reconnaître le dévouement et le désintéressement dont « mon fils aîné Alfred Massier a fait preuve dans l'intérêt générale de la « famille, en me secondant dans a gérance et l'administration de notre « manufacture, et même en assumant seul cette lourde tâche, je lui lègue « par préciput et hors part le quart de tous mes biens ». Sed insuper vindictam excludit circumstantia temporis quo conditum fuit testamentum: hoc enim in actis Notarii publici fuit consignatum die 17 dec. 1901, quando Ioannes, matris votis obsequutus, pacificam cum uxore sua Germana agebat vitam ; matrimonium enim, die 10 martii 1900 contractum, nonnisi decembri mense 1902 fuit dissolutum. Quare nulla tunc aderat ratio vindictae sumendae; immo contraria prorsus ratio aderat filio praemia largiendi, qui matris consilia sequutus anxietatibus illius animi removendis operam utilem dederat, et familiae atque officinae difficultatibus consulerat.

23. Denique eo in testamento domina Massier de quarta parte dumtaxat bonorum suorum Alphridi favore disposuit, portione legitima omnibus filiis reservata, quin ideo ullum ex hoc damnum Ioanni afferret, quamvis quarta pars maxima revera fuisset, ut testes deponunt. Sane si mater revera filio dixisset, se eum quarta parte bonorum privaturam in poenam non admissi matrimonii, malum comminatum inde oriturum non fuisset de poena damni, sed de amissione lucri; de portione enim agebatur, quae liberae matris dispositioni erat reservata, quaeque ab ea unicuique, etiam extraneis personis, poterat assignari, quin damnum filiis afferret quorum ius nullum per hoc violasset. Nec relevat cum patrono dicere, filiis lege naturae ius competere ad universitatem bonorum suorum parentum, quibus sine iniuria privari non possunt: hoc enim conceditur si parentes intestati decedant, non vero si testamentum condant, ad praescriptum civilis legis ordinandum, qua ius naturae temperatur atque explicatur. Quare Ioannes in casu non damnum subiisset, sed amisisset lucrum. Iamvero matrimonia debent esse libera a poena damni, non a poena amissionis lucri, iuxta L. 70, § 1, *de cond. et demonstr.*, cum Panormitano in cap. *Gemma,* n. 1, *de sponsal.*, et Barbosa, *Vot. decis.* 127, n. 15, ibi: « Unde poena, quae « consistit in amissione lucri, imposita alicui ut contrahat matrimo« nium cum certa persona, illud non impedit, nec annullat, quamvis « dicatur metu non amittendi lucrum contractum ». Ideo dato quod quarta pars haereditatis maternae magna vera fuerit, eam amittendi periculum ob minas illatas, cum ad illam Ioannes ius non haberet, metum

non poterat indueere qui cadit in virum constantem. Ad rem Sánchez, *de Matr.*, lib. IV, disp. 5, n. 29; et Pontius, *de Matrim.*, lib. IV, cap. 5, n. 10: « Deinde dicendum existimo, metum amittendi lucrum aut haere- « ditatem, aut beneficium, quod quis sperat ab aliquo, ad quod non habet « ius ad rem, non cadere in constantem virum, cuius optima ratio est « quia id non est tam metu deterreri vel obligari, quam invitari spe lucri: « spes autem et concupiscentia, ut inquit S. Thomas, non minuit sed « auget voluntarium ». *

24. Quare metus, si quis vere fuit incussus, neque dici potest iniustus. Etenim ex una parte Ioannes nullum ius habebat ad quartam partem maternae haereditatis, qua ideo absque iniuria poterat privari; et ex altera satis graves rationes suadebant parentibus, ut de illa libere disponeret, nullo ad Ioannem habito respectu; periculum praesertim, attenta eius inhonesta ac libidinosa vita, ne eam cum meretricibus dissipare!. Quare mater hanc privationem comminando usa est iure suo; et inde nulla orta iniustitia quae metum afferret. Eiectionem vero a paterna domo quod attinet, ratio est inspicienda comminationis. S. Thomas ait: « Cum in matrimonio sit quasi quaedam servitus perpetua, pater non «, potest cogere filium ad matrimonium per praeceptum, cum sit liberae « conditionis: sed potest eum indueere ex rationabili causa; et tunc « sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad praeceptum « patris; ut scilicet si causa cogat de necessitate vel honestate, et prae- « ceptum patris similiter cogat, alias non » *(Summ. Theol. Sup.,* par. 3, q. 4). Familiae decus et ipsius Ioannis spirituale et materiale bonum in casu suadebant matri ut matrimonium urgeret; quae motiva cum cogèrent *de necessitate* vel *de honestate,* et matris praeceptum absque iniustitia coegit.

25. Quapropter metus, in hypothesi quod vere a matre fuerit incussus, qualitates a iure praescriptas non habuit, eumque propterea Domini pro effectu in casu non admiserunt. Quod mirum esse non debet. Sponsalia sex fere per menses matrimonium praecessere; quo tempore Germana ne suspicionem quidem habuit de amoris defectu ex parte viri sui, quam forte nec habuisset si, egressi a paterna domo, cum Niciae viverent, et contentiones inter ipsos exarsissent, hoc ei primum Ioannes non manifestasset: « Je lui avouais que je ne l'aimais pas, et que si je « l'avais épousée ce n'était que contraint et forcé par ma famille, car «j'aimais une autre femme. Cet aveu fut pour ma femme une révé- « lation ». Quod Germana confirmat, quae a iudice interrogata: « Vous « a-t-il déclaré avant le mariage, qu'il ne voulait pas vous épouser? », respondit: « Non ». Cum ex communiter contingentibus res soleant aesti-

mari, iure meritoque retinetur, omnia inter ipsos rite processisse toto sponsalium tempore, mutuo amore prosequutus sicut decet sponsos. Contrarium non est credibile; nullo enim argumento ex una parte firmatur, et ex altera amoris simulatio ad tam longum tempus non est possibilis in eo, qui, alteri mulieri devotus, subit invitus matris imperium, quin saltem aliquando iratus animus se proderet.

26. Hinc explicatur quare in actu celebrati matrimonii nihil omnino accidit extraordinarium, sed nuptiae fuerunt initae sicut ordinario contrahi solent: « Au moment du mariage (ait Germana), je n'ai pas eu raison « d'en (de vero consensu) douter... Je ne pouvais alors soupçonner rien « du tout ». Ioannes quidem affirmat, se in consensu matrimoniali exprimendo contrariam habuisse intentionem ; sed addit hoc invitum fecisse : «Je n'étais pas content de dire oui, tout en pensant non, et quoiqu'à « regret ». Sed nihil inde deducitur: haec enim verba optime explicantur quin verus excludatur consensus. Nam Ioannes alienam deperibat mulierem: ideo cum noluisset cum Germana matrimonium contrahere; et cum amasiam matrimonio copulatam, uxorem non posset habere, Germanam duxit, animo inter utramque aliquantum diviso. Non ergo in casu verus defuit consensus, qui attenta Ioannis animi dispositione, fuit iure et simpliciter voluntarius, licet secundum quid dici possit involuntarius, non aliter ac qui, imminente procella, ne vita pereat, merces pure et simpliciter vult in mare proiicere, non proiecturus si vitae periculum non immineret: idque eo magis est retinendum quia consensus exclusionem, Toanne ipso fatente, aegre tulit, non plene admisit: « ... tout en « pensant non, et quoiqu'à regret ». Aliunde in foro exteriori actus censentur validi quoadusque invalidi non demostrentur, iuxta illud « prae« sumitur recte factum quod erat de iure faciendum ».

27. Hinc explicatur etiam quare vix ac matrimonium fuit celebratum, ioannes et Germana commune vitae consortium rite instituerint sub eodem tecto et eodem thalamo usi: et quindecim per menses infra domesticos parietes tamquam vir et uxor pacifice vixerint. Hoc revera affirmat Ioannes: « J'ai rempli mon devoir sous tous les rapports. Nous « avons habité environ quinze mois ensemble ». Hoc Germana ipsa confirmat: « Dès notre mariage il s'est conduit en véritable mari; après la « conception de l'enfant il n'y a eu plus d'autres rapports conjugaux... « Pendant quinze mois mon mari a été très convenable à mon égard... ».

Adeo est verum, Ioannem se retinuisse coram Deo matrimonio liga tum, ut cum patrua, post separationem, alias nuptias ei voluisset imponere, respondere non dubitaverit, hoc sibi a religione sua non permitti ; et non obstante divortio a civili magistratu decreto, sequuto etiam matris

suae obitu, a petenda declaratione nullitatis matrimonii abstinuerit. Quam declarationem sibi concedendam postulavit iis in adiunctis, quae non levem ingerunt suspicionem. En ipsius Ioannis verba: « Quand le « 11 mai 1907, le docteur Golignon décédait, voilà donc Madame Colignon « libre, après avoir respecté son deuil et sa douleur, et avoir mené une vie « exemplaire à Vallauris, ne vivant qu'après de mon curé, j'avouais mon « amour il y a 4 ans à Madame Golignon qui touché de ma persévé-« ranee, ma fidélité à son souvenir, fut touchée de mon amour et còn-« sentit à me permettre de le lui dire, et je fus heureux le jour où j'en-« tendais de sa bouche l'aveu qu'elle m'aimait: mais qu'elle tenait à « ce que je fasse annuler mon mariage... aussi avons-nous (pensé) à « intenter la cause voulant être un menage uni, estimant avoir assez « souffert pour mériter ce bonheur tout attendu ». Nec obscure conclu-dit, matrimonium inter ipsos celebratum iri quomodocumque proposita quaestio resolvetur; ait enim: « Notre foi est intangible; notre conscience « est à couvert ; nous tentons tout : *mais les forces humaines ont des « limites* ». Hoc ceteroquin Parochus Ardisson apertis verbis iam relatis exposuit.

28. Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, dicimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: *affirmative* quoad primam partem, quoad secundam vero *negative :* seu *sententiam rotalem diei 25 martii 1915 esse confirmandam,* simulque decernimus, actorem Ioannem Massier teneri ad omnes iudicii expensas sive primi sive secundi gradus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Sacrorum Canonum et praesertim sess. XXV, c. 3, *de ref.,* Conc. Trid., adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae pro rerum adiunctis, magis in Domino opportuna et efficacia esse iudicaverint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 30 decembris 1915.

Petrus Rossetti, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Raphael Chimenti.

L. j$j S.

Ex Cancellaria, 19 ianuarii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

BERGOMEN.

SOLUTIONIS

Benedicto PP. XV feliciter regnante, anno Dominationis Suae secundo, die 10 aprilis 1916, BB. PP. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Bergomen. - Solutionis, *inter* Sac. Franciscum Gossali, *actorem appellantem, repraesentatum per legitimum procuratorem Sac. Henricum Pezzami, advocatum, et* Ioannem Benigna, *conventum appellatum, repraesentatum per legitimum procuratorem Christophorum Astorri advocatum, hanc tulerunt definitivam sententiam.*

Anno 1895 in oppido *Almenno S. Salvatore,* dioecesis Bergomensis, inita fuit quaedam societas, seu « Società cooperativa in accomandita « per azioni a capitale limitato », in qua socii commendatarii, vulgo *accomandatarii,* ideoque absque limitatione et in solidum obstricti in sociales obligationes *(Cod. comm.,* art. 76, n. 2, etc.) erant plures Sacerdotes.

At brevi tempore societas non tantum totam socialem sortem, prius in libellis 30.000, serius in libellis 160.000 constitutam, consumpsit, sed ingens quoque aes alienum contraxit: quare ante tempus praefinitum, die 6 aprilis 1904, statutum fuit societatem solvendam esse.

Ex finali autem ratione ducta a liquidatoribus, quos vocant, in comperto fuit aes alienum societatis fuisse libellarum 225.885,85.

Die vero 27 decembris 1911 sac. Franciscus Gossali, socius commendatarius, Guriam Bergomensem adivit, et in suo libello exponens debitum sociale dividendum esse inter decem socios commendatarios, socium vero Teanini in se suscepisse debitum duorum sociorum,se autem ad evitanda peiora damna fere integrum debitum sociale solvisse, salvo iure repetitionis, vulgo *rivalsa,* a socio Ioanne Benigna petiit libellas 22.596,35, a socio vero Canova Policarpo libellas 14.008,55 una cum foenore debito : de aliis autem sociis agendum nobis non est.

Benigna excepit praescriptionem artic. 919 *Cod. comm.* in quo statuitur: « Si prescrivono col decorso di cinque anni le azioni derivanti « dal contratto di società o dalle operazioni sociali ». Canova autem praescriptionem non excepit. Quare Curia Bergomensis, sententia data

die 23 septembris 1913, pronunciavit debitum Sacerdotis Benigna praescriptum fuisse ad normam citati articuli *Cod. comm.* Sacerdotem vero Canova retinuit quidem « giuridicamente responsabile *pro virili* dei debito, « che possa essere rimasto a carico della presente società cooperativa di « Almenno S. Salvatore dopo la sua legale liquidazione », at reiecit petitionem actoris « in quanto riguarda il diritto di rimborso *della somma « segnata nel libello 27 décembre 1911* », eo quod actor « non prova suf« ficientemente la sua domanda del rimborso nella somma indicata'tas« sativamente nel suo libello... a carico del convenuto sac. Canova Poli« carpo: anzi si è constatato (in iudicio nempe peritali instituto super « asserta solutione actoris) che per parecchi dei creditori... non esiste « prova alcuna del pagamento avvenuto a saldo del presupposto loro « credito ».

Ab hac sententia quoad ea quae statuit circa debitum sac. Benigna, appellavit sac. Cossali, et nunc causa nobis definienda venit sub dubio proposito et inter partes concordato: *An sac. Benigna teneatur ad solutionem libell. 22.596,36 in favorem Can. Francisci Cossali.*

Patronus actoris primo quidem advertit sententiam Curiae Bergomensis non admisisse praescriptionem contra sac. Canova, qui alter erat ex conventis a Can. Cossali, eam vero admisisse in favorem sacerdotis Benigna: at argumenta, quibus praedicta sententia utitur ad denegandam praescriptionem Sac. Canova, eadem esse quae induci possunt contra Sac. Benigna. Verum haec argumentatio inanis est; nam praescriptio exceptionem significat (L. 91, in fin. *De Solutionibus)* et iudex non potest ex officio supplere praescriptioni non oppositae *(Cod. civ.* 2109).

Patronus vero Sac. Benigna ita potissimum argumentatur: vel actor proponit actionem prout utilis gestor negotiorum Sacerdotis Benigna, vel ut qui societati se se subroga vit in credito, quod eidem asseritur pertinuisse contra socios commendatarios illimitate responsabiles pro aere alieno societatis. In priori casu licet nobis petere ab adversario ut ostendat ipsum utiliter gessisse negotium Sacerdotis Benigna, nec magis petere quam reapse cliens noster solvere debuisset. In secundo vero, adversario opponere possumus omnes exceptiones quae ipsi societati opponere liceret, quia ipse eandem actionem contra Sacerdotem Benigna exercet, quam societas ipsa exercere potuisset. Verum haec quoque argumentatio inepta est. Nam, ut observat Gianturco *(Ist. di dir. civ.,* pag. 160) : « Il debitore solidale che ha pagato l'intiero debito ha contro ciascun «condebitore *V actio mandati* per pretendere la quota * virile ; e non *« l'azione di surrogazione* nei diritti del creditore soddisfatto, per la

«quale potrebbe richiedere il *solidum* e si farebbe, con ispreco di « spese e danno degli associati, un utile circuito di azioni ». Verius vero Venzi, in *Inst dir. civ. Pacifici-Mazzoni,* (vol. IV, pag. 103): « Le «molte dispute che nel diritto comune facevansi per determinare se « l'azione di regresso fosse *urtactio pro socio,* o *xm'actio mandati,* o *« un'actio negotiorum gestorum utilis* o *un'actio de in rem verso,* o una «azione derivante della *ficta cessio* dell'azione da parte del creditore, «hanno perduta ogni ragione di essere, non ammettendo più il nostro « diritto alcun formalismo nel *nomen iuris* dell'azione e nel modo di « esercitarla in giudizio ». Si igitur Canova ageret definite ex iure cesso, nullum dubium quod eius actio praescriberetur decursu quinque annorum (Vivante, *Tratt. dir. comm.,* n. 2226, b; Vidari, *Oors. dir. comm.,* II, n. 1221 et seqq.): at actio Sac. Cossali, prout de cetero recte eam instituit in suo libello, necessario non est nec actio mandati, nec actio pro socio, nec actio negotiorum gestorum utilis, nec actio ex iure cesso, sed pure et simpliciter actio repetitionis vulgo *di regresso,* quae est actio concessa debitori, qui solidum solvit, et eo quod solidum solvit. Quonam igitur tempore praescribatur actio repetitionis seu regressus in casu, summa quaestio est, in qua tota causa vertitur: quod non videntur intellexisse sententia appellata et partium patroni.

In huius igitur quaestionis resolutionem haec observanda sunt, tum circa obligationem solidalem, tum circa praescriptionem actionis *regressus,* in casu.

a) Solidalis dicitur obligatio, ut docet cum communi D'Annibale, II, 329, cum res ipsa divisionem quidem recipit, sed pacto vel testamento cautum est (palam inquam), ut integra a singulis creditoribus peti possit, vel a singulis debitoribus dari debeat. Ex NN. LL. omnes perinde quasi socii (quod tamen iuxta ea, quae superius diximus, intelligendum est) et mutui procuratores : quod velim ne excidat: ideoque quisque ex illis solidum petere, quisque ex his solidum solvere potest. Quamobrem unius exactio vel solutio omnium quidem ius et obligationem extinguit: verum quod unus accipit cum coeteris communicat, quod solvit, a ceteris repetit, deducta sua parte.

In casu agitur de obligatione solidali passiva, de qua in cod. civ. art. 1198 statuitur: « L'obbligazione contratta in solido verso il credi- « tore si divide di diritto fra i debitori: questi non sono fra loro obli- « gati, se non ciascuno per la sua parte ». Nam « pagato il comun « creditore, » ait Venzi, loc. cit., « o in altro modo tacitata la sua pretesa, « cessa l'obbligazione solidale e su ciò non può cadere dubbio. Riman- « gono i rapporti tra i condebitori: rispetto a questi la legge stessa

« dichiara che cessata la ragione dell'eccezione, torna ad applicarsi il « principio generale, per il quale i'obligazione congiunta si divide tra « i debitori, *concursu partes fiunt* ». Et perbelle Vivante *(Ist. dir. comm.,* pag. 191) : « Una volta che l'obbligazione solidale è adempiuta, cessa la « ragione di ogni rigore, e quindi subentra anche in commercio il diritto « comune, per cui chi pagò il debito per intiero può chiedere dai con- « debitori, fossero anche soci, la loro rispettiva porzione, in modo che « ciascuno finisca di pagare la sola parte che gli spetta». •

ô) Debitor solidalis vero, qui solidum solvit, habet actionem regressus adversus alios socios quoad portionem ab iis debitam; arg. cod. civ., art. 1199: « Il condebitore in solido che ha pagato l'intiero debito non « può ripetere dagli altri condebitori che la porzione di ciascuno di essi ».

c) Ad quaestionem vero utrum actioni regressus in casu, applicanda sit praescriptio ordinaria commercialis 10 annorum, an praescriptio specialis in materia societatis 5 annorum, statuta in cit. art. 919, n. 1, iuxta recentiorem et veriorem sententiam actio regressus in casu extinguitur decursu 5 annorum. Ait enim Pugliese *(La prescrizione,* II, n. 843) : « Posto che la prescrizione opera nei soli rapporti interni della società, « ma ad un tempo investe tutti questi rapporti, logicamente ne discende « che essa abbraccia... i diritti tutti del singolo socio come tale con- « tro la società e contro gli altri soci... le azioni eventuali dei soci « tra di loro, così se uno solo abbia pagato in forza della solidaria « responsabilità il debito sociale, l'azione di regresso si estingue nel « più breve termine dell'art. 919 ». Idem quoque docet Vivante *(Tratti dir. comm.,* vol. IV, pag. 823-824). Sedulo vero notanda sunt illa verba: « Se uno solo abbia pagato, *in forza della solidaria responsabilità il « debito sociale* » ; ideo enim ius regressus induit naturam socialem, quia est effectus solidalis responsabilitatis. Quare procul dubio actioni regressus in casu applicanda esset praescriptio ordinaria 10 annorum, si revera, resoluta societate, intercessisset inter socios commendatarios illa particularis conventio, quam actor insinuât in suo libello ; tunc enim Sac. Cossali non vi suae solidalis responsabilitatis, sed potius vi huius conventionis debita solvisset. Hinc est quod Ponens mandavit inquiri de existentia et conditionibus huius assertae conventionis : at frustra, nam Patronus actoris, cuius maximi intererat hanc demonstrare conventionem, ne vim quidem huius quaestionis intellexisse videtur. Ceterum, ut generaliter dicamus, quid operetur conventio expressa vel tacita sociorum in obligatione solidali, egregie docet Abello *(Il regresso nella solidità passiva,* « Riv. ital. scienz. giurid. », vol. XXXIIII, pag. 178, 180» et Venzi cit., pag. 103 et seqq.).

d) Quae hucusque disseruiraus valent equidem si tantum attendatur ad dispositiones positivas legis civilis seu commercialis. Nam quoad forum ecclesiasticum, et quoad forum conscientiae animadvertendum est: I° Quamvis ex iure civili bona fides non requiratur in praescriptione extinctiva, Gianturco (cit. pag. 356), requiritur tamen ex iure canonico (Bucceroni, *Theol, mor.*, I, n. 925; D'Annibale, II, n. 140 et 152), saltem bona fides canonica seu theologica, quia quod non est ex fide peccatum est (CC. 5, 20, *De usuc. et praescr.).* iamvero vix aut ne vix quidem concipi potest bona fides in sacerdote Benigna in casu, nam admonitus fuit de debito solvendo, nec ei licebat leges ignorare, quarum vi in solidum erga debita tenebatur. 2° Nec satis, nam lex positiva in praescriptione extinctiva non sustulit naturalem obligationem (D'Annibale cit. n. 152, not. 10), sive obligationem conscientiae (Pothier, Giorgi, Borsari cit. a Polacco, *Le obbligazioni*, pag. 104, 112, 113). Et perbelle ipse Polacco (pag. 135), quoad debitum preescriptum ait: « C'è un rap« porto precostituito, che per una causa che è mera creazione del diritto «positivo nell'interesse sociale (non eternare cioè le liti) non può più « produrre l'effetto civile dell'azione, ma intanto ne va di mezzo il prin« cipio di giustizia del *suum cuique tribuere* ».

e) Immo, etiamsi iuri regressus in casu applicanda sit, iuxta legem * positivam commercialem art: 919, praescriptio quinque annorum, non tamen tempus praescriptionis decurrit a deliberatione conventus vulgo assemblea, diei 6 aprilis 1904, vel a die quo resolutio societatis vim accepit erga tertios, ceu censuit sententia appellata, sed a die, quo debita socialia soluta fuerunt a Gan. Gossali : et hoc certissimum est, nam actio regressus suam causam habet in solutione solidalis debiti, et actioni nondum natae non praescribitur. Est enim « principio certo « che l'azione comincia a prescriversi quando comincia la possibilità di « esercitarla ». (Vivante cit., pag. 820). Et Abello (cit. pag. 170): « L'azione « di rivalsa non può in fatto esperirsi, se non dopo l'avvenuto paga« mento, che è il solo atto che estinguendo l'obbligazione per tutti i « condebitori, sia compiuto nell'interesse comune ».

Ergo ad iudicandum utrum die 27 decembris 1911 tempus praescriptionis iuris regressus completum fuerit necne, videndum est quonam tempore can. Gossali solidum vel singula debita socialia solverit : utrum nempe intra tempus utile concessum creditoribus socialibus adversus socios commendatarios, et intra quinquennium ante diem 27 decembris 1911: haec autem patronus actoris praetermisit quia, veluti dimicans contra suum clientem, adhaesit sententiae interlocutoriae Curiae Bergomensis, qua statutus fuit dies *a quo* praescriptionis quinquennalis

in casu. Nec obest sententia interlocutoria Curia Bergomensis. Nam I° non facit rem iudicatam, ceu putat patronus actoris. Etsi enim actor/ ut refert sententia Curiae, eam acceptaverit, ab ea appellavit ad Curiam Metropolitanam Sac. Benigna, et ut coniici licet ex ipsa sententia, non Curia Metropolitana, sed iudex a quo in gradu appellationis cognovit: « Questo tribunale con decreto 20 gennaio 1913 respingeva il detto « appello ». 2° Equidem verum est quod «per le obbligazioni derivanti « dalla liquidazione i 5 anni decorrono dalla approvazione del bilancio « finale », at in casu nostro agitur de iure regressus, et hoc in casu quinquennium praescriptionis procul dubio decurrit a die factae solutionis.

f) At alia ex parte, ut actor actionem regressus experiri valeat, debet probare se debita socialia solvisse (Crome, *Teoria fondamentale oblig.*, § 19, pag. 234; Abello cit., pag. 179) et seq. Et quod potissimum est, ut a condebitore Benigna petere possit summam definitam libellarum 22596,36, demonstrare debet se totum debitum sociale intra tempus utile, ut supra statutum est, solvisse. Iamvero I° Actor ipse in suo libello exponebat quod « si è addossato *quasi solo* il peso ». 2° Actoris patronus, etsi summam definitam in dubio concordato postulasset, tamen in sua prima scriptura concludebat summam debitam canonico Cossali in separata sede determinandam esse. 3° Nec postea demonstravit canonicum Cossali totum solidum solvisse. Nam ex iudicio peritorum in prima instantia exhibito constat quaedam tantum debita revera soluta fuisse. Quod si patronus actoris conqueritur non omnia documenta praesto fuisse peritis, eius erat invocare aliud peritale iudicium, aut aliter demonstrare omnia debita socialia, et quidem tempore utili, soluta fuisse a canonico Cossali.

Quum igitur ex hucusque actis et allatis in causa actor non probaverit suum ius ad summam definitam libellarum 22.596,36, quam petit iure regressus a sac. Benigna, proposito dubio: *An sacerdos Ioannes Benigna teneatur ad solutionem lib. 22.596,36 in favorem can. Francisci Cossali,* respondendum est negative, quatenus ex hucusque actis et allatis in causa demonstratum non est Sacerdotem Benigna teneri ad solvendam definitivam summam libellarum 22.596,36, in favorem can. Francisci Cossali.

His itaque omnibus rite diligenterque perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, ad propositum dubium respondemus *Negative,* seu *ex hucusque actis et allatis in causa Sacerdotem Benigna non teneri ad solutionem libellarum 22.596,36 in favorem Can. Francisci Cossali,* actorem vero esse damnandum in expensis.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de Ref.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 10 aprilis 1916.

L. S.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani Amadori.

Ex Cancellaria, 27 maii 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

III

Citatio edictalis

FOROIULIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE BLONAY - DE MELENIEWSKA)

Cum constet mulierem conventam, Mariam De Meleniewska, loci Narawska in Russia, reperiri non posse, infrascriptus S. R. Rotae Decanus, Ponens in hac causa, per praesens edictum, praefatam Mariam De Melienewska peremptorie citat ad comparendum sive per se, sive per procuratorem, in sede S. Tribunalis die 9 mensis decembris, hora undecima, ad effectum ut subscribatur infrascriptum dubium necnon dies destinetur quo habebitur Turnus Rotalis pro causae de qua supra definitione; ulterius declarando, si non compareat, processum continuatum et perfectum iri in eius contumacia.

DUBIUM

An constet de nullitate matrimonii in casu?

Ordinarii locorum et quicumque fideles quibus notitia est de loco commorationis praefatae Mariae De Meleniewska curare debent, quatenus fieri possit, ut de hac citatione edictali moneatur.

Datum Romae, die 2 augusti 1916.

G. Sebastianeiii, *Decanus, Ponens.*

L. ©.S.

Ioannes Ladelci,
Notarius S. R. Rotae.

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par Édit

FOROJULIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE BLONAY - DE MELENIEWSKA)

Gomme il résulte que la dame défenderesse Marie De Meleniewska du pays Narawoska en Russie, ne peut être trouvée, le Doyen de la Rote soussigné, Ponent en cette cause, cite péremptoirement, par le présent édit, a même Marie De Meleniewska à comparaître, personnellement ou par procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la Sacrée Rote Romaine e 9 décembre prochain, à onze heures, pour vouloir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote, déclarant en outre que, si elle ne comparaît pas, le procès canonique sera continué et terminé en sa contumace.

DOUTE

Conste-t-il de la nullité de mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux et les fidèles qui auraient connaissance du lieu de la résidence de la dite Marie De Meleniewska, doivent faire en sorte, dans la mesure du possible, qu'elle soit avertie de la présente citation.

G. Sebastianeiii, *Decanus, Ponens.*

L. © S.

Ex Cancellaria, die 2 augusti 1916.

Ioannes Ladelei,
Notarius S. R. Rotae.

In **titulo Causae *Claramontana - Restitutionis,* fase. 7 (7 iulii 1916), pag. 232„ omissum est nomen Rev. Dñi Aloisii Carabini, Procuratoris Congregationis Sororum a S. Ioseph de Bono Pastore.**

Romae, ex Cancellaria S. R. Rotae, die 12 augusti 1916.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Prelati Domestici di S. S.:

8 maggio 1916. — ons. Guglielmo Lorenzo Penny, dell' archidiocesi di New York.

— Mons. Giacomo Walsh Power, de la medesima archidiocesi.

9 maggio. — Mons. Edwiao Maria Sweeney, della medesima archidiocesi.

10 maggio. — Mons. Giovanni Patrizio Ghidwick, della medesima archidiocesi.

2 agosto. — Mons. Giacomo T. Walsh, della diocesi di Kansas City (Missouri).

— Mons. M chele J. 0' Rielly, della medesima diocesi.

3 agosto. — Mons. Sallustiano Gomez Ri año, dell'archidiocesi di Bogota.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 aprile 1916. — Al sig. Giuseppe Francesco Daly, dell'archidiocesi di New York.

1 maggio. — Al sig. Clarence Hungerford Mackay, della medesima archidiocesi.

11 agosto. — Al sig. Tommaso Edoardo de Sampayo dell'archidiocesi di Colombo.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

4 maggio 1916. — Al sig. Vittorio Giacomo Dowling, dell'archidiocesi di New York.

5 maggio. — Al sig. Giovanni Giraud Agar, della medesima archidiocesi.

— Al sig. Guglielmo Bourke Cockran, della medesima archidiocesi.

7 ***maggio.*** — Al sig. Michele Giuseppe Mulqueen, della medesima archidiocesi.

— Al sig. Myles Tierney, della medesima archidiocesi.

18 agosto. — Al sig. avv. Ernesto Calligari, dell'archidiocesi di Genova.

— Al sig. Paolo Weingaertner, della diocesi di Würzburg.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

10 agosto 1916. — A S. E. il sig. conte Maggiorino Capello, Inviato straordinario e Ministro plenipotenziario del Principe di Monaco presso la Santa Sede.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

10 agosto 1916. — Al sig. Enrico Bourée, aiutante di campo di S. A. S. il Principe di Monaco. „

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

3 agosto 1916. — Al sig. Giovanni Celasco, della diocesi di Tortona.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

3 agosto 1916. — Mons. Luigi Grilli, della diocesi di Lugo.
10 agosto. — Mons. Eliseo Maia, della diocesi di Biella.
— Mons. Luigi Testi, della diocesi di Sarsina.
— Mons. Pietro de Arruola y Basabe, della diocesi di Vittoria.
23 agosto. — Mons. Achille Corneo, officiale della S. Congregazione Concistoriale.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

6 luglio 1916. — Mons. Alvaro Naranjo, della diocesi di Jerico (Colombia)z
27 luglio. — Mons. Uberto Flecken, dell'arehidiocesi di Colonia.
23 agosto. — Mons. Cesare Lenzi, della diocesi di S. Miniato.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

10 agosto 1916. — Í1 sig. cav. Giuseppe Del Chiaro, di Roma.
12 agosto. — 11 sig. Massimo Gerard, della diocesi di Teneriffa.

NECROLOGIO

27 luglio 1916. — Mons. Enrico Doulcet, arcivescovo titolare di Dioclea.

Annus VIII • Vol. VIII Die 5 Octobris 1916 Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

UNA E PRAEBENDIS CANONICALIBUS ECCLESIAE SS. GELSI ET IULIANI AD TEMPLUM S. IOANNIS FLORENTINORUM IN URBE CLERO VETERIS FL0RENT1NI STATUS, RESERVATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod, iri tanta Urbis amplificatione, ad salutem animarum aptius tutiusque procurandam, omnino necessarium videretur, id fel. rec. decessor Noster Pius X providente aggressus est, ut in recentissimis Urbis regionibus novae e solo excitentur Curiales Aedes, et nonnullarum e veteribus paroeciis ambitus opportuniore ratione circumscriberetur. Quo permotus consilio, idem decessor Noster per Litteras Apostolicas « Susceptum, Deo inspirante » a. d. ix Kal. Novembris an. MCMVI datas, Ordinem Canonicorum et Paroeciam SS. Celsi et Iuliani ad templum Sanet Ioannis, nationis Florentinorum, transtulit, abolita paroecia quae ibidem iam constituta erat eiusque reditibus novae paroeciae attributis, quam ad Sanctae Mariae Angelorum in Thermis per easdem Apostolicas Litteras institutam voluit. Rem feliciter ad effectum deductam esse decem paene annorum experimento satis est cognitum; Archisodalitas enim Pietatis ad Sancti Ioannis Florentinorum non modo Archipresbyterum Parochum et Canonicos SS. Celsi et Iuliani libenter excepit, sed etiam se in mutuis rationibus tam aequam tamque benevolam praestitit, et una

cum'Capitulo et curia se optime in eodem templo consistere luculenter ostenderit. Qua re cum mirifice delectati simus, nolumus Archisodalitatem, quam memoravimus, aliqua carere paternae charitatis Nostrae significatione, quae quidem tum pro meritis eius Sit praemio, tum ipsam eius coniunctionem cum Capitulo et Curia, non sine utriusque utilitate, arctiorem efficiat. Plurimum igitur confisi, fore, ut proposito Nostro grata eorum voluntas, quorum interest, cumulate respondeat, unam e praebendis canonicalibus SS. Celsi et Iuliani reservamus clero veteris Florentinorum Status uti anno MDXXX erat, salvo tamen Nobis ac Successoribus Nostris iure eiusdem libere conferendae cuivis uni e sacerdotibus, quos legitime cooptari liceat in Archisodalitatem Sancti Ioannis Florentinorum seu Pietatis. Ne quid vero dubitationis incidat, neve quis temere ius sibi vindicet a niente Nostra alienum, distincte ac singillatim declaramus, ad veterem Florentinorum Statum pertinere, ad rem de qua agitur, quotquot orti sint ipsimet, vel geniti ex patre vel saltem prognati ex avo natis tum in Provinciis, uti hodie definiuntur, Florentina, Arretina, Pisana, Liburnensi (excepta insula Uva), tum in territoriis Collis Hetrusci et Montis Politiani (vulgo Colle Val d'Elsa et Montepulciano) e Provincia Senensi, itemque Piscae, Bargae et Feroniae (vulgo Pescia, Barga et Pietrasanta) e Provincia Lucensi. Quod reliquum est, statuimus, quae e.praebendis canonicalibus SS. Celsi et Iuliani prima posthac vacabit, eam esse, eo modo quo diximus, conferendam. Concessionem vero Nostram tamdiu durare volumus quamdiu Ordo Canonicorum SS. Çelsi et Iuliani in eodem Sancti Ioannis templo, sua munia exercebit, eamque omnino desinere, si, quavis de causa, idem Capitulum alio transferatur Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die x mensis augusti an. MCMXVI, Pontificatus Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

AD R. P. D. FELICEM. AMBROSIUM ARCHIEPISCOPUM S. IACOBI DE CUBA, CETEROSQUE CUBANAE REIPUBLICAE EPISCOPOS, DE FOVENDA POPULARI PIETATE IN ALMAM DEI MATREM.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Venerabilis Frater Titus, Archiepiscopus tit. Lacedaemoniensis, Noster apud vos Legatus, proxime certiores Nos reddidit Decretum quo, vestris annuentes precibus, almam Dei Matrem renuntiavimus principem Reipublicae istius patronam, popularibus vestris exspectatum gratumque adeo fuisse, ut in omnium ore ac sermone statim versata res, omnium statim animos laetitia affecerit. Recreat Nos, venerabiles Fratres, haec iuncta cum grati in Nos animi significatione fidei pietatisque christianae testificatio, eademque in spem erigit fore ut, hortatu atque exemplo vestro ac reliqui omnis Cubani Cleri, avita religio in Virginem augustam tam alte radices firmet in istis civitatibus atque adeo floreat christianae vitae laudibus, ut omnia vobis bona pariter cum illa advenisse laetemur.

Quam spem Nobis vobisque communem ut divinae gratiae subsidia curaeque vestrae ac labores ad optatum adducant exitum, testem benevolentiae Nostrae apostolicam benedictionem vobis omnibus, venerabiles Fratres, Clero populoque unicuique vestrum tradito libentissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxi augusti MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. LUDOVICŬM THEISSLING, RECENS ELECTUM DOMINICAM ORDINIS MODERATOREM GENERALEM, UT EIDEM GRATULETUR ET VOTA EXPRIMAT.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Laetamur utrumque : et concreditum tibi a fratribus fuisse supremum Ordinis Magisterium,, et comitia ita fuisse peracta, ut fraternitatis caritatem con-

cordia confirmaverit. Alterum enim te eum praestat cui ad honestandam collatam dignitatem summa facultas in optima voluntate non desit: argumento alterum est te posse fidenter ad gubernacula accedere, cum nonnisi frugiferum esse possit regimen illud quo obedientes gaudent, atque ita gaudent, ut lata unis animis suffragia novum quasi ignem supposasse videantur communibus religiosae perfectionis propositis ac studiis. Id quidem epistola nuntiavit, quam ad Nos dedisti cum sodalibus qui tecum comitiis interfuerunt, et uti ex animo gratulamur, ita"Deum exoramus, ut gratia sua confirmet quod operatus est in vobis, et magisterium tuum ita fortunet, ut quos fructus tulit consilium ac pietas antecessoris tui, dilectissimi Nobis in Christo, Hyaeinthi Cormier, sollertia tua ac prudentia in ampliorem adducat ubertatem.

Hisce votis et hac spe iucundissima, cum tibi, dilecte Fili, quem videre quamprimum confidimus et coram alioqui, tum universo Dominiciano Ordini caelestium conciliatricem munerum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxn augusti MCMXVI, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD FELICEM S. R. E. PRESB. CARDINALEM DE HARTMANN, ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS E GERMANIA QUI NUPER FULDAM CONVENERUNT.

Dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Legentes vestram communem epistolam, quae quidem reddita Nobis est ipso die anniversario suscepti a Nobis Pontificatus maximi, tempestivum quemdam solatii fructum cepimus, primum, cum perspiceremus, id quod noveramus iam, vos gravissima in re Nostram plane mentem assequi rectissimeque interpretari voluntatem. Etenim ad hanc aegritudinem, qua ob tantam tamque diuturnam filiorum eaedem conficimur, accedit ut crebrae illae Nostrae ad reconciliandam pacem hortationes nonnullis in indignam suspicionem venerint, in aliorum quoque apertam offensionem ceciderint, quasi eas voces Nobis non communis salutis amor, sed Nostrae propriae alicuius utilitatis spes

elieeret, aut ita hoc bellum velimus componi ut talis exsistat pax, quae iustitiae et aequitatis fundamento non nitatur. Adeo perturbationes animorum impediunt iudicium veri, ut his obscurum sit quod est evidentissimum, Pontificem Romanum, ut Vicarium Regis Pacifici, et omnium christianorum Patrem, non posse ex officii conscientia admonere, suadere, hortari aliud, nisi pacem; illum hoc pacto non aliquorum hominum agere causam, sed humanitatis; idque praesertim in hac immanitate belli, cuius si quis vel unius diei spatio finem acceleraverit, non is parum bene meritus de genere humano dicendus sit. Interea, dum erit iri exspectatione pax, levare aliqua ex parte molem miseriarum, quae huic bello coniuncta est, omni qua possumus ope, pergamus. In quo vos Nobis egregiam navare operam cernimus, tum universis catholicorum societatibus, quae per Germaniam beneficentiae causa sunt, foederatis, quo necessitatibus tenuiorum in immensum auctis celerius uberiusque subveniatur; tum iis providentissime institutis Paderbornae operibus in multiplicem utilitatem omnium, quotquot intra Germanici imperii fines captivi reperiuntur. Quod Nos laudantes christianae caritatis inventum, eodem tempore Episcopi Clerique Paderbornensis curam atque sollertiam, et catholicorum omnium e Germania liberalitatem laudamus. Sed potissimum hodie caritatis munus - quod vos praeclare exsequimini et in quo perseveretis hortamur - est hoc, dare operam ut inter homines diversarum gentium, quas bellum dissociavit, non modo ne exacuantur odia, verum, mutuis christianae misericordiae officiis, sensim molliantur. Ita quodammodo munietur via ad optatissimam bonis omnibus pacem et hanc eo stabiliorem, quo altiores in ipsis animis radices egerit. Quare insistite, ut facitis, divinam implorare opem, iterando etiam piacularia sacra et pueros ad caeleste epulum invitando: plurimum enim possunt apud Deum humiles supplicesque preces, quibus paenitentia simul et innocentia suffragentur. Atque auspicem divinorum munerum Nostraeque benevolentiae testem, apostolicam benedictionem vobis, dilecte Fili Noster et venerabiles Fratres, ac vestro Clero et populo peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII mensis septembris, in festo D. N. Mariae nascentis, anno MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Benedictus PP. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

16 iunii 1916. — Titulari episcopali ecclesiae Europensi praefecit R. P. D. Tranquillum Guarnen, translatum ab ecclesia cathedrali Reatina.

7 augusti. — Cathedrali ecclesiae Pembrokensi R. P. D. Patritium Thomam Ryan, hactenus episcopum tit. Ciazomen. et administratorem eiusdem Pembrokensis dioecesis.

22 augusti. — Titulari episcopali ecclesiae Basilinopolitanae R. P. D. Turibium Minguella y Amedo, hactenus episcopum Seguntinum in Hispania.

29 augusti. — Cathedrali ecclesiae Corcagiensi R. P. D. Danielem Cohalan, hactenus episcopum tit. Vagen, et Auxiliarem eiusdem Corcagiensis dioecesis.

6 septembris. — Metropolitanae ecclesiae de Manila R. P. D. Michaelem O' Doherty, hactenus episcopum Zamboangensem.

— Episcopali ecclesiae Tarensi seu S. Elisabeth R. P. D. Maüritium Patritium Foley, hactenus episcopum Tuguegaraoanum.

— Episcopali ecclesiae Lipensi R. D. Alfridum Verzosa, parochum loci *Bantay,* dioecesis Novae Segobiae.

12 septembris. — Episcopali ecclesiae S. Agathae Gothorum R. D. Iosephum de Nardis, parochum loci *Capri,* dioecesis Surrentinae.

30 septembris. — Cathedralibus ecclesiis Maceratensi et Tolentinae, R. D. Romulutn Molaroni, canonicum praepositum cathedralis ecclesiae Pisaurensis.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

QUEBECEN.

DECRETUM INTRODUCTIONIS CAUSAE BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI IOANNIS DE BRÉBEUF, GABRIELIS LALEMANT, ANTONII DANIEL, CAROLI GARNIER, NATALIS CHABANEL, ISAACI JOGUES, RENATI GOUPIL ET IOANNIS DE LA LANDE, E SOCIETATE IESU.

Causa beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Ioannis de Brébeuf, Gabrielis Lalemant, Antonii Daniel, Caroli Garnier, Natalis Chabanel, Isaaci Jogues, Renati Goupil et Ioannis de la Lande, e Societate Iesu, ad Sacrorum Rituum Congregationem deducta, Ecclesia Canadensis universa spe atque exspectatione felicis exitus erigitur, eiusque faustum laetumque nuncium iam praegustare videtur. In conspectu enim illius sunt Viri sanctitate et virtutibus illustres, decus et ornamentum propriae regionis, ex quibus sex, sacerdotes et missionarii, regionem ipsam excoluerunt et irrigarunt, et duo, strenui ac ferventes laici, Patribus coadiutores et in passione socii; omnes autem divina gratia roborati et « aspicientes in auctorem fidei et consummatorem « Iesum, qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione con« tempta, atque in dextera sedis Dei sedet». Insuper, grato iucundoque animo, Canadensis Ecclesia eorum laboribus et cruciatibus acceptam refert magna ex parte illam fidei legisque christianae firmitatem et observantiam qua sequioribus temporibus usque in praesens se decoratam et auctam esse conspicit. Neque potest Ipsa unquam oblivisci priorum ac feliciorum temporum et verae avitaeque gloriae, quando prisca mater Gallia, catholicae fidei et Apostolicae Sedi addictissima, suos filios missionarios, prouti in alias regiones, et in novam Galliam mittebat; eosque omni favore prosequebatur qui, Christi et Ecclesiae legatione fungentes, Evangelium regni Dei gentibus praedicabant in salutem credentium. Sed ad propositum reverti opus est et de singulis Dei Servis quaedam delibare breviterque innuere. - Primus occurrit Ioannes de Brébeuf nobili genere natus in oppido *Gondé-sur-Vire,* die 25 martii an. 1603. In Societatem Iesu cooptatus die 8 novembris an. 1617 et sacerdotio auctus an. 1622, missiones indicas Canadensis regionis adivit. Ad Hurones a

moderatoribus missus an. 1626, ibi mansit usque ad an. 1629. In Galliam redire coactus, iterum Canadensem regionem, an. 1633, petiif atque inter Hurones ab an. 1634 ad an. 1641 ac rursus ab an. 1644 ad an. 1649 commoratus fuit. Hoc eodem anno, quasi christianorum caput et pater habitus, a barbaris captus et in vincula coniectus, crudelissime torquetur, donec, securis ictu percussus, mortem obit, die 14 martii. Ingenio et scientia praeditus, libros barbarorum sermone scripsit et léxica lucubravit, quibus auxiliis missionarii varios Canadensium dialectos addiscunt et in bonum christianae religionis loquuntur. Sacerdotalibus virtutibus ac laboribus praestans, impenso studio curavit, ut omnes Christo lucrifaceret; singularis etiam pietatis cultor et propagator exstitit in Deiparam Virginem Mariam eiusque castissimum sponsum losepb, sanctosque Angelos tutelares. - Secundo loco adstat Gabriel Lalemant, Lutetiae Parisiorum die 10 octobris an. 1610 ortus ex parentibus nobilitate et virtute claris. Anno 1630 Societatem Iesu ingressus, tyrocinio peracto atque, emenso philosophiae ac theologiae curriculo, sacerdos ordinatus, utramque disciplinam magna cum laude publice docuit. Doctrina et virtutibus ornatus et ad Canadenses missiones, quas iampridem optaverat, destinatus, an. 1646, mense septembri, Quebecum pervenit, ubi Indorum linguam didicit. Duobus circiter annis regiones illas *Sillery* et *Trois Bivières* sacro ministerio peragravit. Ineunte an. 1649 cum Sociis ad Hurones transiit, sed, vix medio anno elapso^ a barbaris comprehensus exquisitisque tormentis caesus, fidelis Christi Servus ac minister supplicio affectus est. - Succedit tertius Antonius Daniel, ex honesta familja Deppae natus die 27 maii an. 1601, et Societati Iesu adscriptus die 1 octobris an. 1621. Vertente an. 1632, sacerdotio insignitus, die 24 iunii insequentis anni ad Canadenses missiones se contulit. Indorum lingua aliquanto instructus, in eam vertit orationem Dominicam, piosque versus a neophitis canendos composuit. E primis Sociis fuit Patris de Brébeuf, qui ad Hurones appulerunt et ad locum Missionis a S. Iosepho *Thonatiria,* nuncupatae. Quebecum inde missus, seminarium erigendum suscepit illudque perfecit, alumnis indigenis, missionariorum opera, instituendis. Ad Hurones reversus an. 1638, plures Missiones fundavit, ex.quibus tres praecipuae a sanctis patronis Ioanne Baptista, Ioseph sponso B.M.V, et lgnatio a Lojola seorsim nomen acceperunt. Irruentibus in Missionis locum Iroquensibus, ad foras templi, ubi Dei Famulus stabat, custos et defensor sui gregis, interemptus est - Quartus e Sodalibus, Carolus Garnier, Parisiis ortum habuit die 25 maii an. 1606. In collegio Claramontensi studiis diligenter incubuit. An. 1624 in Societatem Iesu admissus, post tyrocinium, litterarum et scientiarum

curriculo absoluto, volvente anno 1636, sacerdotio initiatus, ad Canadenses Missiones profectus est. Quebeci infantulae Huronensi, quam primo baptizavit, nomen Mariae ex voto imposuit. Ad Huronenses populos destinatus, inter eos apostolicis laboribus et virtutibus ministerium suum usque ad obitum consecravit. Speciali mentione dignae sunt expeditiones quas Dei Famulus peregit in regionibus *Thonatiria* et *de Petan,* ac fundationes duarum Missionum quae a S. Ioanne et a S. Mathia respective appellatae sunt. A barbaris missili plumbeo graviter vulneramus, hominem tamen morientem videns, ad eum omni conatu pervenit, quem sacramenti poenitentiae absolutione sublevavit: post haec, ob exhaustas vires, in terram recubuit piamque animam exhalavit, die 7 decembris an. 1640. - Quintus heros, Natalis Chabanel, in diocesi Mimatensi, die 2 februarii an. 1613, ortus est. In Societatem Iesu, die 9 februarii an 1630, relatus, tyrocinio peracto, philosophica studia cum ingenii et diligentiae laude explevit. Plures annos grammaticam, humanas litteras et rethoricam Tolosae cum alumnorum profectu docuit. Post theologiam et tertium quem dicunt probationis annum, moderatorum iussu ad Canadensem provinciam se transtulit, quo appulit die 15 augusti an. 1643. Anno uno Quebeci exacto, ad Hurones missus est, eique demandata Missio quae a S. Maria nomen habet. Maximo studio atque impensa voluntate gloriae Dei et animarum saluti unice intentus, ad opus ministerii se totum dedit atque usque ad obitum in eo perseveravit. Multas tamen adversitates a natura et a daemone sibi oppositas patienter tulit, quas, Deo adiuvante, invicte superavit. Postrema vitae die 17 martii an. 1649, ad Missionem S. Mathiae proficiscens, quemdam Sodalem complexus dixit: «Deo esse serviendum usque ad mortem»; atque, ipsa die nondum expleta, ab Hurone apostata interfectus est. - Sextus et ultimus e sacerdotum coetu Isaacus Jogues, Aureliae in Gallia natus die 10 ianuarii an. 1607, a tenera aetate optimam indolem et ad virtutem inclinatam domi ostendit. In collegio Aurelianensi Societatis Iesu sedulam dedit operam studiis. Ipsam Societatem Iesu iniit et tyrocinium fecit Rothomagi an. 1624. Sacerdotio sancto praeditus, primum sacrum litavit die 10 februarii an. 1636; eodemque anno in Canadam missus, Quebecum tetigit et ad Hurones transiit, ubi usque ad an. 1642 permansit. Eo temporis intervallo Evangelium praedicandi gratia cum P. Garnier et cum Raymbault regionem Petunensem petiit. Autumno eiusdem anni cum indigenis christianis et cum duobus e Gallia iuvenibus Goupil et des Coutures ad Huronenses rediens, prope oram fluminis *Richelieu* a militibus Iroquensibus comprehenditur et, uno fere anno, durissimo familiae Iroquensis famulatui addicitur. Multa passus atque etiam cor-

potis mutilationem, mox in Galliam se confugere potest, ubi ob debilitatem virium et mutilationis defectum impotens factus ad Sacrum litandum, àb Urbano Papa VIII benignam obtinet dispensationem magno cum gaudio ad Sacra acceptam. Ad firmi or em valetudinem restitutus Ganadam iterum mittitur an. 1644 et ad Montem Regalem progreditur. Vertente anno 1646, de mandato Canadensis Gubernatoris ac praehabito suorum moderatorum assensu, cum Iroquensibus foedus init ac feliciter perficit. Tandem tertio ad Iroquenses regressus, Verbi Dei praedicandi munus sibi commissum suscipit; sed a barbaris male exceptus ac vexatus, die 18 octobris eiusdem anni 1646 bipennis ictu occiditur. - Primus e laicis coadiutoribus se exhibet Renatus Goupil, Ahdegaviae natus. Adolescens inter tyrones Societatis Iesu aliquot menses Parisiis commoratur, sed, infirma valetudine laborans, in incoepto non permanet. Attamen, post aliquod tempus viribus refectus et sui voti compos redditus, in Novam Galliam se transfert et Patrum famulatui se totum devovet. Duobus integris annis, quum arte chirurgica caderet, sauciis aegrotisque in nosocomio degentibus perutilem operam praebuit, insimul pueros et adultos christianae religionis mysteriis et praeceptis erudivit. Demum, dum iter ad Iroquensium regionem cum Sociis faciebat, in ingressu primae villae ab hostibus captus et fustibus virgisque ferréis percussus, sacra Familia Iesu, Maria, Ioseph devotissime invocata, aerumnosam vitam cum beata et sempiterna- commutavit, die 29 septembris an. 1642. - Alter laicus coadiutor, nomine Ioannes de la Lande, Deppae ortus, in Canadensi Missione Patribus Societatis Iesu se socium et famulum sponte libenterque tradidit, publice professus unice cupiditate inserviendi gloriae Dei se fuisse permotum. Anno 1846, mense septembri, Pater Jogues cum fideli suo Socio Ioanne de la Lande ad Iroquenses proficiscitur; at medio in itinere, prope Sancti Sacramenti lacum, ambo in barbarorum manus incidunt. Ab iis vestibus spoliati verberibusque caesi, extremum supplicium passi sunt, eodem anno; Ioannes de la Lande die 19 octobris, nempe die postero quo eius magister Pater Jogues. - Interim fama sanctitatis et martyrii praefatorum Servorum Dei signis quoque ac prodigiis, uti fertur, confirmata, adeo in dies invaluit, ut super ea Processus Ordinarius Informativus in Ecclesiastica Curia Quebecensi fuerit adornatus et cum Processu Roga tori ali Parisiensi ad Sacrorum Rituum Congregationem transmissus. Quum vero scripta quoque eisdem Dei Famulis attributa, ab ipsa Sacra Congregatione expensa sint et ex decreto diei 28 maii 1912 nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, instaute Rmo P. Camillo Beecari, Societatis Iesu Postulatore Generali, attentisque litteris quorumdam-

Emorum S. R. E. Cardinalium, Rmi Dñi Archiepiscopi Delegati Apostolici Canadensis aliorumque Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Abbatum, Superiorum Generalium Ordinum et Congregationum Religiosarum, Capitulorum, Rectorum universitatuum, collegioruum et ecclesiarum, praesertim Dioecesium ac Missionum Canadensium; rogante etiam Suprema Curia Canadensi legibus ferendis -cum primo Ministro, praecipuis magistratibus aliisque praestantibus viris ac mulieribus, nominatim ex iis qui cum Servis Dei sanguinis vinculis coniuncti sunt, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S, Rufinae, huius Causae Ponens seu Relator,- in- Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae Beatificationis seu Declarationis martyrii,si Sanctissimo placuerit.* Die 8 augusti 1916.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua, rescriptum eiusdem sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Beatificationis seu Declarationis martyrii Servorum Dei Ioannis de Brébeuf, Gabrielis Lalemant, Antonii Daniel, Caroli Garnier, Natalis Chabanel, Isaaci Jogues, Renati Goupil et Ioannis de la Lande, e Societate Iesu, die 9, eisdem mense et anno.

Pg A. CARD. EP. PORTUEN. ET S. RUF., *S. B. C. Pro-Praefectus.*

L. >B S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

LEGES ACADEMIAE ROMANAE SANCTI THOMAE AQUINATIS

I. Academiae nomen erit: Academia Romana S. Thomae Aquinatis.

II. Huic propositum est explicare, tueri, propagare doctrinam, praesertim philosophicam, Angelici Doctoris, omniaque accurate servare quae tradita sunt in Litteris Encyclicis quarum initium: *Aeterni Patris.*

III. Officia Academiae praecipua haec erunt: Studia viresque conferre cum aliis Academiis eiusdem instituti ad philosophiam christianam secundum principia S. Thomae Aquinatis ubique instaurandam.

Operum et ephemeridum illustrium, et earum maxime quae de rebus philosophicis pertractant, notitiam sibi comparare, ut quaenam sit ubique scientiarum conditio dignoscatur.

Lucubrationes, ubi opus sit, et libros edere quibus vel gliscentes errores refutentur, vel philosophica doctrina illustretur et amplificetur.

Sedulam dare operam doctoribus informandis scholasticae philosophiae tradendae apprime idoneis.

IV. Academia constabit Consilio Academiae regundae praeposito, Academicis et Alumnis.

V. Consilium Academiae Moderatorum coalescet ex tribus EE. Cardinalibus, quorum Cardinalis Praefectus *pro tempore* Sacri Consilii Seminariis et Studiorum Universitatibus regundis prior loco erit. EE. Cardinales Moderatores de rebus Academiae acturi conventum habebunt cum e re visnm fuerit. Aderit a secretis Academicus unus qui poterit adiutorem sibi adsciscere Academicum alterum ubi opus fuerit.

VI. Academici a Consilio EE. Cardinalium Moderatorum eligentur. Plures quam XXXX numero non erunt. Horum viginti ex doctis viris in urbe commorantibus, decem ex italica regione, totidem ex nationibus exteris cooptabuntur. Consilio Academiae moderandae omnes parebunt.

VII. Conventus Academiae singulis mensibus anni academici, uno saltem ex EE. Cardinalibus Moderatoribus adstante, habebuntur. Nemini ex Academicis Romae commorantibus a conventu abesse fas erit.

VIII. In his conventibus alter ex Academicis lucubrationem recitabit, quam, proposito a Consilio EE. Cardinalium Moderatorum argumento, confecerit.

Lucubratio recitanda expendi prius ab uno e Consilio EE. Cardinalium Moderatorum et probari debebit.

Consultatio deinde habebitur de libris ac scriptionibus super re philosophica in lucem recens editis; et quid facto opus sit, vel ad refuta ndos errores, vel ad philosophicam doctrinam declarandam et promovendam, de sententia EE. Cardinalium Moderatorum in conventu adstantium decernetur.

IX. Lucubrationes in Academicis conventibus recitatae, quas Eminentissimi Cardinales Moderatores dignas iudicaverint, in exitu anni typis edentur.

X. Ex iuvenibus optimae spei qui philosophiae curriculum emensi fuerint coetus Alumnorum constabit.

EE. Cardinales Moderatores aliquibus ex Academicis alumnos semel saltem in unaquaque anni academici hebdomada instituendos tradent in praecipuis thomisticae doctrinae capitibus, illisque Academici designati Angelici Doctoris disputationes explanabunt, cum aliorum philosophorum placitis, ubi opus fuerit, comparatas.

Dabitur interdum Alumnis ut in academicis conventibus, exercitationis causa, aliquod philosophicae doctrinae caput, ad mentem D. Thomae, in praelectionis modum exponant.

XI. Alumnis qui lectiones academicas integrum annum assidue frequentaverint, ad eiusdem anni exitum ius erit ad praemia concurrere. Ipsis dictabitur aliquod argumentum scripto ab omnibus intra statutum tempus explicandum. Qui facto periculo praestantiores iudicati fuerint, praemia laudemve consequentur.

Alumni qui doctoris lauream in philosophia S. Thomae expetant, ad periculum doctrinae et scripto et voce faciendum de quolibet capite philosophiae, quae vel in speculatione veri vel in moribus versetur, ne admittantur nisi biennio saltem in scholis Academiae instituti fuerint disputationesque in academicis conventibus frequentaverint.

Candidatis res successerit satis, si duas tertias punctorum partes tulerint. Academici examinatores deligantur *per turnum,* iique ne pauciores quam tres ne plures quam quinque unquam sint: ac tum ad probandum tum ad improbandum terna singuli habeant puncta, secreto

attribuenda. Academicus qui est a secretis, vel eius adiutor semper aderit, officio examinatoris fungetur et rei exitum adnotabit.

XII. Certum quoque praemium tum Academicis vel pro praelectionibus quas habuerint, vel pro scriptionibus quas confecerint, vel prout coetibus adfuerint, tum etiam alumnis pro disputationibus quas sive defendendo sive arguendo partecipaverint, tribuetur. Huiusmodi autem praemia itemque ceteras omnes impensas quotannis faciendas EE. Cardinales Moderatores defmient. is vero qui est a secretis Academiae EE. Cardinalibus Moderatoribus postea rationem reddet.

Ex Audientia habita die 11 februarii 1916, Ssmus D. N. Benedictus PP. XV has Leges Academiae Romanae S. Thomae Aquinatis ab EE. Cardinalibus eiusdem Academiae Moderatoribus adprobatas, confirmavit, ratasque habuit non obstante Decreto S. C Studiorum, die 23 iulii anno 1910, ceterisque contrariis quibuslibet.

CAIETANUS CARD. BISLETI.
LUDOVICUS CARD. BILLOT.
MICHAEL CARD. LEGA.

Salvator Talamo, *Academicus a Secretis.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (EDELINE-LEDANOIS)

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 4 martii 1916, RR. PP.DD. Ioseph Mori Ponens, *Fridericus Cattani et Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa* Parisien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Albertum Edeline, *repraesentatum per legitimum procuratorem ex officio Nazarenum Ferrata, advocatum,ßt* Ioannam Ledanois viduam Lerebours, *ream conventam in sede appellationis, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore ex officio apud hoc s. Tribunal, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Albertus Eduardus Edeline, communes habens lares cum parentibus in oppido *Vimoutiers,* arti mechanicae addictus post expletam servitii militaris instructionem in Gallia, circa mensem novembris a. 1899 ad Africanas oras profectus, apud Boeros in Transvaliensi regione stipendia meruit; elapsisque 8 mensibus ad suos reversus est, qui habitationem alibi seu in oppidum *Bordeaux Saint-Clair* interea temporis transtulerant et apud quos ante suam in Africain digressionem propria mobilia miserat a civitate Parisiensi qua considerat ad inveniendam occupationem suae arti respondentem. Albertus post paucos commorationis dies in nova parentum sede, ob eumdem scopum Parisios remeavit, sed hac vice non divertit apud priorem habitationis locum seu in Avenue de Segur, sed apud suum fratrem Iulium in via Buci n. 13, quin tamen nuntium mitteret paternae habitationi, in qua adhuc mobilia servabat.

Parisiis exstans ad dictam occupationem sibi comparandum, obvium habuit Georgium Ledanois suum commilitonem in Africa et m eadem civitate degentem cum suis parentibus in via Pierre Sarrazin n. 9. Huic aderat soror Ioanna iam vidua Lerebours quae post mariti mortem non

ad suos remeavit, sed mariti defuncti domicilium in via du«. Faubourg Montmartre n. 42 sita in paroecia B. M. Virginis Lauretanae servavit, dum parentum domus erat intra fines paroeciae S. Severini. Amicitiae relationem Albertus illico instauravit cum Georgio et iniit cum eius sorore. Quin imo a Iulio fratre translatis alio laribus seu in oppidum Lilas, Albertus habitatum concessit in domum sui amici apud quam cubiculum conduxit, et post paucos commorationis dies ope et instantia parentum Georgii inter eumdem et supra memoratam Ioannam viduam Lerebours sponsalia conciliata sunt, et dein brevi tempore matrimonium initum est, cuius celebratio locum habuit die 2 februarii 1901 coram vicario parocho eiusdem paroeciae S. Severini, praeviis tantum publicationibus in dicta paroecia, eo quod erronee putatum est inibi sponsos domicilium habere.

Matrimonium hoc infelices exitus sortitum est; si quidem post tres vel quatuor cohabitatiouis annos ex infidelitate et prava agendi ratione uxoris concordia inter coniuges evanuit et an. 1904 civiliter separatum fuit ex culpa eiusdem uxoris et ad instantiam Alberti, qui serius edoctus de eius nullitate in foro ecclesiastico ob defectum formae Tridentinae, die 13 ianuarii 1913 instantiam coram Curia Archiepiscopali Parisiensi promovit pro eiusdem nullitatis declaratione. Rite Tribunali constituto et processu instructo, iudex Parisiensis d. 24 successivi septembris sententiam edidit actori favorabilem. A qua cum appellaverit localis Vinculi Defensor ad nostrum S. Tribunal hinc est quod hodie, praemissis omnibus de iure explendis, causa iterum examini subiicitur sub consueta dubitandi formula : *An constet de nullitate matrimonii in casu ?*

In iure. Patres Domini haec revocanda et prae oculis habenda censuerunt. Antequam decretum S. C. C. *Ne temere* d. 2 augusti 1907 ederetur, matrimonia coram parocho sive ratione domicilii sive quasi domicilii proprio, aut illius, vel Ordinarii delegato, et duobus vel tribus testibus, sub poena nullitatis ex lege tridentina iuxta notum caput *Tametsi* sess. 24 *de Ref. matr.* contrahi debebant. «Qui aliter quam praesente « parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et « duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos «S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit et huius« modi contractus irritos et nullos esse decernit prout eos praesenti « decreto irritos facit et annullat ». Parochus vero quem Conc. Trid. indigitat, estille intra cuius limites paroeciae habent nupturientes verum domicilium vel quasi domicilium, seu parochus proprius: et sufficit ut una saltem pars in hac conditione inveniatur (Urbanus Viii, Const. *Exponi* 14 augusti 1627; Bened. XIV, Const. *Paucis;* 19 mar-

tii 1758; S G. S. Off. 7 iulii 1887) exceptis vagis, de quibus in quaestione utrum ad validitatem eorum matrimonii requiratur ut contrahant coram parocho loci apud quem diversan tur, vel sufficiat ut contrahant coram quocumque parocho, conferri potest'Card. Gasparri, *Tract Can. de mat,* § 1090, edit. 3ª; in quocumque casu vero pro horum matrimoniorum liceitate servandae sunt praescriptiones in cap. 7 eiusdem sessionis.

Domicilium nostris et Canonistis, ut tradit Card. D'Annibale, *T. Moral.*, v. 1, § 83, est locus perpetuae habitationis. Itaque domicilium eo loco quis habere dicitur, ubi larem perpetuum rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, seu, ut in leg. 7 Cod. *de incolis,* unde non sit discessurus si nihil avocet: locus vero pro civilistis est municipium, in iure canonico in ordine ad matrimonium est parochia, adeo ut quis domicilium fovere possit in aliqua civitate et nihilominus illud non retinere in paroecia si extra huius fines habeat habitationem a iure requisitam. Quasi - domicilium est locus, in quo quis habitat saltem per maiorem anni partem. Sed ad utrumque (domicilium scilicet et quasi - domicilium) requiritur habitatio more civium, et non sufficit nuda commoratio more peregrinorum : Van de Burgt, *De imped. mat,* vol. 1, cap. 7, n. 210. Ad utrumque assequendum duo copulative elementa concurrere debent, nempe animus seu intentio habitandi perpetuo vel per maiorem anni partem in eo loco, quasi elementum formale, et factum habitationis quasi elementum materiale, ita tamen ut elementum materiale sine formali nihil omnino operetur, formale e contra sine materiali aliquando domicilium vel quasi domicilium recipiat: commoratio enim sine voluntate eam ad praescriptum tempus protrahendi inefficax est ad domicilium vel quasi domicilium acquirendum, e contra semel domicilio vel quasi domicilio acquisito, absentia a loco habitationis etiam ad longum tempus si de primo agatur, vel ad aliquod tempus si de secundo, non nocet nisi animo eo amplius non redeundi contingat. Unde domicilium vel quasi domicilium non concipitur quoadusque quis in aliquo loco sedem sibi non constituat cum animo eam retinendi per tempus praescriptum: quamobrem, iuxta Card. d'Annibale 1. c, «si quis aliquo « venerit quasi viator, vel litis aut negotii expediendi causa his expeditis aut muneris alicuius quaerendi causa eo non quaesito discessurus, quamvis praeter opinionem immorari eo loci vel per annum contigerit quasi domicilium non acquiri verius est ».

Domicilium vel quasi domicilium semel rite acquisitum non amittitur nisi per contrariam voluntatem et discessum, quia uti expenditur in *Ravennaten.* H. S. T. d. 15 maii 1911, « omnis res per quas causas « nascitur, per easdem dissolvitur ». Ideo non sufficit discessisse, si ani-

mum. revertendi habeas, nec animum discedendi in perpetuum ijuoad revera discesseris: Sánchez, *De matr.* lib. 3, dis. 23, n. 2. Quin imo, uti in « cit. *Ravennaten,* edicitur, difficilius amittitur, quam acquiritur, tum quia in dubio de relicto domicilio standum est pro eius conservatione, iuxta tritam regulam: In dubio melior est conditio possessoris (cfr. etiam *Parisien,* d. 22 aprilis 1913 coram eodem S. T.), tum quia uti advertitur in alia causa *Gratianopolitana* eiusdem mensis nempe d. 8, domicilium est quid favorabile pro fidelibus et eius amissio spectatur ut res odiosa. Domicilium autem aliud est necessarium aliud voluntarium. Necessa* rium quod habent personae alieni iuris ut filiifamilias in minori aetate vel uxor vel pupillus respective sub potestate patris, mariti, tutoris. Filii familias per adeptam maioritatem amittunt domicilium necessarium, verum si sibi aliud non acquirunt vel melius si primo non renuncian t, praesumuntur continuare paternum et primum domicilium convertitur in voluntarium, uti traditur in supra allegatis causis *Ravennaten,* et *Parisien.* At quando hoc domicilium dici debet amissum? In praxi est res valde difficilis pro solutione. Auctor F. Deshayes, *Questions pratiques sur le mariage,* in quaes. 48, pag. 80, post nonnullas hypotheses subiectas,, ita in sua conclusione disserit: «En vertu donc de ce principe, qui veut « que l'on conserve un domicile tant qu'on ne Fa pas intentionnellement « et définitivement abandonné, le majeur reste canoniquement domicilié « chez ses parents après avoir atteint sa majorité, jusqu' au moment où « ces deux conditions se trouvent pour lui simultanément réalisées: son *« établissement,* au sens propre du mot, sur une autre paroisse, et. lo *« renoncement* au domicile (la cessation de *V affectus domicilii)* qu' il avait « jusqu'alors conservé auprès de ses parents ». At haec cessatio affectus domicilii paterni non illico praesumi potest ex acquisitione facta a filioalibi simplicis domicilii, vel ex mutatione domicilii facta a parentibus in alium locum: non prima quia domicilium in aliquo loco et quasi domicilium in alio non repugnant, iuxta Card. D'Annibale, I. c, *ad notam n. 23;* non secunda quia per dictam mutationem non praesumitur dissolutum vel cessatum ligamen familiae cum filio et proinde domicilium familiare adhuc perseverare censetur, quoadusque non constet per idoneos testes, aut aliis probationis mediis de mutata filii voluntate.

In facto. Quod vicarius paroecialis S. Severini in cuius ecclesia matrimonium inter Ioannam Ledanois et Albertum Edeline celebratum fuit, egerit ex delegatione parochi alterutrius ex contrahentibus nullimode statui potest, siquidem de hoc tacet fides initi matrimonii et banna tantum in ea ecclesia publicata sunt, aliunde in iure licentia seu dele-

gatio praesumpta non sufficit (confr. supra citatam causam *Parisien*, diei 22 aprilis 1913). Hinc videndum an saltem unus ex contrahentibus tempore contracti matrimonii in paroecia S. Severini domicilium vel quasi domicilium fovent.

Certe Ioanna Ladenois vidua Lerebours affirmat tempore contracti matrimonii se habuisse domicilium in paroecia S. Severini. Iudici enim sciscitanti respondit, se tunc temporis apud parentes suos habitasse: « Où habitiez-vous au moment de votre mariage avec Mr Edeline? ». Resp.: « Avec mes parents rue Pierre Sarrazin ». Sed huic affirmationi alia opponitur ab actore, qui contra deponit: « Au moment du mariage « ma future habitait 42 Faubourg Montmartre: ses parents au contraire « habitaient 9 rue Pierre Sarrazin ». Cuinam depositioni fides praestanda est? Rem in casu dirimit iudex Parisiensis qui in suis adnotationibus, ut apud acta, haec habet: « L'affirmation de Mme Edeline disant qu'au « moment du mariage elle habitait chez ses parents et avait quitté « sans esprit de retour son domicile précédent (qu'elle ne nomme «même pas) rue de Faubourg Montmartre, n'est pas conforme à la réa- « lité... Au contraire... Mr Edeline a dit la vérité en affirmant que Mme « Ledanois veuve Lerebours habitait bien au moment du mariage 42 Fau- « bourg Montmartre ». Et reapse iudex Parisiensis in confirmationem suae assertionis producit nonnulla documenta, uti quasdam pistoris notas, singraphas argentarías pro emptione mobilium facta ab Alberto pro sponsa in via Faubourg in pervigilio matrimonii, contractum locationis conductionis domus in « rue des Martyrs » incipiendae d. 1 iulii 1901, ex quibus certo certius apparet ipsam servasse vetus domicilium in via Faubourg Montmartre ante dictum matrimonium, neque mirandum eius depositionem esse mendacem, utpote quia emissam scripto tantum et absque iuramento et insuper a muliere perditis moribus et Deum non tímente.

Praeterea nedum Albertus Edeline actor in causa, sed qui inducti sunt testes sive ex parte viri sive ex parte mulieris Ioannae, omnes affirmant hanc apud parentes suos tempore celebrati matrimonii non habuisse domicilium quod reliquit cum primo viro nupsit, nec unquam restituit, et addunt hoc habuisse « rue Faubourg ». Neque relevat opponere hos testes discordes esse inter se cum de vero domicilio Ioannae statuendo tunc temporis deponunt: ex una enim parte est qui dicit domicilium hoc Ioannam habuisse 42 Faubourg Montmartre, et ex altera qui illud ponit « près de la Bourse » aut « du côté de la Bastille ». Verum haec discrepantia in casu non nocet: quod enim essentiale est, respicit domicilii vel quasi domicilii Ioannae in paroecia S. Severini carentiam

in qua omnes testes unanimiter conveniunt, et praefata discrepantia facile componi potest. Nam quae ab utraque parte indicata sunt habi- * tationis loca in una sita sunt paroecia a Virgine Lauretana nuncupata, cuius fines exstant in dextero latere « de la Seine » longe dissita a paroecia S. Severini sita in latere sinistro. Gum de vero ageretur designando viarum nomine facile error in mente testium irrepere potuit, quin tamen eorum depositio quoad substantiam conformis, ob hoc caperet detrimentum. Quod ergo affirmavit Ioanna contra veritatem de domicilio suo in paroecia S. Severini cum matrimonium contraxit, excluditur a testibus* omni exceptione maioribus, quorum depositionibus ideo standum est. Neque ullum pondus tribui potest fidei celebrati matrimonii in qua Ioanna asseritur habere domicilium in paroecia S. Severini apud suos parentes. Parochus enim utpote novus in paroecia datam domicilii indicationem bona fide acceptavit, quin illam super hoc investigationem institueret, ceu ipse rite rogatus in iudicio deposuit: « C'était un des « premiers mariages que je faisais à St-Séverin où je ne connaissais « personne. Rien ne m'a permis de penser que la future avait domicile « ailleurs. J'ai inscrit dans l'acte que la future était majeure; elle devait «l'être». Caeterum super hoc puncto non vacat ulterius immorari, cum defensor vinculi Parisiensis Curiae, nihil super eo obiecerit et eadem Curia uti certum defectum domicilii in dicta paroecia retinuerit: « Le « tribunal de l'officialité de Paris n'a eu aucun doute sur le domi- « cile personnel au moment du mariage de madame veuve Lerebours « née Jeanne Ledanois au n. 42 Faubourg située sur la paroisse N. D. « de Lorette ». Iure itaque Patres Domini in sede appellationis eamdem conclusionem amplexi sunt quoad defectum domicilii Ioannae in paroecia in qua controversum matrimonium initum fuit.

Eadem Patres Domini senserunt quoad praesumptum domicilium vel quasi domicilium Alberti actoris apud sponsae parentes in via Pierre Sarrazin n. 9 tempore secuti coniugii. Sane Albertus e regione Transvaliensi remeans, primum apud suos parentes perrexit apud quos omnia sua mobilia servabantur inibi translata ante eius in Africam profectionem: iterum deinde petiit civitatem Parisiensem ut occupationem arti suae respondentem inveniret. Ivit ipse in domum fratris sui Iulii in via Buci 13, et inibi consistens invisit Ioannae fratrem Georgium cum quo iam stipendia meruerat in bello apud Boeros: exinde initium habuere matrimoniales tractatus cum eadem Ioanna ad huius parentum instantiam. Albertus in fratris domo mansit usque ad finem novembris 1900, ceu frater eius Iulius deponit qui eodem mense suos lares ob novam occupationem adeptam in oppidum Lilas transtulerat. Hac occasione

Albertus prius ad suos parentes et dein divertit apud amici Georgii parentes in citata via Pierre Serrazin, ibidem brevi tempore commoratus seu quoadusque solemnitas nuptiarum sequeretur seu usque ad diem 2 feb. successivi. Inito autem matrimonio conventum erat ipsum sequi sponsae domicilium in domo Faubourg Montmartre n. 42: «Cette « situation (seu mansio Alberti in domum parentum Georgii, ait idem « Albertus), a duré huit ou dix jours. Le mariage était convenu à ce « moment-là. Il avait été convenu dès les debuts de mon arrivée rue « Pierre Sarrazin... Après le mariage nous devions habiter chez ma « femme qui avait son domicile et les meubles Faubourg Montmartre». Habitatio itaque Alberti apud Ioannae parentes sub ditione paroeciae* S. Severini fuit tantum precaria et absque animo ibi quaerendi domicilium vel quasi domicilium. Quod a testibus etiam confirmatur. Ita pater Alberti: « Après le mariage mon fils se proposait d'habiter chez « sa femme ». Eius mater: « Après le mariage les mariés devaient habiter « chez la femme ». Helena Edeline, Alberti soror: « Après le mariage « ils devaient habiter chez la femme Faubourg Montmartre ». Testes Georgius Ledanois frater Ioannae et Carola eius soror ponunt sponsos convenisse habitatum post nuptias in via des Martirs n. 20: sed hoc nil officit, quia haec via proxima est viae Faubourg Montmartre et proinde non sita in paroecia S. Severini, sed in illa B. M. Virginis Lauretanae; hinc etiam iuxta hos testes in Alberto exulabat elementum formale seu voluntas adipiscendi domicilium vel quasi domicilium in praefata paroecia S. Severini. Quibus positis, cum vicarius parochus huius paroeciae non fuerit proprius neque sponsae Ioannae neque sponsi Alberti, consequitur quod horum matrimonium coram ipso initum, ex formae Tridentinae defectu tunc vigentis vitiatum renuncian debet et proinde nullum.

Neque Patres Domini admittere potuerunt fuisse Albertum momentanee vagum et proinde ipsum quamvis praecario in paroecia S. Severini tempore matrimonii commorantem sorti tum esse ex titulo vagitatis uti proprium illius parochum. Ad hoc enim statuendum, concludenter esset demonstrandum Albertum nuntium misisse domicilio paterno. Vagitas enim in iure est res valde odiosa, quod principium, ut traditur in causa *Parisiensi-Nullit, matr.* (Mellard-Varigault) d. 27 ianuarii 1912, est incussum, cum status vagi sit extraordinarius et minime praesumendus, quia uti legitur in iure romano leg. 25 ff. ad municipalem § 2 « Difficile est sine domicilio esse quemquam ». Hinc in dubio standum est pro domicilio servato, praesertim si agatur de domicilio originis : D'Annibale 1. c, nota 12. Concinit etiam Rota in supra citata *Gratianopolitana :*

« cum non constet aperte per expressam animi declarationem quejnpiam voluisse suum relinquere domicilium et suae potissimum originis domicilium, potius admissa est cumulatio duorum vel plurium domiciliorum, ceu declaratum est ab H. S. O. in decis. 429^ n. 13, p. V, tom. II, decis. 670, n. 24, p. IV, tom. III, dec. 364, n. 7, p. XIII in Recent.: « et iure « merito, nam ut inibi expenditur domicilium est quid favorabile pro «fidelibus, quare eius amissio est valde odiosa et proinde stricte inter- « pretanda et applicanda ». In casu pater loquens de domicilio paterno 'sui filii Alberti haec ait: « Il n'a jamais rompu avec le domicile dëses « parents ». Equidem mater et soror actoris declarant hunc post reditum e Transvaal non habuisse intentionem apud eos manendi: « Il n'a pas «eu l'intention de se fixer chez nous, il n'avait pas l'intention de se « fixer chez ses parents ». Sed hoc non probat absolutam voluntatem relinquendi domicilium paternum, siquidem haec fuit subordinata facto inventionis congruae occupationis. Albertus de domo sua et de cognatione sua discessit necessitatibus vitae magna in civitate consulturus mechanicae artis operam locando; sed nullibi unquam habuit sedem firmam, ut inde argui possit voluntas eius ad paternam domum non redeundi. Et revera eo semper remeavit sive antequam stipendia mereretur, sive reversus ab Africa, sive dum Parisiis cum fratre suo moraretur: et insuper Transvaal versus discessurus suppellectilem apud suos parentes custodiendam tradidit ibique manserunt usque ad diem celebrationis matrimonii. Constat quidem de Alberti voluntate domicilium Parisiis vel in alia civitate acquirendi, sed de facto cum nullibi unquam invenerit quod optabat praesumitur paternum domicilium conservasse, amissio enim domicilii est valde odiosa proinde stricte intelligenda et applicanda.

Defensor vinculi apud Curiam Parisiensem contendit paternum domicilium Alberti fuisse ruptum ex facto quod durante eius permanentia apud Boeros, eius parentes mutarunt domicilium illud transferendo ab oppido Vimoutiers in oppidum Bordeaux Saint-Clair. Sed in casu domicilium paternum seu familiare Alberti pendebat non a materiali mutatione loci sed potius a voluntate permanendi in familia, quae voluntas etiam post eius reditum perseveravit, ut probant frequentes eius reditus in novum parentum domicilium. Ut autem quis amittat domicilium non sufficit discessus a loco in quo illud retinet, sed requiritur ut discedat cum animo non revertendi, ex leg. 27 § *Gelsus* ad Municipalem (Sánchez, *De matr.*, lib. 3, dis. 32, 2; supra citata *Ravennaten.* n. 5), qui animus non revertendi in Alberto defuit ex supra enarratis circumstantiis, proindeque spectari non potuit uti vagus.

Hisce omnibus in iure ei in facto consideratis et sedulo perpensis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio respondentes: ***Affirmative,*** seu ***constare de nullitate matrimonii in casu*** et sententiam Parisiensem primi gradus confirmamus.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam et adversus reluctantes procedant ad normam ss. canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, ***De reform.,*** Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 4 martii 1916.

Ioseph Mori, ***Ponens.***
Fridericus Cattani Amadori.
Petrus Rossetti.

L. © S.

Ex Cancellaria, 26 aprilis 1916.

Sac. T. Tani, ***Notarius.***

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

BONONIEN.

COMMISSIONIS SEU REGULARITATIS PAROECIAE

inter Ordinem Canonicorum Regularium Ssmi Salvatoris, repraesentatum per legitimum procuratorem Thomam Ambrosetti, advocatum, et Curiam Archiepiscopalem Bononiensem.

1. Ante publicarum rerum eversionem, sub exitum saeculi XVIII, civitatis Bononiensis paroeciae LIV recensebantur, ex quibus duodecim ad Regulares pertinebant, ac plures aliae iuripatronatus tum populari, tum familiari subdebantur. Anno autem 1806 universae ad numerum XVIII

redactae sunt, omnesque declaratae saeculares, ac, una excepta, liberae collationis; quae nova paroeciarum conditio usque in praesens substantialiter immutata perseveravit: hodie enim auctus est numerus paroeciarum ad XXIV; ex his vero tres tantum iuripatronatus subiacere, nullam tamen regularibus concreditam esse, asserebatur vel in ipsa Relatione status dioeceseos in visitatione SS. Liminum a. 1911.

Inter XVIII paroecias quae anno 1806 supererant, adnumeratur quoque paroecia S. lohannis in Monte, quae, absque controversia, anterioribus annis, immo et saeculis, ad Ordinem Canonicorum Regularium Lateranensium SS. Salvatoris pienissimo iure pertinebat; ac propterea, dispersis in publica eversione religiosis, bonisque ipsorum depraedatis, novo beneficio, novisque redditibus, simul cum ampliore territorio ab Archiepiscopo dotari debuit. Restituti postea Bononiae Canonici Regulares Lateranenses, in vacationibus huius paroeciae, quae contigerunt aa. 1846 et 1898, quoddam ius nominandi sibi asserere visi sunt, donec in postrema vacatione, quae accidit per obitum parochi saecularis Antonii Domenichini, d. 13 augusti 1914, iidem Regulares formaliter postularunt ab Archiepiscopo, ut praefatam paroeciam *regularis* conditionis fuisse et esse recognosceret. Abnuente autem Curia Archiepiscopali, quae e contrario asserebat paroeciam ab a. 1806 fuisse et esse *saecularis* prorsus conditionis, cogitarunt de lite apud S. R. Rotam vel in primo gradu iurisdictionis instauranda, ad quem effectum oblato libello Commissionem impetrarunt. Immo, quum casum evenisse arbitrarentur articuli 13 *Appendicis* ad Regulas Nostri Ordinis, statuentis: « Quum res sit de « negotio gravis ponderis, et difficultatibus implexo,... decisio remittitur « ad Plenam Signaturam », ad Hanc explicite pro vocarunt.

In plenariis igitur comitiis Signaturae, die 8 iulii 1916 in aedibus Vaticanis habitis, referente Emo ac Revmo P. D. Vincentio Card. Vannutelli, Sacri Collegii Decano, prodiit decisio super consueta formula dubii: *An sit signanda Commissio in casu.* - Quae decisio Emorum Patrum, instante nunc Emo ac Revmo Archiepiscopo Bononien. Georgio Cardinali Gusmini, de mandato Emi ac Revmi Card. S. Tribunali Praefecti, publici iuris fit.

2. Animadverterunt in primis Emi Patres necessariam conditionem cui satisfieri debeat per quamcumque petitionem Commissionis, ad Rotale iudicium instaurandum, hanc esse, ut saltem fundamentum aliquod boni iuris ex parte petentis demonstretur, super quo consistere valeat actio iudicio explicanda et definienda. Utrumque enim manifesta lege indicitur: tum can. 40, § 2, *Legis Propriae,* coli. cum art. 28-29 *Regularum* Nostri Ordinis, ubi reiiciendam esse iubetur quamlibet petitionem fun-

damento boni iuris destitutam; tum can. 16 *Legis Propriae,* ubi statuitur « reservari Sacris Congregationibus cognoscere de dispositionibus... « quae non sint sententiae in forma iudiciali latae » ; idque adeo, ut (can. 17) « ne *obiter* quidem de his S. Rota videre possit, et si tamen « sententiam proferat, haec ipso iure sit nulla ». Apertius etiam legimus in *Normis peculiaribus,* cap. I, § 3 : « Si libellus ad S. R. Rotam delatus « est,... de quaestionis natura videbunt, utrum res administrationis ac « disciplinae tramite tractanda sit, an summo iure agendum. Horum « primum si accidat, iudicium quaestionis reservatur Sacrae Congrega- « tioni cui competit » ; quae praescriptio iure Emis Patribus visa est continere normam, quae in praesenti casu potissimum ab Ipsis prae oculis habenda esset.

Ad ostendendum autem quam consonum sit Signaturae institutis, huic fundamentali principio, hodie universim recepto, de distinctione duplicis competentiae, administrativae nempe et iudiciariae, firmiter inhaerere, placuit recolere ipsos art. 1698 ss. mot. prop. 10 nov. 1834 (alias *Regolamento Gregoriano),* ubi principium illud perspicue ad praxim deducitur, ex normis et rescriptis Nostri Ordinis corrivatos esse, prout ostenditur in decisione causae Bononien. *Competentiae,* 20 iunii 1836 (eius anni XXXIX), extensore Emo Praef. Card. Io, Francisco Falzacappa.[1] Quin etiam, ipse Emus Falzacappa in alia decisione Lauretan. *Circumscriptionis,* 1834 (LXXIX), enarrat, se auctore, ad oraculum Ssmi per Signaturam tunc primum fuisse provocatum, a quo solemne responsum acceptum: « Nullum ius esse, nullamque iurisdictionem iudicibus « ordinariis in negociis ac controversiis cognoscendis et definiendis, « quae a potestate administrativa, politica, directiva, curantur et expen- <* duntur »; cuius oraculi summam sapientiam pluribus disertisque considerationibus ibidem illustrat.[2]

3. Hoc igitur fundamento praestituto, *in facto* animadverterunt Emi Patres duo compertissima esse: decretum videlicet in actis haberi, quo de conditione et statu saeculari paroeciae S. Iohannis in Monte inde ab a. 1806, praeter omnem exceptionem, constat ; nullumque e contrario afferri documentum, quo decretum illud aliquando rescissum, revocatum aut quovis modo effectu destitutum fuisse evincatur.

Primum quod attinet, prostat in actis decretum die 20 maii 1806 ab Emo Carolo Card. Oppizzonio, Archiepiscopo Bononien. et Delegato

[1] ***Decisiones Supremi Tribunalis Signaturae Iustitiae quae prodierunt ab anno 1825 ad annum 1844,* vol. XII, pag. 240.**

[2] ***Decisiones* etc., vol. X, pag. 380.**

Apostolico, editum, quo, in vim ipsius Delegationis Apostolicae, de universis paroeciis ßononiensibus regularibus, et in his nominatim de S. lohannis in Monte paroecia, disponitur, et ita disponitur, ut praesens intentio Canonicorum Regularium e diametro excludatur. Dum enim hi contendunt evincere paroeciam S. lohannis in Monte esse regularem, in decreto ex adverso legitur: « Usando dell'Apostolica facoltà ed auto« rità, a Noi anche specialmente delegata per lettere del Santo Padre « Pio Papa VII in data delli 8 giugno e delli 3 agosto del p. p. anno; « decretiamo e comandiamo e dichiariamo, che tutte le Chiese Parroc« chiali, le quali per l'addietro sotto qualunque titolo appartenevano ai « Regolari, cioè quelle di *S. Giovanni in Monte* e del SS. Salvatore, etc. ; « ora e per l'avvenire *ordiniamo che siano libere, sciolte e pienamente « esentate da ogni autorità o diritto dei Regolari,... e che siano piena« mente soggette a noi, in perpetuo, e ai nostri successori nélV Arcivesco« vado di Bologna.* Usando poi delle facoltà a Noi concesse per mezzo « delle suesposte Lettere Apostoliche, le riferite chiese di *S. Giovanni « in Monte,* del Ssmo Salvatore etc. *le erigiamo in cure secolari* ed ordi« niamo e stabiliamo eleggere, Noi ed i nostri successori, dei chierici « secolari, i quali, previo il concorso ed esame alla forma del S. Con« cilio di Trento... assumeranno la Cura delle anime. Derogando etc.; « ed anche, etc. ; in ogni, etc. ». Porro nemo non videt huiusmodi decretum, documentum esse in causa decisivum, iuxta praescriptum quoque ab Hoc Ordine saepius enunciatum, v. g. in Forolivien. *Restitutionis in integrum,* 22 aug. 1844 (LV), n. 5: « Authenticum et decisivum documentum illud solum dicitur, quod claram evidentemque rei probationem « ad oculum exhibet, remotis ambagibus, et procul ab omni rationabili « haesitatione ».

4. Alterum quod spectat, pariter in facto est, nullum proferri ex parte Regularium instantium documentum quo sufficienter argui possit, post annum 1806 paroeciam S. lohannis in Monte in statum regularem fuisse restitutam. E contrario in actis habentur attestationes Archiepiscoporum in Visit. SS. Liminum, a. 1830, 1873, 1878, 1897, 1911, ubi illud excluditur, dum asseritur in civitate Bononiensi *nullam* haberi paroeciam regularem, duas tantum in reliqua dioecesi. Quae autem Regulares instantes afferunt adminicula probationum ad coniiciendum, hisce omnibus non obstantibus, praefatam paroeciam mansisse regularem, vel delibata, insufficientia et inconsistentia apparent, quin immo non semel haec ipsa in contrariam conclusionem Iudicum sententiam cogunt.

Afferunt in primis quoddam rescriptum d. 9 augusti 1828, ubi Apostolica Auctoritate firmatur transactio inter Archiepiscopum et Canonicos

Regulares circa regularitatem ruralis paroeciae S. Luciae de Corbaria; atque ex eo quod in parte *narrativa* rescripti praesupponitur « Cardinalis « Archiepiscopus in correspectivitatem nominationis presbyteri saecu- « laris, quoad unam dumtaxat ecclesiam paroecialem *di Gasalecchio* «^nuncupatam, asserto cuicumque iuri *quoad cetera[s\ de quibus agitur* « ultro valedixit », confirmare nituntur, ex eo saltem tempore Canonicos Regulares restitutus fuisse in pristinum quoad *omnes* paroecias ßononienses olim sibi quomodocumque spectantes, una excepta *di Casalecchio;* ergo, concludunt, quoad paroeciam quoque S. Iohannis in Monte. Sed, - praetermisso etiam quod lectio *ceteras* facile potest coniici orta ex inadvertentia amanuensis qui in subiecta specie tantummodo *cetera* scribere debuisset, se referens videlicet ad diversas propositiones quas de tunc controversa paroecia Corbariensi Archiepiscopus successive in medium attulerat, - quisque intelligit locutionem *ceteras* (etiam si ita demum legi deberet), additis verbis « de quibus agitur » coarctari ad ea quae *in precibus* rescripto praeviis continebantur; quod ceteroquin iubetur principio a Nostro Ordine pluries firmato, v. g. in Romana, *Circumscriptionis et appellationis,* 26 ian. 1832 (XXXVI), n. 10: « Plus in, « gratia Principis esse nequit quam in petitione, et concessio a peti- « tione normam accipit». Idque manifestius elucet consideranti, allata quidem verba esse in parte narrativa rescripti, in parte vero *dispositiva* explicite assertum: « expositam *in ipsis precibus* concordiam probamus ». At vero « in ipsis precibus », ubi continentur ea « de quibus agitur », nec verbum quidem demonstrare valuerunt Canonici quod ad paroeciam S. Iohannis in Monte trahi utcumque posset, quum negotium universum ibi versetur inter duas nominatas paroecias rurales, S. Andreae de Casalecchio et S. Luciae de Corbaria, de quibus tantummodo, in effectu, transactio exinde valuit.

Ostendunt praeterea Canonici, se, in vacationibus quae contigerunt a,a. 1846 et 1898, sollicitos satis fuisse in asserendo suo iure coram Archiepiscopis, satisque intentionem suam fuisse consecutos. Verum, inspectis actis, illico in comperto positum est huiusmodi ius, quod sibi dicunt «um effectu asseruisse, nequaquam illud fuisse de quo quaeritur, nempe proprietatis seu regularitatis paroeciae: etenim in utraque vacatione praehabitus est *concursus,* cuius vi - a. 1846 libere, a. 1898 ad praesentationem Abbatis Canon. Regular. SS. Salvatoris - Archiepiscopi paroeciam sacerdotibus saecularibus contulerunt. At vero incontroversum in iure est, ex Constit. S. P. Pii V *Ad exequendnm,* d. 1 nov. 1567, § 5, paroeciam regularem, qualis dici potest solummodo paroecia pienissimo iure Monasterio seu Ordini unita, non conferri per concursum. Quin

etiam haec intentio asserenai regularitatem paroeciae in praefatis rerum adiunctis, expressis verbis exclusa apparet in ipsis litteris Abbatis Can. Regul. Lateranensium praetensi iuris assertivis. Legimus enim in litteris a. 1846: « quella parrocchia *già di antica* nostra pertinenza »; in litteris a. 1898: « Nomino quindi e *presento...* come parroco di S. Gio- « vanni in Monte, parrocchia di *diritto padronale* dei Canonici Latera- « nensi » : ubi elucet non de regularitate paroeciae, sed de iuspatronatus regulari super paroeciam saecularem tunc negotium fuisse: at iuxta ipsos iuridicos conceptus, et ea quae fuse recolit, v. g. S. R. Rota, in una Brunnen., *Incorporationis seu iurispatronatus,* d. 28 mart. 1914 *(Acta Apostolicae Sedis,* vol. VI, p. 319 ss.), mutuo sese excludunt haec duo, iuspatronatus et incorporatio, adeo ut non possit iam consistere actio de regularitate paroeciae, post invocatum merum iuspatronatum. Ceterum, animadverterunt Emi Patres, non doceri in praefatis rerum adiunctis, intercessisse ullo modo Auctoritatem Apostolicam, sine qua nec Oppizzonius, nec alius quilibet immutare valuisset quae vigore specialium facultatum delegatarum a Summo Pontifice constituta fuerant.

5. Quum igitur *in facto* praeter omnem exceptionem constet de decreto, seu de causa sufficienti ex qua incoeperit nova conditio saecularis paroeciae controversae, quum nullo modo evincatur decretum illud usque in praesentem diem cessasse, seu causam illam effectu destitutam fuisse, palam est nullo alio fundamento inniti posse actionem Canonicorum Regul. Lateranensium nisi in oppugnanda validitate seu efficacia decreti diei 20 maii 1806 supra relati. Verum huiusmodi *actio nullitatis,* nunc, post CX annos, nulla lege instaurari permittitur (cfr. Decis. Sign. a. 1832 [XV] in Romana *Gircumscr. et appell,* n. 5: «triginta enim annorum spatio actiones quascumque nullo facto discrimine perimi, tralatitium in iure scimus »); multo magis, quod, sive ex iam delibatis, sive ex iis quae in actis prostant, satis superque evincitur, pluries in praeterito tempore, verbis et factis, Canonicos Regul. Lateranenses agnovisse plenam vim decreti de quo agitur, quodque, ut a limine animadvertimus, adeo fir mum semper et invulneratum mansit, ut nulli unquam contestationi occasionem dederit, atque vel in praesentiarum universum statum paroeciarum Bononiensium, simul cum aliis eodem tempore editis, regat atque moderetur. Sufficiat vel innuere quod a. 1823 Canonici Regul. Lateranenses ut recuperarent libros chorales in ecclesia S. lohannis de Monte derelictos, Apostolicum Rescriptum de re impetrarunt. At vero, si adeo constat de ipsorum acquiescentia praeterito tempore, normis ipsius decreti Oppizzoniani d. d. 20 maii 1806 (liceat verba usurpare in simili specie prolata in decis. Sign, in Centumcellarum, *Restitutionis in integrum,*

d. 21 aprii. 1825 [eius anni XVIII, p. 65]): « vetitum est iudicibus destruere « quod semel actoribus placuit ». Cfr. et decis. CXXI, in Collect. Decis. Signaturae, an. 1845-1854, § 8, 9 : « licet ea irrita et nulla fuissent, ex « posteriori tamen acquiescentia et acceptatione, plenam *adversus eos* « sibi vindicant auctoritatem ».

Super hisce validissimis rationibus innixis nihil adiiciendum Eminentissimis Patribus visum fuisset, ut suaderent Oratoribus, inaniter se in Commissionis beneficio spem suam collocasse; sed missis omnibus, adhuc unum in hac causa exsurgit quod ipsorum intentioni e regione adversatur: quod nempe cognitio de validitate et efficacia decreti a Delegato Apostolico editi in materia ad ordinem *administrativum* procul dubio spectanti, ut est innovatio status paroeciarum, quae non privata iura sed publicum bonum et quidem directe respicit, praesertim in adeo gravibus et extraordinariis rerum adiunctis procurandum, haec cognitio, inquam, quavis difficultate cessante, ex allatis can. *Legis Propriae,* non quidem S. R. Rotae est deferenda, sed Sacris Congregationibus reservanda. Agi autem in casu non de privatis iuribus, sed de publica causa, luculentissime evincitur, vel ex eo, quod decretum Oppizzonianum d. 20 maii 1806, non modo ad *universas* paroecias regulares Bononienses extenditur, sed id ipsum circa eas Auctoritate Apostolica Delegata disponit, quod, in ea angustissima tempestate, fere *omnes* Episcopi Regni Italici, ut ex actis constat in specie de Imolan., Forolivien., Faventin., etc., in suis dioecesibus constituere debuerunt, Apostolica Sede sciente et non contradicente, de paroeciis a Regularibus, tunc dispersis, omnino derelictis.

Itaque ad propositum dubium : *An sit signanda commissio in casu,* Emi ac Revmi Patres in Plena Signatura diei 8 iulii 1916 responderunt: *Negative.*

Hanc vero ipsorum Eminentissimorum Patrum decisionem, SSmus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. PP. XV, in Audientia eadem die Emo Card. Praefecto concessa, approbavit et ratam habuit.

Atque ita editum est, etc.; non solum, etc., sed et omni, etc.

Datum Romae, die 8 augusti 1916.

l

Ubaldus Mannucci, *Signaturae Votans*

L. © S.

VISA

Nicolaus Marini, *a Secretis.*

Iosephus adv. Fornàri, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

4 settembre 1916. — **Mons. Luigi Sincero, Uditóre della S. R. Rota, e il Rino P. Raffaele di San Giuseppe, dei Carmelitani Scalzi,** *Consultori della sacra Congregazione dei Semi/nari e delle Università degli Studi.*

— **Il Rmo P. Domenico Reuter, ex-generale dei Minori conventuali,** *Consultore della sacra Congregazione dell' Indice.*

13 settembre. — **Mons. Teodoro Valfré di Bonzo,** *Nunzio apostolico in Austria-Ungheria ed arcivescovo titolare di Trebisonda.*

22 settembre. — **L'Emo signor cardinale Diomede Falconio,** *Protettore delle Suore del Patrocinio di S. Giuseppe.*

4 ottobre. — **Il Rmo Sac. Alberto Levarne,** *Segretario dell'Intemunziatura apostolica di Colombia.*

AVVISO

La Direzione dell'« Annuario Pontificio » presso la Segreteria di Stato interessa vivamente gli filmi e Rmi Ordinari delle diocesi, i Collegi prelatizi, i Superiori generali degli Ordini religiosi, i Rettori dei collegi ecclesiastici e tutti i dignitari appartenenti alla Corte pontificia a volerle trasmettere in tempo utile le relazioni e rettifiche occorrenti per la edizione dell'« Annuario » pel prossimo anno 1917, in conformità della lettera circolare dell'Emo sig. Cardinale Gasparri, Segretario di Stato, in data 15 luglio 1915, e delle particolari istruzioni ricevute al momento delle nomine e promozioni.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato» di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

29 agosto 1916. — Mons. Luigi Camboni, della diocesi di Ozieri.

— Mons. Elia Lutzu, della medesima diocesi.

30 agosto. — Mons. Ugo 0' Reilly, della diocesi di Dromore.

— Mons. Emidio Gresele, della diocesi di Ascoli Piceno.

là settembre. — Mons. Domenico Marena, della diocesi di Sant'Angelo de' Lombardi e Bisaccia.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

14 ottobre 1914. — Il sig. Van Waterschoot van der Gracht Gualtiero, della diocesi di Amsterdam.

10 agosto 1916. — Il sig. marchese Raimondo de Dalmau y de Olivart, della diocesi di Madrid.

28 agosto. — Il sig. Giorgio Salleron, della diocesi di Versailles.

5 settembre. — Il sig. avv. Marcantonio Caracciolo del Leone, di Roma.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

26 agósto 1916. — Mons. Alessio Cavallini, della diocesi di Padova.

29 agosto. — Mons. Antonio Isoleri, dell'archidiocesi di Filadelfia.

2 settembre. — Mons. Enrico Bechern, della diocesi di Colonia.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa di numero *di S. S.:*

2 settembre 1916. — Il sig. comm. Luigi Bersani.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

13 settembre 1916. — Mons. Luigi de Marco, dell'arehidiocesi di Ghieti.

Cappellano d'onore extra urbem ***di S. S.:***

13 settembre 1916. — Mons. Giuseppe Vilaplana Jové, della dioc. di Lérida.

NECROLOGIO

v

10 settembre 1916. — Mons. Giulio Alessandro Leone Bouissière, vescovo di Costantina e di Ippona.

14 settembre. — Mons. Antonio Maria Bonito, arcivescovo tit. di Assume»

Annus TUI - Vol. VIII Die 3 Novembris 1916 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

ERECTIO NOVI VICARIATUS APOSTOLICI HO-NAN ORIENTALIS

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Summa afficimur laetitia, quum edocti simus, catholicam fidem adeo in longinquas regiones propagatam esse, ut vinea Domini novos ibidem operarios exigat et requirat. Et pro altissimo munere, Nobis divinitus commisso, gratum acceptumque habemus, spiritualibus fidelium necessitatibus primo quoque tempore providere. Cum igitur relatum sit Nobis, in Apostolico Vicariatu Ho-nan meridionali, alumnis Seminarii Mediolanensis ab Exteris Missionibus concredito, ubi, propter eorum studium atque operam sollertem, regio occidentalis abhinc annos quinque distracta fuit, et aliis non minus actuosis Missionariis tradita, Christi religionem, iuvante Domino, in dies feliciter augeri; Nos, ad huiusmodi incrementum adiuvandum, novum intra illius Missionis fines Vicariatum constituere decrevimus. Quare omnibus rei momentis attente perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. christiano nomini propagando, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore ab Apostolico Vicariatu Ho-nanensi meridionali civiles Praefecturas, vulgo *Kueitefu, Cengcioufu* et *Kaifongfu* nuncupatas, disiungimus ac separamus, easque in proprium Vicariatum Apo-

stolicum erigimus cum omnibus et singulis iuribus, honoribus, privilegiis, indultis, quae ad huiusmodi Vicariatus Apostolicos pertinent, eumque « de Ho-nan orientali » nominandum esse statuimus. Volumus autem, ut a postrema harum Praefectura, idest « Kaifongfu », civiles Sub-praefecturae « Juciou, Singtchenghsieng » et « Mihsieng » excipiantur, et novus erectus Vicariatus de Ho-nan orientalis eorundem Alumnorum Seminarii ab exteris Missionibus Mediolani, qui tantum ibidem meruerunt, curis et laboribus demandetur. - Decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces semper exsistere et fore, suosque plenarios atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat vel in posterum spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoslibet iudices ordinarios ac delegatos iudicari ac definiri debere, atque irritum esse et inane si quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. - Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et Sanctionibus Apostolicis ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxi mensis septembris anno MCMXVI, Pontificatus Nostri tertio.

De speciali mandato SSmi
P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

DECERNITUR NUMISMA PRO COHORTE MILITUM, QUI VULGO « GENDARMI PONTIFICII » VOCANTUR, CENTESIMO EXEUNTE ANNO AB EIUS INSTITUTIONE.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum centesimus hoc ipso die compleatur annus, ex quo fel. rec. decessor Noster Pius VII militum Cohortem instituit, quae, initio, vulgo « dei Carabinieri Pontificii » nuncupabatur, nunc, mutato nomine, « dei Gendarmi Pontificii » audit, nolumus faustum hunc praeterire diem, quin paternae Nostrae erga eandem benevolentiae peculiare publice edamus testimonium. Grato enim iucundoque recolimus animo, quam praeclaram Pontificia ea Cohors pepererit sibi hoc intervallo laudem in tuenda tum civilis communitatis tum Romanorum Pontificum securitate; cuius in perfunctione muneris

quemadmodum antehac decessoribus Nostris, sic Nobis in praesenti, pro rerum temporumque condicione, fidelitatem virtutemque suam luculenter probavit. Laetabilis igitur eventi ut aliquod exstaret monimentum, nomisma signari iussimus, cuius adversa pars Nostram refert imaginem et nomen et Pontificatus annum; aversa autem habet tum expressa gentilicia insignia Pii VII et Nostra, Clavibus ac Tiara superimpositis, et duobus ramis, altero querelis, lauri altero, subnexis atque hinc inde in coronae modum inflexis, tum inscriptos in orbem titulos « CoHORTi MILITUM PONTIFICUM», « FIDEI ET VIRTUTI », numero anni MDCCCXVI sinistrórsum, anni MCMXVI dextrorsum, inter utrumque titulum interiecto. Concedimus vero ut dilecti filii Pontificiae Cohortis seu ductores seu milites, quotquot hodie stipendia merent, nomisma ita signatum, quod e taenia serica caerulei coloris, extremis oris flava, dependeat, in saecularium horum sollemnium memoriam, ad sinistrum pectoris latus gestare possint omnes; eiusmodi autem concessionem Nostram, pro iis qui legitime ea utentur, benigne volumus eosdem parere effectus, atque annus plenus in militia consumptus. Confidimus interea fore, ut praecipua haec voluntatis Nostrae significatio, qua milites securitati Aedium Nostrarum tutandae honestamus, id prorsus efficiat, ut iidem, tum fidei morumque integritate, tum navitate sollertiaque in officiis suis fungendis haud minore fulgeant, quam qui ex eadem Cohorte ante actis temporibus mirabiles decessoribus Nostris praebuerunt utilitates. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXII mensis octobris anno MCMXVI, Pontificatus Nostri tertio.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

MOTU PROPRIO

DE SANCTUARIIS S. MARIAE AD RUPES ET S. BERNARDINI SENENSIS QUOD AQUILAE **EST,** MINISTRI GENERALIS FRATRUM MINORUM IURISDICTIONI IMMEDIATE SUBIICIENDIS.

BENEDICTUS |PP. XV

Sanctae Mariae ad Rupes, imminens valli Suppentoniae, Sanctuarium, quod quidem decessor Noster fel. rec. Pius X basilicam minorem appellavit, cum aedificiis adiunctis, id est coenobio et ecclesia, constat ab anno MCMXII, ex eiusdem decessoris chirographo, in dominium et

proprietatem cessisse Apostolicae Sedis; ipsius autem custodiam ac procurationem Fratribus Ordinis Minorum e provincia Saxonica S. Crucis in perpetuum demandatam esse, hac lege ut illius provinciae minister in ea procuratione gerenda Apostolicae Sedis vice fungeretur. Iam vero, cum cognoverimus eum ministrum provincialem instanter a moderatore Ordinis petere et eius basilicae et coenobii et ecclesiae regimen deponere sibi liceat, videtur Nobis commoda oblata occasio, ut, praesertim ob religiosam disciplinam eo sanctius ibi cum pietatis popularis incremento servandam, pro Saxoniae provinciali ipsum Ordinis praepositum substituamus. Itaque his litteris Motu Proprio et certa scientia edicimus, ut Sanctuarium S. Mariae ad Rupes cum coenobio et ecclesia continentibus, iam nunc ministri generalis Fratrum Minorum iurisdictioni *immediate* subsint; eidemque iura ac privilegia omnia quae in id Sanctuarium easque aedes quae ministro et provinciae Fratrum Minorum Sàxoniae tributa sunt, attribuimus. - Aliis iisque gravibus causis adducimur, ut de domo minoritica, quae Aquilae est in Aprutio, coniunctaque ecclesia S. Bernardini Senensis, ubi sacri eius cineres requiescunt, idem decernamus. Quare in hanc quoque tum domum tum ecclesiam non alius quam minister generalis Ordinis Minorum posthac iurisdictionem habebit. Is autem utrique coenobio Sanctuarioque S. Mariae ad Rupes et S. Bernardini Senensis sodalem praeficiet, Praesidentis titulo ; eique ad varia ministeria tot adiiciet sacerdotes et laicos, quot res postulaverit; quos omnes delegent «x quavis Ordinis provincia, more usitato in omnibus coenobiis Fratrum Minorum, quae sub dicione ministri generalis Ordinis directe sunt.

Atque haec volumus et iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die **xix** mensis septembris, anno' **MDCcccxvi,** Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV

EPISTOLAE

I

AD LUDOVICUM NAZARIUM S. R. E. PRESB. GARD. BÉGIN, ARCHIEPISCOPUM QUEBECENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS REGIONIS CANADENSIS: MUTUAM TNTER FIDELES CONIUNCTIONEM ENIXE COMMENDAT.

Dilecte Fili noster, Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Commisso divinitus Nobis pascendi dominici gregis officio vehementer impellimur, ut, si qua inter Ecclesiae filios discidia commoveantur, unde pacem mutuamque coniunctionem in discrimen vocari contingat, ea quoquo pacto componere pro viribus studeamus. Quid enim tam rei catholicae perniciosum, aut quid a divinis praeceptis Ecclesiaeque principiis tam alienum, quam christifideles inter se studiis partium dividi? Siquidem *regnum in se ipsum divisum desolabitur :* et christianus populus, si quando *cor unum et anima una* esse desierit, ab illa sensim caritate desciscit, quae non modo est *vinculum perfectionis,*[1] sed christiani nominis praecipua ac prima lex,[2] cum eam humani generis Redemptor discipulis suis veluti testamento commendaverit,[3] eandemque verae fidei signum et argumentum fore edixerit: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem hdbueritis ad invicem.*[4] Accedit quod dissensiones eiusmodi, praeterquam quod a Christi Domini spiritu longissime absunt, id quoque misere efficiunt, ut eos *qui foris sunt* a catholica fide magis magisque avertant, cum, contra, fraterna catholicorum consensio et caritas magno semper fuerit externis ad participandam eorum societatem invitamento.

Itaque in summa versamur sollicitudine, venerabiles Fratres, ob eas, quae inter catholicos istius regionis, quorum alioqui fides et pietas apud omnes pervagata est, abhinc aliquot annos exarsere simultates; quas quidem cotidie ingravescere et publicas iam factas esse, tum pluribus certisque argumentis comperimus, tum etiam a vobismetipsis edocti sumus.

[1] *Coloss.*, III, 14.
[2] MATTH., XXII, 38-39.
[3] Io., XIII, 34; XV, 12, 17; XVII, 11.
[4] Io., XIII, 35.

Quaenam vero sit huius causa discidii, plane liquet. Cum enim ex catholicis Canadensibus alii, ex Gallis oriundi, gallico sermone, alii, etsi varia ab stirpe profecti, anglico utantur, idcirco inter se decertant, contendunt.

Franco-canadenses, quos vocant, recte omnia in sua QuebeCensi provincia procedere affirmant; ast in Ontario aliisque locis, ubi suae stirpis familiae haud ita paucae vitam degunt, sermoque anglicus, provinciae lege, in usu est, non aequam haberi sermonis gallici rationem nec in ministeriis sacris nec in separatis catholicorum scholis, conqueruntur. Volunt igitur, ita, pro catholicorum utriusque linguae numero, sacri administri ecclesiis praeficiantur, ut, ubi Franco-canadenses sint numero plures, ibi sacerdos suae linguae ac stirpis sibi constituatur; in paroeciis autem, in quorum finibus iidem aliquo numero vivunt, in praedicatione verbi aliisque ecclesiasticis officiis sermo gallicus item atque anglicus adhibeatur; ut denique in separatis scholis, eo modo, qui, suo ipsorum iudicio, plenior aptiorque videatur, pueri gallicum sermonem doceantur.

Contendunt ex adverso alii, in Ontario ceterisque linguae anglicae provinciis catholicos pauciores esse quam acatholici, tametsi Franco-canadenses catholicis alterius linguae praestent alicubi numero; in designandis vero ecclesiae administris rationem ducendam quoque esse tum eorum qui ad veram religionem converti possint ac debeant, tum linguae quae provinciae sit propria, tum etiam aliarum locorum personarumque condicionum, neque inspecta tantummodo maiore catholicarum stirpium parte rem dirimi posse. Addunt, haud raro sacerdotes Franco-canadenses anglicum sermonem aut minus probe nosse, aut non optime loqui, aut suae gentis linguae postponere: ex quo accidere, ut in ministerio exercendo vel parum proficient vel non eam praestent operam, quam locorum necessitas postulat. Ad scholas separatas quod attinet, si gallicus sermo sic traderetur, quemadmodum Franco-canadenses poscunt\ id rectae puerorum institutioni in sermone anglico, provinëiae proprio, graviter obfuturum, non sine parentum offensione, qui cogerentur vel sumptu suo mancam supplere institutionem ut filii anglicam linguam perfecte absoluteque addiscerent, vel, catholicis scholis posthabitis, filios ad publicas seu *neutras* mittere, quod omnino nefas; ea denique institutionis ratione facile excitam iri gubernatorum invidiam in scholas separatas, quas si de communis utilitatis negligentia argui liceret, in discrimine versari posset ipsum legis de propriis catholicorum scholis beneficium, quod incolume servari religionis quam plurimum interest.

Atque utinam haec omnia sedate placideque disceptarentur! Verum, quasi in causa sit gens vel religio ipsa, in diariis et ephemeridibus, in

libris et opuseulis, in privatis colloquiis et in publicis contionibus, tam acriter exagitantur, ut, animis magis magisque incensis coneitatisque, discidium inter utramque partem cotidie insanabiles evadat.

Huic tanto incommodo ut opportuna adhibeamus remedia, placet, venerabiles Fratres, quos Nobis coniunctissimos novimus, vobiscum consilia Nostra communicare. Sciatis, rem vos facturos, qua nulla Nobis optatior, si omni contentione enitemini, ut, cum pacis caritatisque muneribus, consensus atque coniunctio inter fideles procurationi vestrae créditos denuo consistat. Verba apostoli Pauli Nostra facimus: *Obsecro vos, fratres, per nomen Domini Nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata : sitis autem perfecti in eodem sensit et in eadem sententia.. .*[1] *supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.*[2] Filii enim sumus eiusdem Patris, eiusdem divinae mensae eorumdemque sacramentorum participes, ad eandem vocati beatitatem: *in unum corpus baptizati... in uno Spiritu potati.*[3] *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum indwistis:*[4] *... ubi non est gentilis et iudaeus, circumcisio etpraeputium, barbarus et Scytha, servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus.*[5]

Quod si fideles regionis istius, ratione famiiiarum ac stirpium, non idem sentiunt, et *angustiantur vasa carnis,* at contra oportet, suasore Augustino,[6] ut *dilatentur spatia caritatis.* Si vero ex aequo bonoquë et ex sola caritatis lege nequeant omnia componi, sunt in Ecclesia, á Spiritu Sancto positi, qui iudicent, et quorum sententiae parere fideles debeant, si velint Christi esse et haberi nolint *tamquam ethnici et publicam.*

Controversias igitur dirimere, quas inter se habent catholici Canadenses de utriusque sermonis iuribus et usu in sacris aedibus et in scholis catholicorum propriis, Episcoporum est, eorum praesertim qui iis praesunt dioecesibus ubi plus ardet contentio. Quare hortamur in unum conveniant, rem tam gravem diligenter considerent atque perpendant, propositaque sibi unice Christi causa animarumque salute, quae iusta et opportuna visa sint, statuant ac decernant. Quod si, quavis de causa, eorum sententia definiri quaestio ac terminari nequeat, rem ad Apostolicam hanc Sedem deferant, quae causam ad iustitiae et caritatis leges

[1] I *Cor.,* *i,* 10.
[2] *Eph.,* IV, 2-3.
[3] I *Cor.,* XII, 13.
[4] *Colat.,* III, 87.
[5] *Coloss.,* III, 11.
[6] *Sermo LXIX,* MIGNE, P. *L.,* t. 38, col. 440.

sic dirimet, ut fideles pacem mutuamque benevolentiam, sicut decet sanctos, in posterum conservent.

Interim autem, diaria et ephemerides, quae catholico nomine gloriantur, oportet discordiam inter fideles ne alant, neve Ecclesiae iudicium praeoccupent; quae qui conscribunt, si patienter modesteque siluerint, si animis sedandis dederint ultro operam, rem professione sua omnino dignam fecerint. Abstineant item se fideles ab hac quaestione in popularibus comitiis, in contionibus, in coetibus catholicis proprii nominis pertractanda; fieri enim paene nequit, quin oratores studio partium abripiantur novasque incendio tam vehementi faces admoveant.

Quae vero omnibus paterno animo praescribimus, ea quidem clerus sibi in primis praecipi sciat. Cum enim sacerdotes forma gregis fieri et esse debeant ex animo, eos plane dedecet ista aemulationis invidiaeque tempestate iactari. Quare peramanter eos admonemus ceteris e populo praeeant, tum moderatione et benignitate animi, tum sacrorum Antistitum reverentia, tum denique obedientia, in iis potissimum quae ad iustitiam et disciplinam ecclesiasticam pertinent et de quibus Ecclesia iure suo decernit. Certe spirituali bono et concordiae catholicorum utriusque linguae valde est profuturum, si sacerdotes utrumque sermonem callebunt omnes. Quamobrem mirifice delectati sumus cum accepimus, in nonnulla seminaria eam inductam esse disciplinam, ut clerici et gallice et anglice loqui perdiscant: quod equidem velimus exemplo esse ceteris. Studeant interea sacerdotes, qui sacris ministeriis vacant, in utraque lingua peritiam usumque habere, invidiisque omnibus amotis, modo una, modo alia utantur, pro fidelium necessitate.

Sed cum de scholis, quas catholici in Ontario habent, contentio sit acrior, videtur propria quaedam de iis attingere.

Nemo unus negaverit, Ontarii gubernatores exigere merito posse, ut anglicam linguam, quae propria provinciae est, pueri in scholis doceantur; itemque catholicos Ontarienses iure postulare, ut in separatis scholis ea tam perfecte tradatur, ut eorum filii pari condicione sint ac pueri acatholici qui scholas *neutras* celebrant, atque haud ita minus idonei evadant tum altioribus scholis adeundis, tum officiis civilibus assequendis. Neque vero est, cur abiudicetur Franco-canadensibus, qui eandem provinciam incolunt, ius flagitandi, debita tamen ratione, ut in scholis, quas eorum filii aliquo numero frequentant, gallica lingua tradatur: nec profecto videntur iidem obiurgari posse, quod rem sibi suisque caram tueantur.

Meminerint tamen catholici istius regionis, unum maxime omnium interesse, idest catholicas haberi scholas easque nulla prorsus de causa

in discrimen adduci, ut, dum pueri litterarum scientia imbuuntur, discant quoque catholicam fidem custodire et Christi tum doctrinam aperte profiteri tum legem sancte servare: id enim et pietas in pueros et religionis bonum et ipsa Christi causa omnino postulat.

Quo autem pacto haec duo componi liceat, plenam videlicet in lingua anglica et aequam puerorum franco-canadensium in lingua gallica institutionem, manifesto apparet, si de scholis agitur publicae auctoritati subiectis, rem iniussu eius definiri non posse. Quod tamen minime prohibet, quominus sacrorum Antistites, pro suo curandae animarum salutis studio, sollerti actuosaque opera efficiant, ut moderationis consilia plus possint, et quod aequum et iustum sit, unicuique ex partibus tribuatur.

De cetero, venerabiles Fratres, ita fidei ac nativitati vestrae confidimus, vosque tam cognovimus et memores officii et de reddenda apud divinum Iudicem ratione sollicitos, Ut pro certo habeamus, nihil vos reliqui facturos, quod ad damma removenda pacemque restituendam tentari possit. Itaque cogitationes curasque vestras in eo collocetis, ut *omnes unum sint* et *ut sint consummati in unum,* quemadmodum divinus Magister proxime ante docuit oravitque quam pro nobis mortem in Cruce oppeteret. Haereant fidelium vestrorum animis Apostoli Pauli verba: *Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.*[1] In hac autem mutua coniunctione fideles sint *invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Ghristo donavit vobis.*[2]

Caelestium interea munerum conciliatricem paternaeque caritatis Nostrae testem, vobis, dilecte Fili Noster, venerabiles Fratres, et clero populoque cuiusque vestrum, apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VIII mensis septembris MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

[1] ***Eph.,*** **IV, 4-6.**
[2] ***Eph., IV,*** **32.**

n

AD FRANCISCUM S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DE BETTINGER, ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISINGENSEM: RESPONDET LITTERIS, ALTERO REDEUNTE NATALI PONTIFICATUS SUI, AB EO MISSIS OBSERVANTIAE CAUSA.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Singulare tuum in Nos pietatis et observantiae studium ex humanissimis litteris elucet quas Pontificatus Nostri natali iterum redeunte misisti. Inde enim comperimus non modo," quem capimus, maerorem, ex hac temporum acerbitate tibi Nobiscum esse communem, sed te etiam ut eum in Nobis lenias laborare. Quod scribis, Nos, cum reconciliare pacem non possemus, tantis tamque variis belli doloribus mitigandis dedisse usque adhuc operam, certe hoc biennio id pro viribus studuimus, et nihil ceteroqui apostolico officio magis est conveniens. In quo si quid assequuti sumus, faventi quidem Deo totum est tribuendum. Iamvero de communi salute desperandum non est, maxime si apud Deum Magnam eius Matrem rite adhibeamus deprecatricem, quam nuper universo christiano nomini *Reginam Pacis* invocandam ediximus. Id quod studiosius quodammodo Bavariam praestare decet, cuius Illam peculiarem Patronam proxime renuntiavimus. Ceterum et de litterarum officio gratias tibi agimus et voluntatem in Nos tuam paterna rependimus caritate. Cuius testem, in auspicium divinorum munerum, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, et omnibus qui tuae sunt curae concrediti, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis septembris MDCCCCXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD PETRUM S. R. E. PRESB. CARD. MAFFI, ARCHIEPISCOPUM PISARUM, ALPHONSUM MARIAM S. R. E. PRESB. CARD. MISTRANGELO, ARCHIEPISCOPUM FLORENTINORUM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS ETRURIAE OCCASIONE ANNUI CONVENTUS PISIS CONGREGATOS.

Dilecti Filii Nostri ac venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quid agant et quo spectent curae vestrae, quae vos caussa gravissima superioribus diebus dolore confecerit, quae habeat

in dies magis sollicitos, plane intelleximus ex litteris, quas Pisis nuper congregati, ad Nos dedistis. Nimirum quae ingruunt tempora et salutarem vigilantiam et fructuosos labores, praesertim ab episcopis, requirunt. At vero quoscumque ea afferant casus, despondere animum haud oportet. Qui enim Ecclesiam condidit, Is uti nutrit ac fovet eam, ita tuetur..Inde profecto fit, ut non sibi metuat Ecclesia: metuit filiis quos habet concreditos ac fert in oculis: iis metuit populis, quos, quo magis 'a se recedere videt, eo videt turpius perire. Ceterum scitis diligentibus Deum omnia in bonum cooperari.

Pro amantissima epistola et pro delatis officiis gratias vobis agimus ex animo, ac caelestis auxilii solatiique auspicem, iisdem vobis, dilectjf Filii Nostri ac venerabiles Fratres, et Clero populoque unicuique vestrum tradito, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xiv octobris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. LUDOVICUM THEISSLING, ORDINIS DOMINICIANI MAGISTRUM GENERALEM, APPETENTIBUS SOLLEMNIBUS OB ORDINEM ANTE ANNOS DCC LEGITIME CONFIRMATUM.

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — In coetu sodalium Tertiariorum Sancti Dominici, qui abhinc tribus annis actus est Florentiae, cum praesentes Nos quoque cum pluribus Episcopis adessemus, valde probantibus et suadentibus Nobis, statutum est ut per sollemnia, quae appropinquabant, exeuritis anni septingentesimi ab Ordine Dominiciano legitime confirmato, conventus, eiusdem generis at longe maioris celebritatis, Bononiae haberetur. Non sane tum suspicabamur quid de personae Nostrae humilitate Deus in proximum tempus decrevisset: sed ad celebrandum [institutum et f memoriam sanctissimi Patriarchae propriis et peculiaribus quibusdam causis videbamur adduci, qui et sacrorum eius cinerum quasi tutores et custodes essemus, et in alumnis disciplinae eius qui ad numerum beatorum caelitum essent adscripti, unum de gentilibus Nostris coleremus. Nunc autem, quoniam arcano Dei consilio accidit ut, saeculari hac sollemnitate adveniente, iam

non in Petronii sede, verum in ipsa Apostolorum Principis cathedra collocati simus, consentaneum est a Nobis, immortalium in Ecclesiam meritorum, praeterquam Nostrae privatae necessitudinis, rationem haberi, inclitoque Ordini singulare aliquod dari testimonium apostolicae caritatis.

Praeclarae quidem laudes familiae Dominicanae, tamquam divino spiritu instinctus praenuntiasse dicendus est decessor Noster, Honorius ITI : qui, cum Ordinem, ante novem annos conditum, sua constitutione, edita die xxn mensis decembris a. MCCXVI, sanxisset ratumque habuisset, eo ipso die ad legiferum Patrem iterum apostolicas litteras dedit hoc exemplo : « Nos attendentes fratres Ordinis tui futuros *púgiles* << *Fidei* et *vera mundi lumina* confirmamus Ordinem tuum ». Quae quam vere dixerit, eventus rerum qui deinceps usque ad nostram memoriam acciderunt, aperte ostendunt.

Nam, quod ad eorum pro Fide operam et contentionem attinet, constat nullos unquam fuisse qui oppugnatores christianae sapientiae fortius his repellerent aut constantius. Ante omnes Albigensium, quos quidem ad debellandos divinitus excitati sunt, quanta virtute fregerunt audaciam ! tum Gatharis et Patarinis, tum Hussitis et Novatoribus, tum ceteris qui consecuti sunt, haereticis quam strenue, quam docte, docendo, concionando, scribendo, repugnarunt! Nec raro ex iis exstiterunt, qui Fidei professionem profuso sanguine consecrarent : unus instar omnium sit Petrus ille Martyr quo potissimum filio Ecclesia Veronensis gloriatur. - Quo autem studio refovere ac tueri integritatem Fidei vitaeque christianae vulgo consueverint, quis ignorat? Ut cetera mittamus quae sunt ab eis in hanc rem salubriter instituta, ut Collegium Sodalium a sanctissimo nomine Iesu, ut sodalitium a Sacramento augusto, ut Tertius Dominicianorum Ordo, profecto e manibus Dominici alumnorumque eius magnum illud « adversus haereses et vitia praesidium » accepit Ecclesia quod Rosario Mariali continetur. - Nec vero in propagan dis Ecclesiae finibus minus impigre utiliterque elaborarunt. Iam inde ab initio Ordinis multum profecisse novimus sacras eorum expeditiones ad barbaros Asiae et superioris Africae, plurimum in ipsa Europa: praesertim autem salutares Polonis et Hungaris fuisse. Atque, ubi primum America patuit, novum immensumque campum apostolico suo labori apertum putarunt sodales maxime ex Hispania. In eo igitur ita sese omni dein tempore exercuerunt, ut uberes cum salutis animarum fructus perciperet, tum solidae gloriae. Clarissima in eo numero sunt nomina Ludovici Bertrandi et Bartholomaei Las Casas, quorum alter virtutum splendore miraculorumque magnitudine illustria Apostolorum renovavit exempla, alter, indígenas non modo e Satanae servitute eripiendo, sed etiam ab

improborum hominum dominatu et iniuria protegendo, merito nobilitata est inter vindices humanae dignitatis. - Denique, id quod sinceram incorruptamque Fidem vel maxime indicat, in Dominiciani Ordinis commendatione ponendum est praecipuum ac perpetuum obsequium eius erga hanc Apostolicam Sedem. Etenim, cum pontificia potestas caesareae potestatis contumacia impugnaretur, silentio praetereundum non est, tum alios tum hos sodales in primis, quia Pontifici fidelissime studerent, indigna perpessos esse; quotiescumque autem de tuendis aut illustrandis Pontificatus Romani iuribus ageretur, Dominicianos in primis semper fuisse qui ea defenderent aut illustrarent. Ceterum, dum Catharinae Senensis memoria *in benedictione* erit, satis Dominicianae familiae cum Apostolica Sede singularis necessitudo constabit.

Quod vero lucem huc usque mundo attulerint, primum doctrina, sane dubium arbitramur esse nemini. Compertum est omnibus quantam operam omni tempore posuerint in studiis optimis, quibus quidem verae humani generis progressiones ad bene vivendum adiuvantur; nec attinet de iis commemorare sodalibus qui, et ingenio et maximarum rerum scientia abundantes, ponderosa sua scripta immortalitati commendarunt. Quis enim, gravioribus imbutus litteris, non miretur Alberti Magni, Antonini, Caietani volumina? Quis, severis disciplinis deditus, modo cum" discendi studio amorem Ecclesiae sanctae coniungat, non maximi faciat, non vehementer diligat, non religiosissime sequatur Thomam Aquinatem, cuius certe doctrina, divinae providentiae munere, illuxit Ecclesiae ad verum confirmandum omnesque in reliquum tempus errores convincendos? Atque huic Ordini laudi dandum est non tam quod Angelicum Doctorem aluerit, quam quod numquam postea, ne latum quidem unguem, ab eius disciplina discesserit. - Iam ad hanc lucem eruditionis illa addenda est, vel divinior, sanctimoniae. Plurimos enim ex hac religiosa familia, ab eius primordiis ad hanc diem, eosque alios aliis clariores, innocentissime vita acta sustulit in caelum, unde, tamquam sidera, iter christianis populis ad omnem virtutis excellentiam collustrarent. Chorum quodammodo ipse ducit Dominicus Pater, ac post eum mirifica in varietate minorum luminum enitent vel Aquinas, vel Ferrerius, vel canonum ordinator, vel Virgo Senensis, vel illa quae australes Americae oras sanctitatis laude princeps honestavit. Quae qui consideret, non mirabitur si de Ordine Dominiciano apud Apostolicam Sedem, quam quidem quattuor ex eius alumnis sanctissime obtinuerunt, magna semper opinio fuit. Inde enim Romani Pontifices saepe quaesivere, quos vel in amplissimis dignitatum gradibus constituerent, et quibus munera vel gravissima mandarent. Ac certa quaedam officia quae in Fidei tutelam con-

*

stituta sunt, huic Ordini, quasi ad commendandam disciplinae eius doctrinaeque integritatem, in perpetuum attribuerunt. ' ,- .

Nos vero, dilecte Fili, haec respicientes, primum auctori et largitori bonorum omnium Deo ingentes gratias agimus, quod legiferi tui Patris institutum usque adhuc sua benignitate promovit, supplicesque adhibemus preces ut simili modo etiam in posterum illud fovere atque adiuvare velit. Tunc tibi et tuis sodalibus, quotquot triplex iste Ordo complectitur, gratulamur ex animo; vosque ut dignos et Parentis tam magni filios et vestrorum maiorum haeredes praestare perseveretis, hortamur. At ipsi tibi, quod sub faustae celebrationem memoriae summum Ordinis magisterium orsus es, bono auspicio esse ducimus; optamusque prosperum cursum tui muneris et Ecclesiae frugiferum. - Quo autem ista saecularia sollemnia, quae in diem xxn proximi decembris incident, uberiore cum fructu gaudioque spiritus celebrentur, ea placet pontificalis indulgentiae augere muneribus. Itaque omnibus qui quamlibet aedem aut publicum oratorium primi, alterius tertiique Ordinis Dominiciani inviserint, ubi eadem solemnia in triduum aut eo tantum festo die haberi contigerit, dummodo usitatis condicionibus satis fecerint, plenariam peccatorum veniam semel indulgemus. Praeterea damus ut non solum saecularis solemnitatis die, sed etiam aliis duobus triduanae supplicationis, ubi haec fiet, Missam de S. P. Dominico recitari liceat.

Auspicem interea caelestium donorum, ac Nostrae paternae benevolentiae testem, tibi, dilecte Fili, atque universae Dominicianae familiae apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die **xxix** mensis octobris MCMXVÍ, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

SODALITATES AD PROVEHENDAS IUVANDASQUE RELIGIOSAS VOCATIONES INDULGENTIIS DITANTUR.

SSmus D. N. D. benedictus div. Prov. Pp. XV, in audientia Revmo P. Commissario Generali S. Officii, feria V, die 7 septembris 1916, impertita, benigne concedere dignatus est, ut omnes et singulae Indulgentiae ac privilegium Missarum, quae per decretum huius Supremae S. Congregationis sub die 29 maii 1913, s. m. Pius Pp. X elargitus est Sodalitatibus promovendis iuvandisque ecclesiasticis vocationibus erectis vel erigendis, extendantur ad consimiles Sodalitates, provehendis iuvandisque, pro quolibet Ordine, Congregatione, Instituto, ex utroque sexu, religiosis vocationibus atque admissionibus ad novitiatus, canonice iam constitutas vel in posterum constituendas. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die 11 octobris 1916.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. © S.

Fr. D. M^A Pasqualigo, O. P., *Comm. Gen. S.* ***O.***

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

CIRCA PROPONENDOS AD EPISCOPALE MINISTERIUM IN FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTRIONALIS STATIBUS.

Ratio pro candidatis ad episcopale ministerium proponendis, quae in istis Foederatis Americae Statibus viget, quaeque *temae* nomine venit, quamvis iteratis Baltimorensis Concilii studiis et S. Sedis provisionibus, melior sensim evaserit, praesentibus tamen Ecclesiae necessitatibus non videtur plene respondere.

Sane in praesenti rerum statu, vacata aliqua sede, ut *tertiae* propositio fiat, primum convenire debent dioecesani consultores et rectores inamovibiles, deinde provinciae Episcopi; quod si de Archiepiscopo deligendo res sit, singuli quoque Metropolitae audiri solent. Cum de maximi momenti negotio agatur, cautelae huiusmodi prudentissimae sunt; ast, ut id servetur, notabile tempus decurrat oportet.

Cum autem res demum deferenda sit ad eam Ecclesiam « ad quam «propter potiorem principalitatem necesse est omnes convenire eccle- « sias » iuxta celebre S. Irenaei effatum; nova mora et tarditas sedis episcopalis provisioni interponitur, ipsa fundamentali Ecclesiae lege id exigente. Summus enim Pontifex nonnisi re examinata, dubiis, si quae occurrant, diremptis, et idcirco saepenumero novis informationibus requisitis, sententiam ferre potest. Quod quidem si semper et ubique congruum temporis spatium requirit, in tanta locorum distantia et amplissima Foederatorum Americae Statuum republica vitari nullo modo potest.

Quibus de eausis evenit ut vacationem dioecesum plus aequo, cum fidelium offensione, ecclesiasticae disciplinae et status dioecesani dispendio protrahantur.

His accedit haud consultum videri, tanti momenti rem, qua maior in Ecclesia vix esse potest, festinanter pertractari, urgente et impellente dumtaxat necessitate : dum e contra, quum dioecesum vacationem, etsi

incertae tempore, certae tamen eventu sint, satius esset tempestive hoc agi, et in antecessum saltem generice Apostolicae Sedi nomina facere eorum quos Episcopi dignos et aptos pastorali .munere censeant.

Quapropter ad haec aliaque non modica avertenda incommoda, de quibus alias iam sermo tactus est; et ad eonsultius maiqrique animi tranquillitate in re gravissima procedendum, visum est expedire ut nova aptior statuatur norma in proponendis Apostolicae Sedi candidatis ad Episcopale officium, iuxta id quod alibi utiliter iam invectum erat.

Interrogatis autem prius hac de re singulis Statuum Foederatorum Americae Episcopis, cum constiterit eorum pars longe maior novae disciplinae suffragari, alii nonnulli autem aliquas emendationes proponere, quas de consulto Emorum Patrum Sacrae huius Congregationis, et in quantum fas erat, Summus Pontifex admisit; omnibus mature perpensis, idem SSmus D. N. Benedictus PP. XV, hanc novam normam, seu legem in proponendis ad Episcopale officium sanxit et praesenti S. Congregationis Consistorialis decreto publicandam et promulgandam decrevit, iuxta articulos qui sequuntur:

1. Sub initium quadragesimae proximi anni 1917, et deinde *quolibet biennio,* eodem tempore, omnes et singuli Episcopi Metropolitano suo nomina iudicabunt unius vel alterius sacerdotis, quem dignum et aptum episcopali ministerio existimabunt.

Nil vetat quominus sacerdotes extradioecesani et etiam alterius provinciae proponantur. Id tamen *sub gravi* exigitur, ut qui proponitur, personaliter et ex diuturna conversatione a proponente cognoscatur.

Una cum nomine aetatem quoque designabunt candidati, eius originis et actualis commorationis locum, et officium quod modo principaliter tenet.

2. Antequam tamen determinent quem proponant, tam Archiepiscopi quam Episcopi consultores dioecesanos et parochos inamovibiles rogabunt, eo modo qui infra statuitur, ut sacerdotem indicent aliquem, quem prae ceteris dignum et idoneum coram Domino censeant cui Christiani gregis custodia in aliqua dioecesi committatur.

Ast *a)* interpellatio facienda erit consultoribus et parochis, non in conventu coadunatis, sed singulis singillatim, data unicuique *sub gravi* obligatione secreti, et sub lege destruendi, si quod intercessit hac de re, epistolare commercium.

b) Episcopi autem habitum consilium nemini patefacient, nisi forte in Episcoporum conventu, de quo infra.

3. Poterunt quoque Episcopi alios prudentes viros, etiam e clero regulari tam prò proponendis candidatis quam pro cognoscendis alicuius

qualitatibus interrogare; sed ad unguem servatis regulis superius sub *litt. a)* et *b) articuli 2* recensitis.

4. Susceptum in utroque casu *art. 2* et *3* consilium sequi possunt Episcopi, sed non tenentur, soli Deo rationem bac in re reddituri.

Nomina autem unius vel alterius sacerdotis quem Episcopi iuxta art. 1um proponent, nulli prorsus praeter quam Archiepiscopo patefacient.

5. Habita a Suffraganeis candidatorum indicatione, Archiepiscopus suos adiiciat; et omnium indicem ordine alphabetico conficiat, reticitis tamen proponentibus, et hanc notulam transmittat singulis Suffraganeis, ut opportunas investigationes peragere valeant de qualitatibus eorum quos personaliter et certa scientia non cognoscant.

6. Investigationes vel etiam maiori secreti cautela peragendae erunt, ac supra *num. 3* dictum est. Poterunt autem Episcopi investigationum causam reticere et caute prudenter celare. Quod si vereantur rem palam evasuram, ab ulterioribus inquisitionibus abstineant.

7. Post Pascham, die et loco ab Archiepiscopo determinandis, omnes Provinciae, Episcopi una cum Metropolitano suo convenient ad selectionem eorum qui S. Sedi ad episcopale ministerium proponendi erunt.

Convenient autem absque ulla solemnitate, quasi ad familiarem congressum, ut attentio quaelibet, praesertim diariorum et ephemeridum, et curiositatis studium vitetur.

8. In conventu, invocato divino auxilio, praestandum erit a singulis? Archiepiscopo non excepto, tactis SS. Evangeliis, iusiurandum de secreto servando, ut sacratius fiat vinculum quo omnes adstringuntur: et regulae ad electionem faciendam legendae erunt.

9. Deinde unus ex Episcopis praesentibus in Secretarium eligetur.

10. Quo facto, moderata disceptatio fiet, ut inter tot exhibitos digniores et aptiores seligantur. Veluti Christo ipso praesente et sub eius obtutu, omni humana consideratione postposita, cum discretione tamen et caritate, supremo Ecclesiae bono, divina gloria et animarum salute unice ob oculos habitis, discussionem fieri omniaque • agi, gravitas ipsa negotii apprime exigit. Idque faciendum perspecta omnium Praesulum pietas ac religio prorsus exigunt.

11. Candidati maturae sed non nimium provectae aetatis esse debent; prudentia praediti in agendis, quae sit ex ministeriis exercitis comprobata; sanissima et non communi doctrina exornati, et cum debita erga Apostolicam Sedem devotione coniuncta; maxime autem honestate vitae et pietate insignes.

Attendendum quoque est ad capacitatem candidati in temporali bonorum administratione, ad conditionem eius familiarem, ad eius indo-

lem et valetudinem. Uno verbo videndum utrum omnibus iis qualitatibus polleat, quae in optimo pastore requiruntur, ut cum fructu et aedificatione populum Dei regere queat.

12. Discussione Archiepiscopi nutu clausa, fiet hac ratione scrutinium :

a) Qui omnium Episcoporum consensu, una aliave de causa, durante disceptatione visi sunt ex albo proponendorum expungendi, in suffragium non vocabuntur: ceteri, etiam probatissimi, vocabuntur.

b) Scrutinium fiat dé singulis per secreta suffragia, incipiendo a primo ex candidatis ordine alphabetico.

c) Omnes Episcopi, ipöo Metropolitano comprehenso, pro singulis candidatis tribus taxillis seu calculis donabuntur, uno albo, altero nigro, tertio alterius cuiusdam coloris. Primus signum erit approbationis, alter re probationis, tertius abstensionis a sententia ferenda, qualibet demum de causa. ' ;

d) Singuli Praelati incipiendo ab Archiepiscopo in urna apte disposita taxillum déponent quem coram Deo, graviter onerata eorum conscientia, iustum aestimabunt pro sacerdote qui in suffragium vocatur: ceteri duo taxilli in alia urna pariter secreta deponentur.

e) Datis ab omnibus suffragiis, Archiepiscopus cum adsistentia Episcopi Secretarii coram omnibus taxillos et eorum speciem numerabit, et- resultantia scripto consignabit.

1& Scrutinio de omnibus expleto, liberum erit Episcopis, si id ipsis placeat, aut aliquis eorum postulet, ut inter approbatos plenis aut paribus suffragiis novo scrutinio designetur quinam ex eis praeferendus sit. Ad hunc finem autem singuli Praelati nomen praeferendi in schedula signabunt, eamque in urna déponent: quae examinabuntur ut supra num. *11,* litt. *e,* decernitur.

14. Quamvis autem SSmus Dominus Noster sibi reservet, aliqua dioecesi vel archidioecesi vacata, per Rmum Delegatum Apostolicum, aut alio modo, opportuna consilia ab Episcopis vel Archiepiscopis requirere ut personam eligat quae inter approbatas magis idonea videatur dioecesi illi regendae; nihilominus fas erit Episcopis, imo bonum erit, si ipsi in eodem conventu aliquas saltem generales indicationes praebeant cuinam dioecesi regendae candidatos magis idoneos censeant, e.g. utrum parvae, ordinatae et tranquillae dioecesi, an etiam maioris momenti, vel in qua plura sint ordinanda et creanda; utrum dioecesi mitioris climatis et in planifie positae, an alterius generis, et similia.

15. Episcopus a secretis durante discussione diligenter adnotabit quae de singulis a singulis Praelatis dicentur: quaenam discussionis

fuerit conclusio: denique quidam tum in primo scrutinio tum in secundo (si fiat) exitus fuerit et quidnam specialius iuxta articulum *lá*[um] fuerit dictum.

16. Antequam Episcopi discedant legenda erit, ut probetur, relatio a Revmo Secretario confecta circa nomina proposita, candidatorum qualitates et obtenta suffragia.

17. Actorum exemplar ab' Archiepiscopo, a Praesule a secretis et a ceteris Episcopis praesentibus subsignatum quam tutissime ad Sacram hanc Congregationem per Delegatum Apostolicum mittetur. Acta vero ipsa penes Archiepiscopum in Archivo secretissimo S. Officii servabuntur, destruenda tamen post annum vel etiam prius, si periculum violationis secreti immineat.

18. Fas quoque erit Episcopis, tum occasione propositionis candidati tum vacata aliqua Sede, praesertim maioris momenti, litteras S. H. C. vel ipsi SSmo Domino dirigere, quibus mentem suam circa personarum qualitates sive in se sive in relatione ad provisionem dictae Sedis patefaciant.

Praesentibus valituris, contrariis quibuslibet etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus et ad nutum Apostolicae Sedis:

Datum Romae, die 25 iulii 1916.

^ C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

II

PRATENSIS

AMPLIFICATIO FINIUM DIOECESIS

Ex officio divinitus sibi concesso Romani Pontifices numquam destiterunt, in oeconomica agri Dominici procuratione, ea moderari vel etiam immutare quae propter nova rerum ac temporum adiuncta ad spiritualem Christifidelium salutem utilitatemque aptius comparandam magis in Domino experti sunt profutura. Siquidem Innocentius PP. X, ut controversiis Episcopos Pistorienses inter et Praepositos Pratenses tunc temporis agitatis finem tandem im poneret, apostolicis litteris quarum initium *Redemptoris nostri* die 22 septembris anno 1653 datis, Pra-

tensem praeposituram in propriam dioeeesim erexit, eamque aeque principaliter ac perpetuo univit dioecesi Pistoriensi, coarctato tamen novae erectae dioecesis territorio' ad ipsius urbis Pratensis moenia. Haec tamen finium dioecesis Pratensis delimitatio:, una tantum excepta paroecia suburbana S. Mariae a Pietate dein adiecta, usque nunc eadem permansit, quamvis municipium Pratense alias easque plures complecteretur paroecias de iurisdictione Ordinariorum dioecesum Pistoriensis et Florentinae: quod quidem minime arridebat inuuicipibus civitatis Pratensis. Pronum erat enim coniicere difficultatibus expertem esse non posse hunc rerum statum, nimirum tri bus Ordinariis subesse et tribus diversis ecclesiasticis iurisdictionibus obnoxium esse unius municipii populum. Quocirca factum est ut cathedrale capitulum Pratense, clerus populusque ac ipsi eiusdem:civitatis praesides Apostolicam Sedem saepius ultimis potissimum temporibus instanter supplieaverint ut huic rerum conditioni opportune consuleret. Ad haec igitur incommoda in posterum removenda et ut procuratio rei sacrae congruentibus aptiusque explicaretur intra ambitum civilis administrationis, SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV, auditis interesse habentibus, de consulto S. G. Consistorialis, Praedecessorum suorum vestigia prosequens atque civium Pratensium vota benigne obsecundans, certa scientia ac matura deliberatione, limites dioecesis Pratensis ad universum eiusdem Pratensis municipii territorium extendere statuit ac decrevit. Et quamvis Emus Cardinalis Archiepiscopus Florentinus aegre ferret aliquot paroe-, cias sibi carissimas a sua dioecesi separari, nihilominus statim ac novit id a Sanctitate Sua in maius animarum bonum exoptari, filiali obsequio dismembrationi assensit atque consensum suum libenti animo praebuit. Quare Sanctitas Sua de apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, quae sequuntur paroecias dioecesi Pistoriensi nunc subiectas, id est S. Salvatoris a Vaiano, S. Martini a Schignano, S. Miniati a Pupigliano, S. Luciae in Monte, S. Michaelis a Cerreto, S. Petri Apostoli a Figline, S. Mariae ab Humilitate a. Chiesanuova, S. Bartholomaei a Coiano, S. Mariae Assumptae a Narnali, S. Petri Apostoli a Galciana, S. Mariae a Capezzana, S. Hippolyti in Piazzanese, S. Martini a Vergaio, S. Iusti in Piazzanese, S. Silvestri a Tobbiana, S. Blasii a Casale, S. Petri Apostoli a Iolo, S. Andreae a Iolo, S. Mariae Magdalenae a Tavola, S. Georgii a Castelnuovo, S. Martini a Paperino, S. Mariae a C'àfaggio, S. Petri Apostoli a Grignano, S. Mariae a Succursu, S. Georgii a Colonica, S. Mariae a Colooica, S. Petri Apostoli a Mezzana; itemque insequentes alias ad dioecesim Florentinam modo pertinentes, idest S. Laurentii a

Pizzidimonte, S. Martini a Gonfienti, S. Ghristinae a* Pimonte, S. Blasii a Cavagliano, S. Mariae a Filettole, S. Pauli a Carteano, S. Michaelis a Canneto, S. Leonardi in Collina, SS. Iusti et Clementis a Faltugnano, S. Martini a Fabio, SS. Andreae et Donati a Savignano, SS. Viti et Modesti a Sofignano ; a memoratis Pistoriensi ac Florentina dioecesibus disiungit ac separat, illasque cum proprio adnexo territorio attribuit et perpetuo; unit dioecesi Pratensi, ita ut posthac fines huius dioecesis protendantur ad fines usque municipii Pratensis cum iisque coincidat. In quamdam vero huius cessionis recognitionem, Capitulum cathedrale Pratense quotannis offeret Capitulis cathedralibus, tum Florentino tum Pistoriensi, decem cerae libras die festo utriusque Titularis sacra. Ad ea véro quae hic decreta sunt exsecutioni mandanda, idem SSmus Dominus deputare dignatus est R. P. D. Richardum Carlesi, Episcopum electum Soanensem et Pitilianensem, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates alium vel alios subdelegandi ad effectum de quo agitur, iniunctoque onere intra tres menses ad hanc S. Congregationem Con-' sistorialem. mittendi authenticum exemplar ipsius peractae exsecutionis. Hisce denique super rebus edi mandavit praesens consistoriale decretum! perinde valiturum ac si apostolicae sub plumbo litterae expeditae forent, contrariis non obstantibus quibusvis, etiam speciali .mentione dignis.; . - : , « . ,

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die B .septembris 1916.

C.CARD. DB LAI, Ep. Sabinen:, *Secretarius.*

L . © S ,

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

III

MAGELLANENSIS

ERECTIONIS VICARIATUS APOSTOLICI

DECRETUM

Quae rei sacrae procurationi melius gerendae facere possunt, ea Romani Pontifices de plenitudine Apostolicae potestatis decernere satagerunt. iam vero quum SSmo Domino Nostro Benedicto PP. XV expositum fuerit in amplissimo territorio Patagoniae Cilenae, cui nomen

Magellano, ubi pars veteris Apostolicae Praefecturae Patagoniae meridionalis exstat, aptius catholicae fidei incremento prospici posse, si Apostolicus Vicariatus erigeretur et vir charactere episcopali insignitus illius regimen teneret; eadem Sanctitas Sua hisce postulatis benigne annuere dignata est. Quapropter, de consulto huius S. Congregationis Consistorialis Emorum Patrum, suppleto quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, praesens edi iussit Consistorial e Decretum, quo, suppressa adhuc exstante Praefectura Apostolica Patagoniae meridionalis^ territorium Magellanense, ' intra fines dioecesis S. Caroli de Ancud existens, in Vicariatum Apostolicum, Magellanensem nuncupandum, donec in propriam ac distinctam dioecesim constitui possit,- erigit atque erectum declarat, cum sede principe in loco *Puntarenas.* Huius autem Vicariatus fines erunt: ad septentrionem linea geographica parallela 47; ad orientem limites civiles inter Rempublicam Argentinam et Cilenam ; ad meridiem et occasum mare Pacificum, insulis Malvinis comprehensis, ad Anglicum Gubernium spectantibus. Voluit praeterea Beatissimus Pater ut hic Apostolicus Vicariatus Magellanensis et metropolitico iuri Archiepiscopi S. Iacobi de Chile sit subiectus et concreditus maneat curae et regimini Sacerdotum Piae Societatis Salesianae a Ven. Ioanne Bosco institutae, qui iam a plurimis annis ibidem magnos impendunt labores. Tandem idem SSmus Pater disposuit ut, iuxta Constitutionem *Sapienti Consilio,* memoratus Vicariatus omnimodae subiiciatur dependentiae ac iurisdictioni S. C. de Propaganda Fide. Contrariis quibuslibet minime obstann tibus.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 4 octobris 1916.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius.*

L. © S.

f Thomas Boggiani, Archiep. Edessen., *Adsessor.*

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Successivis S. Congregationis Consistorialis decretis SSmus D. N. Benedictus PP. XV **has,** quae **sequuntur,** ecclesias de proprio pastore **providit,** scilicet:

4 octobris 1916. — Metropolitanae ecclesiae Pragensi promovit R. P. D. Paulum de Huyn, hactenus episcopum Brunensem.

16 octobris, -r- Cathedralibus ecclesiis Luceoriensi et Zytomiriensi perpetuo canonice unitis praefecit R. D. Ignatium Dubowski, parochum et vice-decanum cathedralis Zytomiriensis, cum deputatione in Administratorem ecclesiae cathedralis Camenecensis.

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA PIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

16 augusti 1916. — *Episcopus Bacchensis in Indiis Orientalibus,* R. P. Iosephus Legrand, e Congregatione Sanctae Crucis.

4 septembris. — *Episcopus Mysuriensis in Indiis Orientalibus,* R. D. Hippolytus Teissier, e Seminario Parisiensi ab exteris missionibus.

SACKA CONGREGATIO CAEREMONIALIS

DB FUNCTIONIBUS SACRIS A S. R. E. CARDINALIBUS IN URBE CELEBRANDIS - DE CAEREMONIALI CAPELLAE PAPALIS - DE USU GESTANDI CRUCEM PECTORALEM SUPER CAPPAM MAGNAM - DE EXEQUIIS AC FUNERIBUS S. R. E. CARDINALIUM IN ROMANA CURIA.

Die 17 mensis augusti anni 1916, feria T, in Palatio Apostolico Vaticano, habita fuit Caeremonialis Congregatio, relatore Eflio ac Rmo Dno Cardinali Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostien. èt Práenestin., S. Collegii Decano, Praefecto.

Eminentissimi Patres quaestiones quasdam ac dubia ëxpènderunt circa interpretationem atque applicationem Decretorum *Dignitatis eminentia* et *Sollemne semper fuit,* quae ab hac Sacra Congregatione edita sunt die 30 maii 1902, quoad functiones Cardinalitiás, sive solemnes sive privatas in Urbe celebrandas. Emi Patres, eadem Decreta in omnibus confirmantes, declararunt insuper, non licere mulieribus, neque si de aliqua religiosa Congregatione vel pia sodalitate sint, Sollemnia Cardinalitia cantu comitari.

Nonnulla praeterea statuta sunt circa Caeremoniale Capellae Papalis et ordinem in eadem servandum.

Quum vero alicubi Episcopi Crucem pectoralem super Cappam magnam gestare soleant, Emi Patres, ne illis Romam adv amentibus certa desit norma qua se gerere debeant, re diligenter perpensa, secundum contrariam traditionem Cardinalium et Episcoporum in Urbe, statuerunt: *In Romana Curia et in Pontificia Capella nihil innovetur.*

Quaedam etiam decreta sunt circa exequias et funera S. R. E. Cardinalium, atque etiam, Summo Pontifice optante pietatem suam Cardinalibus defunctis testari, propositum susceptum est instituendi funus anniversarium in Palatio Apostolico, ipso Summo Pontifice praesente, mense novembri habendum, in suffragium Cardinalium qui intra annum in Curia vel extra Curiam sint defuncti.

Quàë omnia SSmo D. N. Benedicto Pp. XV relata ab Emo Cardinali S. H. C. Praefecto, in audientia diei 22 augusti, Sanctitas Sua confirmare et approbare dignata est, statuens ac iubens, ut quotannis,

mense novembri, Capella Papalis in Apostolico Palatio habeatur, in suffragium S. R. E. Cardinalium intra annum defunctorum; mandans insuper ut hac de re a Sacra eadem Congregatione speciale edatur Decretum.

E Secretaria S. C. Caeremonialis, die 24 augusti 1916.

NICOLAUS CANALI, *Secretarius.*

DECRETUM

Cum in obitu S. R. E. Cardinalium, qui in Curia decessissent, varii, pro varietate temporum, fúnebres ritus adhiberentur, Benedictus XIV P. M., morem a Benedicto XIII servatum probando, Constitutione *Praecipuum,* die xxni novembris MDCCXLI edita, haec¿deerevit:

: « Quod in posterum Cardinalium in Romana Curia decedentium « exequiae semper de mane, nunquam vero de vespere celebrentur et « celebrari debeant, infrascripta forma servata, videlicet, quod Fratres « ex Ordinibus Mendicantium de mane diluculo ad Ecclesiam in qua « defuncti Cardinalis corpus expositum reperitur, pro inibi tribus Officiis- « defunctorum Nocturnis de more decantandis, sollicite accedant; quibus « quidem Nocturnis decantatis, eodem mane... Capella Pontificia; interventientibus Romano Pontifice ac Sacro Cardinalium coetu,- nec non « omnibus et singulis Capellani Pontificiam constituentibus/ habeatur, « et in ea Sacrum Missae defunctorum Sacrificium a Cardinale Cardi- « nalium coetus pro tempore Camerario existente, eoque impedito, ab « altero Cardinale ab eodem Cardinale Camerario delegato, solemniter « celebretur, quodque supra defuncti Cardinalis corpus absolutio ab « eodem Pontifice praesente, eoque absente, a dicto Cardinale Camerario, « seu, eo pariter absente, a Cardinale, ut praefertur, delegato, imper- « tiatur ».

Sed hae praescriptiones cum mutata Urbis condicio quominus servarentur vetaret, Sacra haec Caeremonialis Congregatio funebria pro Cardinalibus officia ad eam exegit rationem, quae vestigium veteris magnificentiae quam maxime retineret. Itaque constituit ut, Praefecto pontificalium caeremoniarum moderante, Sacrum solemne ab Episcopo fieret, cui ministri atque adiutores, qui soliti essent, inservirent; liceret autem Cardinalibus civitatumque exterarum Legatis, quamvis non palam, interesse: et cum ipse Pontifex Maximus adesse non posset, eius loco

Cardinalis Sacri Collegii Decanus ritualem absolutionem, Sacro peracto, impertiret.

Hoc tamen SSmo D. N. Benedicto Pp. XV haud satis esse, pro eius erga Cardinales animo atque studio, visum est; ob eamque rem huic Sacrae Congregationi mandavit ut, re diligenter perpensa, modum aliquem excogitaret quo posset Summus Pontifex *eis qui sibi in oneroso Pontificii regimine adiutores exstitissent,* ut est in illa Constitutione, *ultimum debitumque sui amoris suaeque pietatis persolvere officium.*

Quare Sacra haec Congregatio, in conventu proxime habito, die xvii mensis Sextilis, censuit Cardinalium funera in Curia eodem quo usque adhuc ritu, sed ampliore quodam apparatu in templis idoneis, esse facienda, ac praeterea solemne quotannis in Vaticanis aedibus Sacrum pro omnibus Cardinalibus, qui intra annum proximum decessissent, Summo adstante Pontifice, habendum esse.

Haec SSmus D. N. Benedictus Pp. XV, cum sibi ab infrascripto Cardinali Sacrae Caeremonialis Congregationis Praefecto in audientia diei XXII eiusdem mensis et anni relata fuissent, probavit, et constituit ut quotannis, mense novembri, certa die, pro omnibus Cardinalibus, qui intra annum proxime elapsum, sive in Curia sive extra Curiam, supremum diem obiissent, Sacrum solemne in aedibus Vaticanis, adstantibus'Romano Pontifice ac Sacro Cardinalium Collegio atque etiam omnibus Pontificiam Capellani constituentibus, a Cardinali S. Collegii Camerario, vel a Cardinali ab eo delegato, fieret:-quo peracto, ipse Summus Pontifex ritualem absolutionem tumulo impertiret.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum e Secretaria S. Caeremonialis Congregationis, die xxv augusti anni MCMXVI.

VINCENTIUS CARD. VANNUTELLI, Episc. Ostie n. et Praenestin.,
S. Congr. Caeremonialis Praefectus.

L. ^ S.

Nicolaus Canali, *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE SEMINIBUS ET DE STÜBIOEÜM TJNTYEESITATIBUS

EPISTOLA

AD R. P. D. ALFREDUM BAUDRILLART, RECTOREM INSTITUTI CATHOLICI PARISIENSIS, DE DOCTRINA SANCTI THOMAE AQUINATIS IMPENSIUS EXCOLENDA.

Monseigneur,

En présence des ruines matérielles et morales que le monde actuel voit s'accumuler Chaque jour, le Saint-Siège, confiant en Celui qui a promis d'être avec Son Eglise jusqu'à la consommation des siècles, se plait à envisager l'époque prochaine du relèvement. Il n'est pas douteux que la France aura une part considérable, dans cette œuvre de restauration. Nous espérons que les glorieuses paroles, par lesquelles on a resumé votre histoire dans le passé: « Gesta Dei per Francos », se vérifieront encore dans l'avenir.

Or ce relèvement moral ne sera complet et durable, que dans la mesure où il aura été préparé et soutenu par la saine doctrine.

Comme la foi, au dire de votre célèbre Guillaume de Paris, est la première vie de l'esprit humain, la première lumière dans l'œuvre de la seconde création et de la réparation humaine (Guliei. Parisien., Lib. *De Moribus,* cap. I), ainsi la formation doctrinale est la première et la plus indispensable.

Vous savez en quel sens doit s'orienter cette formation dans les Universités catholiques. « Des Papes se succèdent - disait le Card. Billot, « une des gloires de votre patrie, - Papes de nationalité différente, avec « des tendances et des caractères très divers, mais tous, depuis Jean XXII * «jusqu'à Benoît XV, n'ont qu'une voix pour recommander Saint Thomas d'Aquin ». « Omnium tamen in commendando Aquinate una invariata sententia est ». *(Oratio habita die 11 martii 1915, pro instauratione Academiae S. Thomae).*

Il suffit, pour se convaincre, de parcourir, même rapidement, l'ouvrage dans lequel le R.P. Berthier, 0. P., a réuni, comme en une chaîne

d'or, ces témoignages des Souverains Pontifs en faveur de la doctrine de l'Ange de l'Ecole (P. ßerthier, *S. Thomas Doctor Communis Ecclesiae,* 1914).

Je me limite à vous rappeler les paroles de l'Encyclique: *Depuis le jour* que le St.-Père Léon XIII adressa, le -8 septembre 1899, au Clergé de votre pays et que l'on peut appeler la *Magna Charta* pour la formation intellectuelle et morale des élèves des Séminaires. « Est-il besoin «d'ajouter que le livre par excellence, où les élèves pourront étudier « avec plus de profit la Théologie scolastique, est la Somme Théologf- « que de St Thomas d'Aquin ? Nous voulons donc que les professeurs « aient soin d'en expliquer à tous leurs élèves la méthode, ainsi que les «principaux articles relatifs à la foi catholique». Deux ans après (1 oct. 1901) le regretté Pontife écrivait à l'Evêque de Verdun: « Que « ceux qui s'appliquent à l'enseignement et à l'étude de la Théologie «et de la Philosophie, considèrent comme *leur devoir* capital, après « avoir laissé de côté *les inventions d'une vaine philosophie,* de suivre « St Thomas d'Aquin et de le cultiver comme leur maître et leur chef ». Et dans la Lettre Encyclique *Aeterni Patris* à tous les Evêques: « Provi- « dete ut sapientia Thomae ex ipsis eius fontibus hauriatur, aut saltem « ex iis rivis, quos ab ipso fonte deductos, adhuc integros et illimes « decurrere, certa et concors doctorum hominum sententia est ».

Dans le même sens, le Pape Pie X de s. m. écrivait, le 6 mai 1907, aux Evêques Protecteurs de votre Institut : « De philosophia petimus a « vobis, ne unquam patiamini in Seminariis vestris minus sancte obser- « vari quae providentissime Litteris Encyclicis' *Aeterni Patris* Decessor « Noster praecepit. Permagni *ad custodiam et tutelam Fidei hoc interest...* « Ergo vos, vestros alumnos sacri ordinis non debetis velle philosophiae « praeceptis tantum imbui, quantum in legitima litterarum institutione «praescriptum est publice, sed eo uberius et altius, nempe secundum « disciplinam Thomae Aquinatis, ut solidam deinceps possint S. Theo- « logiae reique biblicae scientiam percipere ».

La pensée de Sa Sainteté Benoît XV n'est pas différente. — Dans un Bref adressé au R. P. Hugon, 0. P., et publié dans les *Acta Apostolicas Sedis* du 7 juin 1916, le Souverain Pontife écrivait: « Sanctum « et salutare est, ac paene necessarium in scholis catholicis, ubi ad « philosophiae ac theologiae scientiam instituitur sacra iuventus, sum- « mum haberi magistrum Thomam Aquinatem ». Et dans le Motu Proprio, du 3 dec. 1914, en faveur du Collège théologique de Bologne: « Probe novimus debito in honore ibidem esse Thomam Aquinatem, «cuius doctrinas decessores Nostri illustres, Leo XIII et Pius X, maxi-

« mis extulerunt laudibus, easque scholis catholicis religiose retinendas « praescripserat^.... Statuimus ut Archicancellarius et Collegium Theo« logorum Bononiense, - servatis rite praescriptionibus vel sacri Consilii « studiis provehendis, *in primisque* decreto *Doctoris Angelici,* die xxix iunii « huius anni edito, de summis Thomae Aquinatis principiis in philosophia *« sancte tenendis deque ipsa Summa Theologica in scholis theologiae prae« legenda,* - vel aliis quae Sedes Apostolica praeceperit praecepturaque « sit, academicos theologiae gradus et lauream conferre possint... ». Et enfin le même Pontife daigna approuver et confirmer la réponse de cette Congrégation, du 7 mars 1916, touchant l'étude du Docteur Angélique.

Je suis bien sûr, Monseigneur, que la Fille ainée de l'Eglise, qui a tant de fois devancé même les désirs du St-Siège, et qui tient à être la première dans l'amour, observera a^ec plus d'ardeur encore dorénavant ces directions pontificales, et que en particulier votre Institut et les' autres Universités catholiques de France, dont l'attachement ala chaire de Pierre est si connu, contribueront ainsi très efficacement à cette résurrection que nous saluons d'avance.

En vous exprimant mes désirs et mes espérances, Monseigneur, je vous félicite une fois encore, du zèle que vous avez employé pour le bien de l'Institut catholique, et qui vous fera trouver les moyens d'ap*. pliquer les mesures salutaires dont je viens de parler. > v ,

Agréez, Monseigneur, mes vœux les meilleurs et les sentiments avec lesquels j'aime à me dire

Rome, le 30 septembre 1916.

votre tout dévoué en N.-S.

G. CARD. BISLETI, *Préfet,*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

, r **MOHILOVIEN.**

NULLITATIS MATRIMONII (RADZIWILL-BENARDAKY)

Benedicto XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 18 aprilis anni 1916, RR. PP. DD. Seraphinus Manu, Ponens, *Ioannes Prior, et Aloisius Sincero, Auditores de Turno, in causa* Mohilovien. - Nullitatis matrimonii, *inter* Michaelem Radziwill, *actorem, repraesentatum per legitimos procuratores Vincentium Sacconi, advocatum, et Nazarenum Ferrata, advocatum, êx una parte, et* Mariam Benarclaky, *conmntam, cum assistentia legitimorum procuratorum Caroli Santucci, advocati, et Christophori Astorri, advocati, ex altera parte, in gradu appellationis contra sententiam Rotalem diei 27 iulii 1915 a Defensore Vinculi interpositam, interveniente et disceptante in causa eodem Defensore Vinculi, sequentem tulerunt definitivam sententiam.*

Princeps Michael Radziwill, natus Berolini anno 1870, religione romano-catholicus, civilitate Russiaca auctus, diplomaticum curriculum iniit, et, anno 1898, mense aprili, legationi Russiacae apud Gubernium Anglicum Londini addictus fuit. Iam ab anno 1895 Michael amore prosequebatur Mariam Benardaky; haec, nata anno 1874, religione graeco-orthodoxa, Parisiis cum suis genitoribus in domo propria domicilium a multis annis fovebat. Mense iulio anni 1898, Michael sponsalia contraxit cum Maria. Cum, iuxta legem Russiacam, nuptiae ritu graeco-orthodoxo celebrandae essent, et difficile fuisset invenire sacerdotem catholicum, qui, post caeremoniam schismaticam, nuptiis benedicere ritu catholico vellet, Michael et Maria, huiusque genitores Petropolim se contulerunt, et ibi nuptiae celebratae sunt hoc modo: Die 31 augusti 1898, Rev. P. Lagrange, O. P., obtenta, ut ipse refert, delegatione ab archiepiscopo Mohiloviensi, secreto, in capella domus suae privatae,

sponsis benedictionem nuptialem impertivit; postea, die 2 septembris, sponsi, coram capellano graeco-orthodoxo, in ecclesia graeco-orthodoxa, matrimonium hoc ritu publice celebrarunt; et deinde in ecclesia catholica, ritu catholico, coram eodem P. Lagr.ange, matrimonium, repetito consensu, iteraverunt. Eodem die 2 septembris, Petropolim reliquerunt, et, absoluto itinere nuptiali, Londinum petierunt. Vita communis fere usque ad annum 1909 duravit, et inde proles suscepta est. Verum, exortis postea inter coniuges dissidiis, Princeps Michael, obtenta, die 7 septembris anni 1909, commissione Pontificia, hoc S. Tribunal adivit, ut suum cum Maria matrimonium nullum declararetur ex defectu formae Tridentinae. Longa apud plures Curias instructione peracta, sententia tandem prodiit, die 27 iulii 1915, qua declaratum est constare de nullitate matrimonii, salva legitimitate prolis. A qua sententia, quoad partem quae matrimonii nullitatem respicit, appellavit Defensor Vinculi, et inde causa denuo proponitur sub consueta dubii formula : *An sententia Rotalis diei 27 iulii 1915 confirmanda vel infirmanda sit in casu?*

Quod ad ius attinet. - Ante omnia notandum est decretum Tridentinum *Tametsi* promulgatum fuisse in archidioecesi Mohiloviensi, ad quam pertinet civitas Petropolis; valida tamen ibi esse, quamvis illicita, tum matrimonia haereticorum aut schismaticorum inter se, tum matrimonia mixta, ad normam Declarationis Benedicti XIV pro matrimoniis Hollandiae. Quod constat ex attestatione episcopi Attaliensis, olim Suffraganei archiepiscopi Mohiloviensis, iam producta apud H. S. O. in alia causa matrimoniali *Mohilovien.:* quae attestatio sic se habet: « Tnfra-
« scriptus testatur decretum Conc. Tridentini *Tametsi* vigere in uni-
« versa archidioecesi Mohiloviensi. Verum forma Tridentina tantum locum
« habet pro romano-catholicis illius Imperii, non autem pro matrimo-
« niis haereticorum seu orthodoxorum sive inter se contrahant, aut cum
« romano-catholico; nam dispositio quae prius a Pio VI, 2 martii 1780,
« concessa fuerat pro Polonia Russiaco imperio subiecta, postea a Gre-
« gorio XVI, die 19 augusti 1844, per organum S. C. a Negotiis extraor-
« dinariis, extensa fuit ad niatrimonia haereticorum et mixta totius ìm-
« perii Russiaci, declaratione orali sequentis tenoris - Respondendum
«oretenus matrimonia mixta, quae in Russiaco imperio et in regno
« Poloniae inita sunt praeter formam a Conc. Tridentino praescriptam,
« esse prudenter dissimulanda, et, quamvis illicita, pro validis habenda,
«nisi tamen aliud obstet canonicum impedimentum». Hucusque attestatio episcopi Attaliensis; praedictae tamen declarationes tum Pii VI pro Polonia Russiaca, tum Gregorii XVI pro toto imperio Russiaco,

iam notae erant ex opere P. Perrone, *De matrimonio christiano,* t. II, p. 269-270, edit. Romae, 1858.

Quo posito, nota sunt principia canonica, quae causam, de qua hodie agitur, regunt, sicque breviter exponi possunt:

1. Concilii Tridentini decretum *Tametsi,* quo vigente matrimonium controversum celebratum est, est lex *territorialis,* vim legis *localis* habens, quae omnes in loco degentes, non solum eos qui ibi domicilium aut quasi domicilium habent, sed etiam peregrinos adstringit. Unde si quis e loco ubi non viget decretum illud, transit in locum ubi viget, decreto tenetur, licet ibi nec quasi domicilium acquisierit; et ideo matrimonium, quod praeter formam ab hoc decreto praescriptam contrahere attentaret, «nullum est. Haec doctrina est communissima et certa, contra quosdam, v. g., Carrière, *De matrimonio,* n. 1184-1194, t. II, p. 406-411, qui dicunt praefatum decretum non habere nisi vim personalem, seu non obligare nisi ad instar statuti personalis. Verum ex ipso decreti tenore patet illud esse primo et ante omnia locale, seu attingere primo locum seu territorium ; legimus enim in fine decreti : « Decernit insuper « (Sancta Synodus) ut hujusmodi decretum in unaquaque parochia suum « robur post triginta dies habere incipiat a die primae publicationis in « eadem parochia factae numerandos » ; unde decretum attingit primo ipsam parochiam seu territorium parochiae. Insuper leges quae statuunt de contractibus sunt locales, ita ut omnes ibi contrahentes, etiam peregrini, his legibus adstringantur, unde axioma: Locus regit actum; unde etiam iudex fit competens ratione loci contractus, uti statutum est in cap. *Licet,* 20, *De foro competenti.* Porro matrimonium est contractus, nec, saltem in hac parte, unquam a generali contractuum conditione exceptum est. Unde S. Rom. Congr. praefatum decretum Tridentinum in hoc sensu, scilicet quod sit lex localis seu territorialis, semper interpretatae sunt. Ita S. Congr. Conc., etiam ab ipsis eius initiis, uti patet ex decisione diei 4 feb. 1580, quam refert Pignatelli, *Consultationes canon.,* t. V, cons. 79, n. 8; sic etiam in *Parisien. - Matr.,* diei 28 ian. 1899, de qua Emus Gasparri, *De Matrimonio,* n. 1170, t. H, p. 192, edit. 1904, Pariter S. Congregatio Inquisitionis clarissime docet, in Instructione diei 14 dec. 1859, legem illam esse territorialem; haec sunt eius verba : « Lex Tridentina de clandestinis matrimoniis debet sane in unaquaque * parochia promulgari;... sed, facta semel promulgatione,... lex territo- « rium afficit, et adaequate loquendo, localem et personalem esse in con- « fesso est apud omnes; quatenus localis, afficit territorium, eosque qui ibi « matrimonio iungendi sunt, obligat; quatenus vero personalis, eos obligat « qui domicilium vel quasi (domicilium) habentes in loco, ubi Triden-

« tinum decretum publicatum est et viget, in altero, ubi illud non viget, « contrahere vellent ». Quam S. Officii Instructionem S. Congregatio de Propaganda Fide ad Archiepiscopum S. Francisci, in Statibus Foederatis Americae, velut normam servandam, transmisit, die 29 feb. 1860 *(Collectanea S. C. de Propaganda Fide,* edit. 1907, n. 1186, t. I, p. 647). Et ita, ut dictum est, communissima opinio doctorum, v. g., Sánchez, *De matrimonio,* lib. III, disp. 18, n. 26; Pontius, *De matrimonio,* lib. V, cap. 9, n. 1; ßossius, *De matrimonii contractu,* cap. 1, n. 79; Pignatelli, *Consultationes canon.,* t. V, cons. 79, n. 32, etc. ; quibus concinunt recentiores, v. g., Perrone, *De matrimonio christiano,* t. II, p. 274 seq. ; Rosset, *De matrimonio,* t. IV, n. 2098 seq.; Emus Gasparri, loco cit., n. 1169 seq., t. II, pag. 191, edit. 1904; Wernz, *Ius matrimoniale,* n. 169, p. 257, edit. 1904, et in *Voto* quod in citata *Parisien.* - ***Matrimonii,*** diei 28 ianuarii 1899, exaravit, n. 32-36 (apud *Analecta ecclesiastica,* t. VII, p. 70-71), etc.

2. Concilii Tridentini decretum *Tametsi* non solum est lex territorialis, sed etiam *personalis,* ita ut, praeter vim localem supra descriptam, etiam vim personalem habeat, seu obliget ad instar statuti personalis. Unde si quis, domicilium aut quasi domicilium habens et retinens in loco ubi viget decretum, transeat in locum ubi non viget, adstrictus decreto remanet (nisi in loco saltem quasi domicilium acquirat), ita ut non possit valide contrahere, nisi ad formam praedicti decreti. Licet multi doctores hanc vim personalem inesse decreto Tridentino negarint (quorum elenchum videre est apud Gury, edit. Ballerini, t. II, n. 8.39, vel apud Scriptores periodici *Acta Sanctae Sedis,* t. VII, p. 557), attamen de dicta propositione, scilicet de vi personali decreto Tridentino inhaerente, amplius dubitari nequit. Primo enim suadetur ex ipso tenore decreti Tridentini ; sancta enim Synodus non tantum annullat contractum matrimonii clandestine celebratum, sed etiam si qui sic contrahere attentabunt, « eos «ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit»: quae inhabilitatio ipsius personae vim personalem decreto inesse haud obscure significat. Secundo propositio clare deducitur ex decisione S. Congregationis Concilii diei 5 septembris 1626, quam Urbanus VIII ad vim et dignitatem legis, etiam adiecto decreto irritante, evexit in brevi *Exponi nobis,* diei 14 augusti 1627 *(Bullarium Bom.,* edit. Taurinen., t. XIII, p. 591). Haec decisio sic ab ipso Pontifice relata est: «Primo, an incolae, tam masculi quam feminae, « loci in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promul« gatum, transeuntes per locum in quo dictum Concilium non est pro« mulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco « matrimonium sine parocho et testibus contrahere? Secundo, quid si eo

« praedicti incolae, tam masculi quam feminae, solo animo sine parocho « et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes? « Tertio, quid si iidem incolae, tam masculi quam feminae, eo transferant « habitationem, illo solo animo ut absque parocho et testibus contra- « hant? Iidem Cardinales ad primum et secundum, non esse legitimum « matrimonium inter sic se transferentes ac transeuntes cum fraude ; « ad tertium vero dubiorum huiusmodi, si domicilium vere transferatur, « matrimonium esse validum, responderunt et resolverunt ». Uti patet ex tenore decisionis, quoad eos qui transeunt de loco ubi viget decretum *Tametsi,* in locum ubi non viget, tres sunt casus ; in duobus primis, transeuntes non mutant domicilium ; in tertio, mutant domicilium illudque transferunt in locum ubi non viget decretum *Tametsi;* in duobus primis casibus, matrimonium declaratur invalidum; in tertio, validum; discrimen inter primum et secundum casum est quod, in secundo, transeuntes agunt solo animo contrahendi sine parocho; dum, in primo, non habetur hic animus; et tamen, in responsione, utrique transeuntes dicuntur se transferre cum fraude; agitur ergo, non de fraude subiectiva, seu de dolo (qui abest in primo casu), sed de mera fraude obiectiva, scilicet de detrimento quod, velint nolint transeuntes, parochus proprius patitur ex hoc transitu; quae fraus obiectiva, seu detrimentum, vitari nequit, nisi per mutationem domicilii (uti fit in tertio casu contemplato); mutato enim domicilio, parochus prioris loci ius non amplius habet ut transeuntes matrimonio coniungat. Igitur, in summa, transeuntes e loco ubi viget decretum in locum ubi non viget, non mutato domicilio, dicuntur agere cum fraude (saltem obiectiva), et nulliter contrahere: quod, aliis verbis, clare significat decretum *Tametsi* habere vim non tantum localem, sed etiam personalem, et sequi personam, etiam in loco ubi non viget, nisi persona ibi saltem quasi domicilium acquirat. Et in hoc sensu SS. Romanae Congregationes hanc decisionem sunt interpretatae: « Quamobrem, ait d'Annibale, *Summula,* t. III, n. 457, nota 42, non valere « matrimonium initum ab his qui legem Tridentinam ignorabant, cen- « suit S. C. C, 26 augusti 1873; vel qui eam scientes, alio discesserant ut « ab iniusta parentum vexatione sese redimerent (S. C. C, 3 aprilis 1841 ; « 11 iunii 1866) vel ut matrimonium inirent coram parocho consanguineo « (ex S. U. I., probante SS., 17 maii 1804) ». Sed clarius adhuc S. C. Inquisitionis vim personalem decreti *Tametsi* in suis Instructionibus asserit. Supra relata sunt verba Instructionis diei 14 decembris 1859: « Lex « (Tridentina) territorium afficit, et, adaequate loquendo, localem et per- sonalem esse in confesso est apud omnes;... quatenus vero perso- « nalis, eos obligat qui domicilium vel quasi (domicilium) habentes in

« loco, ubi Tridentinum decretum publicatum est et viget, in altero, ubi « illud non viget, contrahere vellent ». Pariter, in Instructione diei 7 iunii 1867 (cit. *Collectanea S. C. de Prop. Fide,* n. 1305, t. II, p. 2), eadem S. Congregatio, loquens expresse de citato decreto Urbani VIII, haec ait: « Iuxta ea quae in hoc decreto sanciuntur, qui domicilium habent et «retinent in loco ubi Tridentina lex viget, nequeunt valide matrimo- « niüm inire in loco ubi non viget, nisi ibi nedum habitationem, sed « etiam vere domicilium fixerint, quo fraudem, si qua intercesserit, pur- « gare omnino debeant»; quae aperte supponunt decretum Tridentinum vi personali pollere, personasque, quas semel adstrinxit, persequi, sicut umbra corpus, etiam in loca ubi non viget. In eodem sensu respondit haec eadem S. C. Inquisitionis in una *Parisien,* die 6 aprilis 1895; scilicet matrimonium, quod vir et mulier, in Gallia domicilium habentes et retinentes, Londini contraxerant, nullum declaravit, licet sponsi de lege Tridentina nihil suspicati fuissent; imo, cum in libello supplici ab Archiepiscopo Parisiensi ad S. Congregationem misso, exposita fuisset difficultas contra nullitatem matrimonii, orta ex opinione communiori quae fraudem subiectivam exigit in contrahentibus, ad hoc ut eorum matrimonium nullum declaretur, S, Congregatio istius communioris opinionis ne minimam quidem rationem habuit; sed et eam prorsus floccifecit et neglexit, ita ut (cum aliunde facta, in casu, essent legitime probata, ad normam decreti S. Officii, diei 3 iunii 1889) decreverit satis esse in casu unicam sententiam ad libertatem coniugum declarandam, nec requiri appellationem a Defensore vinculi interponendam. Quae decisio relata est in periodico *Oanoniste contemporain,* t. XVIII, p. 449-451. Unde praefata opinio, fraudem subiectivam exigens, quae revera olim communior erat, paulatim derelicta est, ita ut eam Wernz dicat *antiquam, ve potius antiquatam;* haec sunt eius verba (loco cit., n. 170, nota 156, in fine, edit. 1904): « Hinc liquet quare communior olim sententia, quae «nimium insistebat verae fraudi subiectivae, iam a compluribus scrip- « toribus antiquis non fuerit admissa, sed praesertim a recentioribus, «post ultimas decisiones SS. CC., magis magisque derelinquatur, v. g., «a D'Annibale, Gasparri, Rosset, Laurin, Leitner, Scherer, Peries, cum « Scavini, Gretoni, Grandclaude, Schnitzer, de Becker, Fleiner, aliisque. «Neque, attentis principiis et decisionibus particularibus, praesertim a «S. C. Inquisitionis datis, ulla videtur esse spes fore, ut ille recessus « ab *antiqua vel potius antiquata* sententia olim communiori per novam «theoriam ab Arendt... propugnatam retardetur ». In eodem sensu Buceeroni ait *(Instit. Theologiae Moralis,* t. II, n. 1026, edit. 1908): «Communior sententia *tenuit* validum etiam esse matrimonium eorum,

« qui, habentes domicilium vel qüasi-dom cilium in loco ub Trid. viget, « veniunt in alium locum, ubi Trid. non viget, sine intentione quidem « acquirendi domicilium vel quasi-domicilium, at simul sine intentione « clandestine contrahendi, si deinde ibidem clandestine contrahant. *Con-« trariae tamen nunc* sunt S. G. G. et S. O. decisiones, quibus declaratum est Tridentinam legem esse simul *localem* et *personalem* ; et « etiam quia, in foro externo, *fraus* ipso facto praesumitur. Cfr. S. C. « de P. F., 7 iun. 1867, n. 1047., A. S. S. v. 36, p. 222 seqq. ». Hinc etiam concludit Emus Gasparri, loco cit., n. 1207, edit. 1904, in foro contentioso, iudicem pronunciare debere nullitatem matrimonii in dicto casu etiam absque fraude subiectiva contracti : « Sed etiam, ait, si agitur « de matrimonio contracto, et ad forum contentiosum deducto, Officialis » debet, ni fallimur, ob auctoritatem Sacrarum Congregationum, pro « nullitate pronunciare ».

3. Ut ex dictis patet, si quis, domicilium habens et retinens in loco ubi viget decretum *Tametsi,* transit in locum ubi non viget, remanet decreto adstrictus, propter vim huius personalem, et ideo, si velit in hoc altero matrimonium contrahere, tenetur contrahere coram parocho proprio, vel alio sacerdote de parochi proprii licentia. Porro, parochus eius proprius non est parochus aut rector ecclesiae loci, per quem transit; sed parochus loci, in quo domicilium aut quasi domicilium retinet; parochus enim proprius non intelligitur nisi ratione domicilii, vel quasi domicilii, nisi agatur de vagis, qui proprium parochum sortiuntur, ubi sunt; cum ergo non agamus de vago, sed de peregrino suum domicilium aut quasi domicilium retinente, parochus eius proprius nequit esse nisi parochus domicilii eius aut quasi domicilii. Pariter, si quis domicilium habens et retinens in loco ubi non viget decretum *Tametsi,* transit in locum ubi viget, adstrictus efficitur decreto propter vim huius territorialem seu localem, uti supra visum est; et ideo, si velit in hoc altero loco matrimonium contrahere, tenetur contrahere coram proprio parocho, vel alio sacerdote de licentia proprii parochi. Porro, etiam in hoc casu, parochus eius proprius non est parochus loci per quem transit, sed parochus, seu rector, seu quocumque alio nomine vocetur, loci In quo domicilium aut quasi domicilium retinet. Nec dicatur in hoc eius domicilii loco non esse parochum in sensu decreti *Tametsi* quod ibi non viget; hoc enim falsum est; parochus enim parochus proprius intelligitur independenter a decreto *Tametsi;* Synodus enim Tridentina non creavit parochum proprium, sed supposuit, illumque adhibuit uti testem qualificatum matrimoniorum. Igitur vir Anglus, retinens domicilium in Anglia, et transiens par Parisios, si velit hic matrimonium contra-

here, tenetur contrahere, non coram parocho parochiae Parisiensis in qua commoratur, sed coram parocho domicilii sui in Anglia, aut coram alio sacerdote de huius licentia. Et haec clara sunt et certa: et argumenta quae contra hanc doctrinam allata sunt, occasione citatae causae *Parisien.,* diei 28 ianuarii 1899, probabilia non sunt, ut bene ostendit Wernz in cit. eius *voto,* n. 51-53; 61^64; 70-72.

4. Ad complendam hanc iuris expositionem, notandum est quid singulare in hoc clandestinitatis impedimento. In aliis quidem impedimentis, pars ab impedimento immunis alteri parti immunitatem seu exemptionem suam non communicat; sic, si mulier libera contrahere attentet cum viro voto solemni aut sacro ordine ligato, exemptionem suam ei non communicat, et matrimonium invalidum est. Aliter res se habet in impedimento clandestinitatis; si una pars est ab hoc impedimento immunis, v. g., quia domicilium habet in loco Tridentinae legi non subiecto, exemptionem suam alteri parti communicat, ita ut Anglus, Londini domicilium habens, et ita a decreto *Tametsi* immunis, cum muliere Galla, decreto adstricta, valide Londini contrahit. Hoc principium iam tempore Benedicti XIV satis receptum erat, uti concludere est ex his quae ipse narrat *De Synodo,* lib. VI, cap. 6, n. 12. Item hoc principium firmavit S. Congregatio Inquisitionis, in una *Quebecen.,* diei 17 novembris 1835, ad 2 et 4 *{Collectanea S. C. de Prop. Fide,* n. 842,1.1, p. 488). Unde hodie sine ulla controversia hoc principium viget; ita ut omnes doctores teneant partem ab impedimento clandestinitatis immunem exemptionem suam alteri parti communicare, *propter individuitatem contractus;* ubi tamen addendum est: *et attenta positiva dispositione Ecclesiae,* quae sic decretum *Tametsi* interpretata est. In aliis enim impedimentis, individuitas contractus non sufficit ut exemptio unius partis alteri communicetur.

Quod ad factum attinet. - Princeps Michael Radziwill, tempore matrimonii contracti, quasi domicilium habebat Londini, in Anglia; a die enim 14 aprilis anni 1898 nominatus erat *addictus legationi Russiacae* apud Gubernium Anglicum; quod munus usque ad diem 24 maii 1903 retinuit: quae constant ex attestatione authentica, diei 9 ianuarii 1910, data ab officiali publico Ministerii Russiaci Negotiorum extraneorum (in Summario). Unde passim referunt testes Principem Michaelem e Londino profectum esse Petropolim, ad nuptias celebrandas. Cum ergo decretum *Tametsi* Londini non fuisset unquam publicatum, Petropoli autem vigeret, Princeps Michael e loco immuni se conferebat in locum decreto subiectum, et ideo, iuxta supradicta in expositione iuris, adstri-

eius erat legi Tridentinae, propter vim huius legis localem seu territorialem.

Ex altera parta, Maria Bernardaky, eodem tempore matrimonii, domicilium fovebat Parisiis, via dicta Ghaillot, 65, ubi a multis annis cum genitoribus vivebat, a quibus, licet maiorennis, nunquam recesserat. In Gallia autem, uti notorium est, decretum *Tametsi* vigebat, et omnes, tum catholicos, tum haereticos et schismaticos adstringebat. Unde Maria, e Gallia se conferens Petropolim, veniebat e loco legi Tridentinae subiecto, et proinde, ubicumque consisteret, decreto *Tametsi* ligata remanebat, ob vim huius personalem; ideoque, etiam Petropoli, formae Tridentinae, in matrimonio contrahendo, subiecta erat.

Itaque ambo sponsi, in civitate Petropoli constituti, decreto *Tametsi* adstricti erant. Porro, in matrimonio quod in hac civitate die 2 septembris anni 1898 celebrarunt, forma Tridentina non fuit observata; non enim contraxerunt coram parocho proprio aut alio sacerdote de parochi proprii licentia. Cum enim sponsi Petropoli nec domicilium nec quasi domicilium acquisivissent (quod extra controversiam est), nullum ibi parochum proprium habebant; ex altera autem parte, Rev. P. Lagrange, O. P., coram quo contraxerunt, non habebat licentiam nec parochi Parisiensis Mariae, nec parochi Londinensis Michaelis, sed tantum delegationem Rmi Archiepiscopi Mohiloviensis: quae utique delegatio in casu nullo modo sufficit, uti constat ex dictis in expositione iuris. Matrimonium ergo nullum est.

Sed hic occurrit tripliciter Defensor Vinculi.

Primo enim dicit matrimonia mixta in civitate Petropoli, sicut et in toto Imperio Russiaco, esse valida ex declarationibus Pii VI, 2 martii 1780, et Gregorii XVI, 19 augusti 1844, supra relatis; matrimonium autem quod Princeps Michael catholicus, et Maria, religione graeco-orthodoxa, die 2 septembris anni 1898, Petropoli contraxerunt, esse matrimonium mixtum, ideoque validum. Praefatae enim declarationes Pontificum cadunt immediate super *genus matrimoniorum,* nimirum super matrimonia haereticorum et mixta in Imperio Russiaco celebrata: quale fuit matrimonium controversum. - Verum haec difficultas nullo negotio solvitur. Principia enim supra exposita de vi locali et personali decreti *Tametsi,* a doctoribus et a iurisprudentia unanimiter admissa, generalia sunt et ubique applicanda. Quapropter etiam in iis locis in quibus viget decretum pro catholicis, non vero pro acatholicis (ut in Imperio Russiaco), eadem principia vigent, quin respiciendum sit ad genus matrimoniorum. Unde catholicus, qui e loco immuni venit, et ad locum, in quo decretum viget pro catholicis, accedit, vi locali decreti

tenetur tamquam catholicus. Ad acta autem quod attinet, clara sunt, nec ipse Defensor Vinculi dissentit: Princeps Michael catholicus erat, veniebat ex Anglia, scilicet e loco immuni; accedebat autem ad Petropolim, scilicet ad locum ubi decretum *Tametsi* publicatum est prò catholicis; ergo vi locali decreti tenebatur, et proinde nulla immunitate fruebatur, quam alteri parti communicare posset Haec altera pars, nempe Maria Benardaky, licet tunc heterodoxa, vi personali decreti tenebatur, quia veniebat Gallia, scilicet e loco decreto obnoxio, in quo suum domicilium retinebat. Ambo ergo sponsi decreto tenebantur, unus vi eius locali, alter vi eius personali. Cum ergo eorum matrimonium praeter ormam decreti celebratum sit, nullum est.

Secundo dicit Defensor Vinculi decretum Urbani VIII, diei 14 augusti 1627, quod nulla declarat matrimonia eorum qui e loco legi Tridentinae subiecto transeunt per locum exemptum, ibique nuptias contrahunt, non applicari, si sic transeuntes « id non fecerunt in fraudem speci« ticam, nempe eo animo ut clandestine contrahere possent *(Animadversiones alterae,* n. 16)»; unde, ad hoc ut in casu matrimonium sit nullum, Defenso Vinculi exigit fraudem subiectivam, quam de facto non adfuisse putat. - Verum haec interpretatio decreti Urbani VIII contraria est decisionibus S. Officii supra relatis in expositione iuris, ex quibus constat ecreto *Tametsi* inesse vim localem et personalem ; ea enim est indoles vis personalis, ut personam (semel decreto adstrictam, utpote domiciliatam aut quasi domiciliatam in loco legi Tridentinae subiecto) ubique sequatur, sicut umbra corpus, eamque adstringat ad instar statuti personalis, et proinde independenter a bona vel mala fide: quae omnia supra late demonstrata sunt,

Ceterum, ad abundantiam iuris, data (nullatenus vero admissa) interpretatione decreti Urbani, a Defensore Vinculi facta, adfuit in sponsa Maria fraus subiectiva specifica, quam requirit ad nullitatem matrimonii declarandam. Uti enim constat ex actis, cum sponsi vellent celebrare matrimonium ritu graeco-orthodoxo iuxta legem Russiacam, et diffìcile fuisset invenire sacerdotem catholicum qui, post caeremoniam schismaticam, nuptiis benedicere ritu catholico vellet, Petropolim profecti sunt. Probe enim sciebant sponsi, nec parochum Michaelis Londinensem, nec parochum Mariae Parisiensem, facile adducendos esse ad nuptias in his adiunctis per se, vel per alium sacerdotem benedicendas. Unde, ad haec incommoda vitanda, in Russiam migrarunt; voluerunt ergo absque praesentia et licentia parochi proprii matrimonium contrahere: in quo certe fraus contra legem Tridentinam adest. Non refert quod unus aut alter testis dicat sponsos Petropolim ad nuptias celebrandas migrasse,

quia ibi hoc anni tempore pater Mariae negotiorum causa moraretur; haec enim paucissimorum testium opinio dictis multorum aliorum testium praevalere nequit. Atque haec omnia confirmantur ex eo quod, ut notatum est in causa *S. Christophori de Habana,* diei 11 iulii 1910 *(Acta Apostolicae Sedis,* t. II, p. 878): « Si solo animo matrimonium contrahendi, « vel etiam praecipuo, ad locum immunem sponsi se conferunt, conve« niunt Doctores matrimonium esse nullum, quia cum fraude contractum, « parochum videlicet fraudando iure suo matrimonio assistendi ». Porro quod, in casu, sponsi Petropolim se contulerint, solo animo, vel saltem praecipuo, matrimonium contrahendi, ex actis clarissimum est.

Dicit tertio Defensor Vinculi sponsam Mariam, quando Petropoli matrimonium cum Michaele contraxit, fuisse iuridice vagam; quippe quae, saltem a momento caeremoniae civilis quae vero matrimonio praecessit, plene domicilio Parisiensi renunciasset; «unde, ait, eius conditio *momenta« neae vagitatis,* in aliorum titulorum defectu, satis superque erat ad coniu« gii valorem sustinendum *(Animadversiones alterae,* n. 13; cf. n. 18-19) ». - Verum haec etiam tertia difficultas facile dissolvitur. Quando enim Maria Benardaky domicilium paternum reliquit, Petropolim profectura, non illud reliquit nisi intuitu et conditione veri matrimonii, quo sponsa sponso alligaretur, et vice versa, et quo proinde iure domicilium sponsi acquireret et sequi teneretur. Porro hoc verum matrimonium, quo sponsi ad invicem alligarentur, non poterat esse, in mente Mariae, ritus religiosus schismaticus; probe enim noverat hunc ritum schismaticum nihil esse pro sponso catholico, et Michaelem non se reputaturum obligatum, nisi vi ritus catholici, qui schismatico successit; tunc ergo solum, scilicet celebrato ritu catholico, Maria se reputavit obligatam, et lege matrimonii et domicilii devinctam; obligationem enim suam, uti clarum est, obligationi sponsi subordinabat. Iure Romano, sponsa non amittebat domicilium paternum, nisi per matrimonium re ipsa celebratum, iuxta L. *Ea quae, 32,* D. *Ad Municipalem,* L. 1 : « Ea quae desponsa est, ante « contractas nuptias non mutat domicilium »; quod etiam receptum est in iure canonico, uti uries in S. Rota notatum est, v. g., in *Parisien. - Nullit. Matrim.,* diei 27 ianuarii 1912 *(Acta Apostolicae Sedis,* t. IV, p. 282). Sponsa enim non nisi vi matrimonii iuxta canonicas leges celebrati, domicilium mariti acquirit, illudque sequi tenetur, et sic demum domicilio paterno renunciat. Sic igitur et in praesenti specie; Maria non acquisivit domicilium sponsi catholici, nec paterno domicilio definitive renunciavit, nisi per matrimonium iuxta canonicas leges celebratum, scilicet per matrimonium catholicum. Igitur ante hoc matrimonium catholicum numquam vaga fuit.

His ergo omnibus tam in iure quam in facto consideratis et bene perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus constare de nullitate matrimonii inter Michaelem Radziwill et Mariam Benardaky, et proinde ad dubium propositum respondemus: *Affirmative aa primam partem; negative ad secundam,* scilicet *confirmandam esse sententiam Rotalem diei 27 iulii 1915;* declarantes et decernentes insuper, confirmata etiam in hac parte prima sententia, prolem ex dicto matrimonio susceptam esse legitimam, attenta bona fide coniugum. Quod attinet ad iudiciales expensas, declaramus eas inter partes esse compensatas.

Ita declaramus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad norman SS. Canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De reform.,* Concilii Tridentini, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, ,in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 18 aprilis 1916.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

Ex Cancellaria, 28 aprilis 1916.

Sac. T. Tani, *Notarius.*

II

Citatio edictalis

FLORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (MARCHIÒ - BINI)

Cum constet ex inquisitione in archiepiscopali curia Florentina peracta virum conventum Iosephum Marchiò reperiri non posse, infrascriptus S. R. Rotae Decanus, Ponens in causa hac, per praesens edictum, praefatum Iosephum Marchiò peremptorie citat ad comparendum, sive per se, sive per procuratorem, in Sede S. Tribunalis die 1 decembris, hora 11, ad effectum ut subscribatur infrascriptum dubium, necnon dies destinetur, quo habebitur Turnus Rotalis pro causae, de qua supra, definitione ; ulterius declarando, si non compareat, processum continuatum et terminatum iri in eius contumacia.

DUBIUM

An constet de matrimonii nullitate in casu?

Ordinarii locorum et quicumque fideles quibus notitia est de loco commorationis praefati dñi Iosephi Marchiò curare debent, quatenus fieri possit, ut de hac citatione edictali moneatur.

Datum Romae, die 31 octobris 1916.

G. Sebastianeiii, *Decanus, Ponens.*

h. •© S.

Ex Cancellaria, die 31 octobris 1916.

Ioannes Ladelci,
Notarius S. B. Rotae.

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par Edit

LORENTINA

NULLITATIS MATRIMONII (MARCHIÒ - BINI)

Comme il résulte de plusieurs enquêtes faites dans la curie archiépiscopale de Florence, que le mari défendeur, Joseph **Marchio,** ne peut être trouvé, le Doyen de Rote soussigné, Ponent en cette cause, cite péremptoirement, par le présent édit, le même Ioseph **Marchio à** comparaître personnellement, ou par procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine le 1 décembre prochain, à onze heures, pour vouloir souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote, déclarant en outre que, s'il ne comparaît pas, le procès canonique sera continué et terminé en sa contumace.

DOUTE

Comte-t-il de la nullité de mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux et les fidèles qui auraient connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Ioseph Marchiò, doivent faire en sorte, dans la mesure du possible, qu'il soit averti de la présente citation.

Donné à Rome, le 31 octobre 1916.

G. Sebastianeiii, *Becanus, Ponens.*

L . © S .

Ex Cancellaria, die 31 octobris 1916.

Ioannes Ladelci,
Notarius S. B. Botae.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

18 ottobre 1916. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, ***Protettore dell' Istituto delle Béligiose Filippine, che hanno la Casa-madre a Barcellona.***

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

20 giugno 1916. — Mons. Stefano Siminiati, della diocesi di Lesina.

10 luglio. — Mons. Cirillo Riedl, della diocesi di Brünn.

— Mons. Giuseppe Pospisil, della medesima diocesi.

5 agosto. — Mons. Floriano Stan, della diocesi di Gran Varadino di rito greco-rumeno.

23 agosto. — Mons. Guglielmo Nolens, della diocesi di Ruremonda.

17 ottobre. — Mons. Francesco d'Assisi Ribeiro Costa, dell'archidiocesi di Braga.

Prelati Domestici di S. S.:

8 giugno 1916, — Mons. Casimiro Wais, dell'arehidiocesi di Leopoli di rito latino.

là giugno. — Mons. Giovanni Trzopinski, della medesima archidiocesi.

— Mons. Vincenzo Czajkowski, della medesima archidiocesi.

21 giugno. — Mons. Antonio Dobronic,. della diocesi di Lesina.

10 luglio. — Mons. Ignazio Zimmermann, della diocesi di Scepusio.

5 agosto. — Mons. Giacomo Radu, della diocesi di Gran Varadino di rito greco-rumeno.

23 agosto. — Mons. Benedetto Saenz, dell'arehidiocesi di San Domingo.

— Mons. Pasquale Ciocia, rettore del Seminario regionale di Catanzaro.

9 settembre. — Mons. Bartolomeo Capasso, canonico Liberiano»

10 settembre. — Mons. Pietro Brommenscenkel, della dioc. di Des Moines.

12 settembre 1916. — Mons. Giuseppe Furlan, della diocesi di Treviso.

28 settembre. — Mons. Giuseppe Schwind, della diocesi di Spira.

— Mons. Federico Molz, della medesima diocesi.

3 ottobre. — Mons. Ludovico Saverio Bazin, della diocesi di Savannah..

12 ottobre. — Mons. Michele Guarini, dell'archidiocesi di Taranto.

Con Breve Pontificio il Santo Padre si è degnato di concedere al Maestro del S. Ospizio la facoltà di assumere la denominazione di ***Gran Maestro*** del Sacro Ospizio e di distaccarlo dalla classe dei Camerieri Segreti Partecipanti di Spada e Cappa.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell' Ordine Piano :

15 settembre 1916. — Al sig. dott. Giuseppe M. Cantilo, sottosegretario del Ministero degli Esteri nella Repubblica Argentina.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 ottobre 1916. — Al sig. Yagoro Miura, inviato straordinario e ministro plenipotenziario dell'imperatore del Giappone, in missione speciale presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 agosto 1916. — Al sig. Edoardo Pietro Francesco Antonio van den Bogaert.

26 agosto. — Al sig. Ermanno Ritschel, dell'archidiocesi di Vienna.

— Al sig. Ludovico Baumann, della medesima archidiocesi.

29 agosto. — Al sig. Narciso Gelats, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.

5 ottobre. — Al sig. dott. Carlo Schwering, dell'archidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

26 agosto 1916. — Al sig. Ernesto Hegenbarth, dell'archidioc. di Vienna.

1 settembre. — Al sig. Giuseppe Grossi-Gondi, di Roma.

27 settembre. — A sig. Emilio Novak, dell'archidiocesi di Zagabria.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

22 settembre 1916. — Al sig. conte Renato de Lamotte d'Allogny, ciambellano del principe di Monaco.

La Commenda delV Ordine di S. Silvestro Papa:

15 settembre 1916. — Al sig. Attilio Daniele Barilari, introduttore degli ambasciatori e capo del cerimoniale nella Repubblica Argentina.

1 ottobre. — Al sig. dott. Lorenzo Cochetti, di Roma.

lì Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

26 agosto 1916. — Al sig. Cristoforo Stumpf, dell'arehidiocesi di Vienna.

— Al sig. Giuseppe Meissner, della medesima archidiocesi.

— Al sig. Alfonso Zehle, della medesima archidiocesi.

31 agosto. — Al sig. dott. Tommaso Pensa, della diocesi di Ascoli Satriano e Cerignola.

2 settembre. — Al sig. Camillo Angelucci, custode del pontificio palazzo di Castelgandolfo.

12 settembre. — Al sig. Romeo Bernardini, di Roma.

15 settembre. — Al sig. Adolfo J. de Urquiza, segretario di Legazione, della Repubblica Argentina.

17 ottobre. — Al sig. dott. Raffaele Trua, della diocesi di Orte.

AVVISO

La Direzione dell'« Annuario Pontificio » presso la Segreteria di Stato interessa vivamente gli Illmi e Rmi Ordinari delle diocesi, i Collegi prelatizi, i Superiori generali degli Ordini religiosi, i Rettori dei collegi ecclesiastici e tutti i dignitari appartenenti alla Corte pontificia a volerle trasmettere in tempo utile le relazioni e rettifiche occorrenti per la edizione delF« Annuario » pel prossimo anno 1917, in conformità della lettera circolare dell'Emo sig. Cardinale Gasparri, Segretario di Stato, in data 15 luglio 1915, e delle particolari istruzioni ricevute al momento delle nomine e promozioni.

PREFETTURA DEI SS. PALAZZI APOSTOLICI

NOMINA

Con Biglietto della Prefettura dei SS. Palazzi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

27 ottobre 1916. — Il sig. cav. Camillo Beccari, *Coadiutore con futura successione al comm. Edmondo Pulcinelli nell'ufficio di Maestro di Casa dei SS. Palazzi Apostolici.*

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

23 agosto 1916. — Mons. Mattia Frana, della diocesi di Budweis.

— Mons. Francesco Saverio Expectacao Barreto, della diocesi di Damao.

7 ***ottobre.*** — Mons. Moisé dott. Cagnac, dell'archidiocesi di Bourges.

— Mons. Filippo Bernardini.

20 ottobre. — Mons. Alfonso Gammilli, della diocesi di Pistoia.

21 ottobre. — Mons. Federico Lunardi.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

30 agosto 1916. — Il sig. conte Wolfango Schlitz von Görtz und von Wrisberg, della diocesi dl Hildesheim.

Cameriere d'onore m abito paonazzo di S. S.:

5 ***luglio 1916.*** — Mons. Andrea Zivkovic, della dioc. di Djakovar (Sirmio).

Cappellano d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

23 agosto 1916. — Mons. Giuseppe **Hello,** della diocesi di Rosnavia.

NECROLOGIO

9 ottobre 1916. — Mons. Giacomo Ozcoidi y Udave, vescovo di Tarazona e Amministratore Apostolico di Tudela.

12 ottobre. — Mons. Roberto Menini, arcivescovo titolare di Gangra, Vicario Apostolico di Sofia e Filippopoli.

17 ottobre. — Mons. Carlo Marbach, vescovo titolare di Pafo.

Annus TUI - Yol. YIII Die 1 Decembris 1916 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

1

AD R. P. D. AUGUSTINUM DONTENWILL, ARCHIEPISCOPUM PTOLEMAIDENSEM, OBLATORUM B. M. V. IMMACULATAE PRAEPOSITUM GENERALEM, PRIMO REVOLUTO SAECULO A FUNDATA EORUMDEM RELIGIOSA CONGREGATIONE.

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Iucundum sane nuntium accepimus ex tuis litteris, istam, cui sapienter praesides, familiam Oblatorum Mariae Immaculatae revolutum iam saeculum, ex quo condita est, proxime celebraturam. Equidem ad communem vestram Nos laetitiam perlibenter accedimus gratulando. Etenim probe novimus et multa et praeclara in Ecclesiae sanctae utilitatem vestrum Institutum hoc toto spatio gessisse: eaque non solum intra natalis *Provinciae* terminos, sed apud exteros etiam; adeo ut affirmari quodam modo possit, datam ei divino nutu provinciam ad laborandum orbis terrarum finibus contineri. In quo quidem videtur Deus operam industriamque vestram praemio afficere voluisse: quibus enim virtutibus eximius ille Auctor et Legifer vester, *cuius memoria in benedictione est,* in primis vos curavit confirmandos, eas perpetuo usque adhuc in vobis duxisse comperimus; singularem vel pietatem in Virginem Beatissimam, vel observantiam erga Apostolicam Sedem, vel caritatem fraternam tamquam inde efflorescentem, qua et inter vos diligatis et ad animarum salutem elaboretis. Nec vero praetereundum, quin etiam in magna est

vestra laude ponendum, vos in pluribus regionibus utiliter contendere, ut barbaros ad christianum civilemque cultum traducatis, itemque dare operam iuventuti in litteris et in sacris disciplinis maioribus quoque instituendae. Haec omnia Decessores Nostri saepe per occasionem dilaudarunt: nunc Nos eas laudes Nostris volentes cumulamus. Atque ut Nostrae benevolentiae illustre aliquod exsistat documentum, te, venerabilis Frater, Archiepiscopum *Statorem ad Solium Nostrum* renuntiamus: quo quidem honore universum, quod moderaris, Institutum prosequi videri volumus. Vos vero pergite, ut facitis, cum Romano Pontifice coniuncti bene de Ecclesia mereri; certum habentes numquam defore vobis caelestia munera si magnam Dei Parentem eo summo, quo soletis, semper prosequamini studio. Quorum auspicem itemque paternae Nostrae benevolentiae testem, tibi, venerabilis Frater, atque omni Oblatorum familiae, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxni decembris MDCCCCXV, Pontificatus Nostri anno secundo.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD RR. PP. DD. NATALEM BRUNI, ARCHIEPISCOPUM MUTINENSIUM, ABBATEM NONANTULANUM, CETEROSQUE AEMILIAG PRAESULES, AD ANNUUM COETUM CONGREGATOS, GRATIAS DE COMMUNIBUS OBSEQUENTISSIMIS LITTERIS PERSOLVENS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communis epistola, quam ad Nos dedistis Mutinae nuper congregati, vestra Nobis detulit officia, praecipua quadam amoris nota significata. Nam et ea diligenter recolitis quae his, quibus iamdiu premimur, rerum, asperitatibus multiplici caritatis consilio atque opera occurrere conamur, et quae proximis hisce diebus congestae in Nos sunt aegritudinum causae, eas ita scribendo expostulatis, ut Nostram dolere vicem vix quis potuisset amantius. Intolerabilia sane ea sunt quae commemoratis; at vero Nos, neque ad dexteram neque ad sinistram declinantes, utemur ea iudicii aequitate, qua usi adhuc sumus; neque umquam commutemus ut aut non recte iudicantium opiniones, aut malevolorum obtrectationes, plus apud Nos sint quam officii conscientia.

De epistola et de significatione studiorum gratias vobis et agimus et habemus; ac benevolentiam in vos Nostram testatam volumus etiam apostolica benedictione, quam caelestium conciliatricem munerum vobis omnibus, venerabiles Fratres, et Clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxx octobris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD RR. PP. DD. LUDOVICUM GAVOTTI, ARCHIEPISCOPUM GENUENSIUM, CETEROSQUE LIGURIAE EPISCOPOS, IN ANNUUM CONVENTUM CONGREGATOS, DE COMMUNI OFFICIOSISSIMA EPISTOLA GRATIAS AGENS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae verba sunt extrema in amantissima epistola vestra, ab iis argumentum sumimus rescribendi. Brevi enim ac perspicua sententia et caussas ea innuunt maiorum quibus affligimur, et viam demonstrant, quam ingredi necesse est, ut furor Domini avertatur a nobis. Nimirum ad percutientem se populi revertantur oportet ac Dominum Deum suum inquirant. Et in hoc, venerabiles Fratres, maxime velimus eluceant studia vestra ac pietas: hoc religionis non secus ac patriae caritatem adeo a vobis expostulare putatote, ut, in praesenti rerum discrimine, officium vix inveniri maius possit.

Ceterum, quidquid in epistola vestra iudicii in Nos officiique contulistis, pergratum Nobis fuisse scitote, benevolentiaeque in vos Nostrae testis sit apostolica benedictio, quam caelestium auspicem donorum vobis omnibus, venerabiles Fratres, et Clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die i novembris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD GEORGIUM S. R. E. PRESB. CARD. GUSMINI, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM, DE LIBRO IN VENERATIONIS TESTIMONIUM REVERENTER OBLATO, GRATIAS AGIT.

Dilecte Fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — In libro, quem nuper edidisti inscriptum *La perfezione sacerdotale* ac Bononiensi Clero - quod pergratum habuimus - dicatum, quam multa quam paucis complexus es! Veloci - uti occupatissimo licuit - percurrimus oculo nonnullas ex commentationibus, quibus cotidianum quasi ignem sacerdotali pietati admovere studes; et cum argumentorum delectu, tum delectati sumus haud sane inutili varietate et copia sententiarum Sacrae Scripturae, cui ita assuescere doces sacrorum administros, ut verbum Dei fìat in illis fons aquae salientis in vitam aeternam. Habeto igitur pro oblatis exemplariis significationem grati animi Nostri et pro suscepto, in scribendo, proposito sancto gratulationes; idemque fortunet apostolica benedictio, quam caelestium auspicem adiumentorum Nostraeque testem benevolentiae, tibi, dilecte Fili Noster, omnique Clero Bononiensi peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xni novembris MCMXVI, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

LETTERA CIRCOLARE AI REV.MI ARCIVESCOVI E VESCOVI DI CALABRIA SULLA COSTITUZIONE DI PATRONATI ECCLESIASTICI IN PRO DEGLI EMIGRANTI.

Assai gradite giunsero al S. Padre le notizie, che il sac. G. Botassi in questi ultimi giorni riportava dalla Calabria, dell'impegno del Rmo Episcopato per la costituzione d'un patronato ecclesiastico in pro degli emigranti.

È infatti questa un'opera di grande carità verso tanti poveretti che, lasciando la patria per cercare miglior fortuna, inesperti come sono, se non vengono pietosamente aiutati, cadono facilmente in mano di speculatori sia nei luoghi di partenza sia nei luoghi di arrivo, e sono miseramente o illusi o sfruttati. Ma è anche un'opera necessaria e santa per custodire l'avita fede e religione in chi emigra, e di rimbalzo anche nei nostri paesi; poiché è noto che associazioni di altre tendenze, assai diffuse e potenti di mezzi, cercano accaparrarsi i nostri popolani avanti la partenza, e così ancora nei porti di sbarco per avvincerli a sè, avviarli in luoghi dove si troveranno spesso privi di assistenza religiosa, ed in tal modo più facilmente guadagnarseli, distaccandoli dalla cattolica fede e da ogni pratica di vita cristiana.

Laonde non solo pia e caritatevole, ma religiosa e necessaria deve ritenersi la costituzione di patronati ecclesiastici in pro degli emigranti, direi quasi, per l'avvenire della fede in Italia. Ed è bene costituire sin d'ora le basi di questi patronati; giacche, sebbene per le condizioni del momento vi sia un ristagno inevitabile nell'emigrazione, domani, al ristabilirsi delle condizioni normali, si prevede purtroppo un esodo ancor più grande del passato per i lontani paesi : ed è necessario allora trovarsi pronti per l'assistenza.

I nostri patronati dovrebbero costituirsi secondo le provincie civili, a cagione dei rapporti che necessariamente gli emigranti debbono avere colle Prefetture pei passaporti ed altro. Ma al presente per la Calabria, come principio, non si è potuto che costituirne uno in Cosenza; e ad esso si dovranno aggiungere due corrispondenti nelle altre due città sedi di provincia civile, Catanzaro e Reggio; salvo più tardi, quando si potrà, creare anche in esse due patronati autonomi.

E poi necessario, sia con le conferenze, sia in aitro modo, far conoscere ai parroci ed ai fedeli la costituzione di questi offici, onde chi ha in animo di emigrare sappia á chi con fiducia può rivolgersi, e ad essi piuttosto che ad altri si affidi.

II S. Padre raccomanda quest'opera, e confida che la pia e religiosa iniziativa, per l'efficace cooperazione dell'Episcopato e del clero, avrà vita feconda di bene.

E da mia parte, mentre prego la S. V. Rma di tenermi informato dello sviluppo e dell'andamento di questa nuova istituzione, mi professo

di V. S. Rma

Roma, 24 novembre 1916.

affino come fr.

)$i G. CARD. DB LAI, Vescovo di Sabina, *Segretario.*

II

PROVISIO ECCLESIAE

S. Congregationis Consistorialis decreto SSmus D. N. Benedictus PP. XV hanc, quae sequitur, ecclesiam de proprio pastore providit, scilicet:

21 octobris 1916. — Titulari episcopali ecclesiae Aegearum in Africa praefecit R. D. Michaelem Godlewski, Magistrum Academiae Ecclesiasticae Petropolitanae, cum deputatione in Auxiliarem R. P. D. Ignatii Dubowski, episcopi Luceoriensis et Zytomiriensis.

SACKA CONGREGATIO CONCILII

I

DIOECESIS *N.*

DISTRIBUTIONUM

Die 12, loco 13 decembris 1913

Species facti. - Civitatis *N.* territorium antiquitus unicam efformabat paroeciam, cuius curam gerebant Canonici ecclesiae cathedralis. Saeculo autem xvin illud divisum fuit in quatuor partes, singularumque cura actualis, nomine *Vicariae parochialis,* concredita fuit. sacerdotibus, qui non essent de gremio Capituli, illamque exercerent in propriis ecclesiis, fructus percipientes ex certis sibi assignatis congruis beneficiis. Verum, recentiore aevo, quum Capitulum strenue et cum effectu parochialia sua iura vindicasset, a Gubernio in discrimen vocata, atque ea de causa conservationem obtinuisset nonnullorum bonorum ad Massam pertinentium, quae propterea Gubernium ad dotationem quatuor parochiarum addixit, sponte veluti sua effectum est ut, qui sacerdotes curam gerebant animarum, in gremium Capituli reciperentur. Idque peculiari quadam eos inter et Capitulum conventione firmatum, qua statuebatur « tamquam inviolabilis in futurum lex, bona quidem « ut supra ad curam addicta nomine et utilitate Parochorum a Capitulo, « sicut in praeterito, administrari simul cum Massa communi ; Canonicos « autem Parochos, sive potius Oeconomos Curatos, quum servitio Eccle- « siae cathedralis, prout ceteri omnes, *excepto tamen tempore quo curae « animarum exercitio sunt detenti,* iam mancipentur, iisdem muniis, iuri- « bus et honoribus quibus Canonici fruuntur, esse fruituros ». Hanc vero conventionem curavit Episcopus ut auctoritate S. Sedis communiretur, quod obtinuit per Rescriptum huius S. Congregationis; exindeque parochi utpote in Capitulum adlecti, iuribus universis, sicut ceteri canonici pacifice gavisi sunt; dum vero cura animarum impediti a choro aberant tamquam praesentes habebantur ac distributionum participes efficiebantur.

Verum super hoc ipso quaestio non levis superiore anno oborta est, quum aliqui Capitulares ex adverso contenderent parochos illos, absentes, etiam pro curae exercitio, punctandos esse, eo quod curam agerent in ecclesiis propriis, diversis et alienis a cathedrali; quae controversia, quum pacifice componi non posset, iudicio Huius Sacri Ordinis subiecta fuit sub hac formula dubii:

An tres Canonici-Curati Capituli Cathedralis N. praesentes in Choro habendi sint ad hoc, ut distributiones quoque omnes lucrari possint quae non sint stricte inter praesentes, quoties choro absunt ut paroecialibus incumbant ministeriis aut in paroecialibus ipsis Ecclesiis, aut in aliis intra ambitum uniuscuiusque paroeciae in casu.

Synopsis disceptationis.

a) Argumenta adversus Canonicos-curatos prolata. - Notissima sunt, aiunt Capitulares, qui intentioni Curatorum in casu obsistunt, cap. un., *Consuetudinem,* in VT, et Conc. Trid., Sess. XXIV, cap. 12, *de Ref.,* decretum, ubi statuitur: « Distributiones qui statis horis interfuerint, recipiant » ; nec quisquis ignorat praecipuas rationes ab hac generali lege quodammodo eximentes, iuxta idem caput nempe: infirmitatem, seu iustam ac rationabilem corporis necessitatem, aut *evidentem Ecclesiae utilitatem',* atque in comperto prorsus est hanc postremam rationem intelligi quoque de canonicis, qui in ecclesia collegiata aut cathedrali curam habente animarum, ad huius curae exercitium deputantur, quoties eodem exercitio detinentur aut impediuntur quominus choro intersint. Verum, quum, ut saepius definitum est, ecclesia de cuius utilitate agitur, eadem esse debeat cuius sunt distributiones, prono sequitur alveo, non posse ad has percipiendas admitti eos, qui quum sint canonici, v. g. in cathedrali, curam agunt animarum in parochialibus ecclesiis ab eadem cathedrali diversis et alienis, quoties huius curae exercitio detinentur, quia, ut omnes intelligunt, nulla exinde utilitas in cathedralem redundat.

Obstat etiam, in casu, explicita legis dispositio, nempe Const. *Cupientes* S. P. Pii V, d. 8. iul. 1568, qua statutum fuit ut parochi districte tenerentur in sua paroecia residere, adeo ut obtinentes canonicatum, ex legitima dispensatione, in cathedrali seu in collegiata ecclesia a sua paroeciali diversa, tantummodo praebendae fructus, non autem distributiones tuerentur, prout explicat Fagnanus, in c. *Licet, De praeb.,* n. 121. Etenim, ut innuit Benedictus XIV, *Istrus.,* CVII, n. 56, in hoc casu cura animarum non ipsi canonicatui inhaerere dicitur, sed beneficiis paroecialibus prorsus distinctis et separatis a canonicatu; nec ideo fas est utriusque onera et fructus ad invicem compensare. Cfr. etiam Santi, *Inst. can.,*

in tit. IV, *de cler. non resid.;* de Herdt, *Prax. Capit.,* c. XXVIII, etc. *Monit. eccl.,* 1910, (vol. XXII), p. 499.

Quibus praesuppositis, facile evincitur, iuxta capitulares recurrentes, canonicos parochos in casu non posse percipere distributiones. Etenim non agitur de cura quae ipsis canonicatibus inhaereat quia cura parochialis a saec. saltem xvrn ab ecclesia cathedrali per Episcopum translata fuit in alias quatuor ecclesias noviter erectas, certis bonis assignatis unicuique ex dictis ecclesiis. Hinc etiam contigit ut parochi tunc et deinceps, communi forma ab Episcopis pleno iure fuerint instituti.

Quod si recentiore, ut diximus, aevo, quadam conventione firmatum est ut Parochi electi, canonici quodammodo fierent, licet (quod non conceditur) ea ratione unio effecta fuisset canonicatuum quorumdam cum paroeciis, semper tamen instat praescriptum Constit. S. Pii V, *Cupientes,* ex quo ipsi canonici parochi, quum teneantur residere in sua parochiali lucrari possunt « fructus et redditus omnes Canonicatus, exceptis tamen distributionibus » de quibus nunc agitur.

Nec opponere iuvaret, addunt Capitulares, in conventione ipsa supradicta illud cautum fuisse quod parochi in casu « servitio Ecclesiae Cathedralis, prout ceteri omnes, *excepto tamen tempore quo Curae animarum exercitio sunt detenti,* mancipentur » atque id consuetudine taliter firmatum et acceptum esse ut « iam a triginta ultra annis qui curam gerunt animarum in hac civitate semper habiti sunt tanquam moraliter praesentes in choro ». Fortius enim consuetudine et conventione in casu obsistit vetitum Concilii Tridentini, sess. XIV, c. 12, *de Ref.* quod explicit clausula « non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ». Ad rem Reiftenstuel (in Lib. III *Decretal,* tit. IV, n. 173): « Adeo data « conclusio procedit, ut consuetudo percipiendi distributiones quotidia- « nas in absentia non valeat sive introducta fuerit ante relatam Constitutionem Bonifacianam, sive post; quia Constitutio Bonifacii VIII non « solum simpliciter derogat consuetudini recipiendi distributiones in « absentia, sed etiam ipsi resistit, eamque reprobat ut iniquam et irra- « tionabilem, prout liquet ex illis verbis : *Consuetudinem quae in quibus- « dam partibus inolevit, etc., penitus reprobantes* ». Idem docent fere omnes Canonistae, velut Fagnanus, in c. *Licet, de Praeb.,* n. 77 et 79; Garcías, *de Benef,* p. 3, c. 2, n. 430; Barbosa, *de Canon, et Dignitatib.,* c. 22, n. 22; De Luca, *de Can. et Capit.,* disc. 3, n. 3, et in *Adnot. ad Conc. Trid.,* disc. 1, n. 16; Piton., *Discept, eccl.,* in disc. 23; n. 16 et 17 atque disc. 112, n. 29; Ferraris, v. *Distributiones,* art. 2, n. 1; De Herdt, *Praxis Capitular.,* c. 30, § 8; Pallottini, 1. c, ubi addit: « Lex enim Tri- « dentini tanti est roboris ut nedum ulla inveni possit eidem contraria

« consuetudo etiam immemorabilis, sed ne iurata quidem Capituli Con-« stitutio, ut docet Fagnanus, in c. *Licet de Praeb.,* n. 92, licet auctoritate Episcopi roborata». Idemque semper docuit H. S. C. velut in Anagnina, *Distributionum,* 29 feb. 1744; Illerden., *Absentiae et Distribut.,* 3 mart. 1792; Derthonen., *Constit. Capit,* 12 sept. 1829; Ipporegien., *Servitii Chori,* 30 ianuar. 1830; Vaivén., *Distribut.,* 23 apr. 1853; Signina* 29 iul. 1854; Tranen., *Distribut.,* 20 dec. 1862 (Cfr. Card. Gennari, *Consultazioni morali-canoniche-liturgiche,* vol. II, pag. 283).

In themate observant praeterea Capitulares recurrentes, consuetudinem et conventionem non posse adduci quoad distributiones ordinarias seu quotidianas; bene vero aliquid operari posse circa *extraordinarias* seu eventuales, ut communis doctrina est (Cfr. Bened. XIV, *Instit,* cap. VII, n. 58; Piton., *Discept.,* 1 ; Scarfant., *ad Ceccop.,* 1. II, t. X, n. 1) ac semper tenuit haec S. Congregatio, sub clausula tamen « dummodo « oblatorum vel testatorum non obstet voluntas ». Hinc concludunt, nisi potius sit in casu, allegatam conventionem et consuetudinem damnare, prout reprobatas in textu Concilii Tridentini, eas interpretari et sustinere licebit, tantummodo quoad fructus praebendae, vel ad summum quoad distributiones extraordinarias, de quibus in casu nulla fit quaestio.

b) Argumenta favore Curatorum adducta. - Ius quod attinet, canonici curati, adversariorum allegationes minime respuunt, nec inficiantur causam legitimae absentiae in casu non posse invocari, nisi evidentem utilitatem ecclesiae de cuius distributionibus agitur; itemque concedunt omnino non esse admittendos ad distributiones qui curam animarum exercent in ecclesiis *prorsus extraneis, nullaque ratione pertinentes* ad illam, cuius sunt controversae distributiones. Sed nihil ultra. Sufficit enim textus ipsos ex adverso citatos legere, ut statim appareat vetitum illud restringendum esse ad curam exercitam in ecclesiis omnino *aliis* a cathedrali, seu ad Capitulum neque actualiter, neque habitualiter, nec ulla alia ratione spectantibus. Etenim S. P. Pius V, in Const, *Cupientes,* loquitur de his tantummodo, qui, quum sint Canonici, onus habent curae animarum in ecclesia a canonicali *prorsus extranea :* adeo ut iuxta Fagnani explicationem « legitima dispensatione » opus sit, ut utrumque beneficium quis possideat : nec aliter Benedictus XIV in 1. c. *(Istruz.,* CV1I, n. 56) ubi recte arguit in hypothesi de vera et reali distinctione inter canonicatum et parochiale beneficium. Ex recentioribus vero sufficit ipsum De Herdt adducere, qui, 1. c, *Prax. Capit,* c. XXVIII, communem doctrinam ita contrahit: «Extra ecclesiam cathedralem non licet « Canonico eiusdem ecclesiae exercere animarum curam, *quae nec aciua-« Uter nec habitualiter ad Capitulum spectat:* nam hoc cum canonicatu

« incompatibile videtur. Excipitur tamen si Apostolica adsit dispensatio, « quo in casu Canonicus in parochiali ecclesia residere debet, et eodem « tempore fructus praebendae dumtaxat Canonicatus lucratur ». In quo textu scriptor hic prae oculis habere videtur saepius relatam a Canonistis resolutionem H. S. C. in *Venusina* diei 30 iulii 1763, quae ita sonat: « Distributiones amittunt curam animarum exercentes in alia « ecclesia, *quae ad Capitulum non pertinet, neque actualiter, neque habi- « tualiter ».*

At quidem, in casu, contendunt canonici curati, nullo modo posse suas ecclesias dici extraneas, alienas, non pertinentes ad cathedralem. Ad hoc e vincendum sufficit iuxta eos recolere: I° Antiquitus, nemine dissentiente, ante saec. XVII, universam curam parochialem in civitate *N.* fuisse omnino apud Capitulum. *T* Saeculo xvni divisum fuisse quidem territorium, sed ita ut parochialitas, seu cura, saltem *habitualis,* manserit integra in cathedrali. Argumento sunt Statuta capitularia, adhuc vigentia, in quibus legitur: « Ecclesia parochialis ipsa Cathedralis est, ceteraeque « omnes in quibus cura exercetur animarum, sunt filiales et *vicariae paro- « chiales* illius; *Oeconomi* autem appellantur qui eamdem curam gerunt » ; ac propterea - monent eadem statuta - « quod ad curam *actualem* inducti « sunt Oeconomi parochiales, illis numquam de iure nomen titulusque « Parochorum aptatum est »; et revera in omnibus actis capitularibus, non excepta Conventione cuius verba recitavimus, numquam nominantur Parochi simpliciter, sed cum addito correctivo: « Canonici Parochi « seu potius Oeconomi Curati ». Nec solum de denominatione res est, verum etiam de iuribus plurimis, quae sibi reservat, tamquam universalis paroecia, ecclesia cathedralis quaeque Canonici-curati, non contradicentibus Capitularibus, ita recensent: « *a)* Sola cathedralis *erigit « crucem* in exequiis defunctorum totius civitatis; *b) pro matrimoniis* « ubicumque celebrandis, ipsa cathedralis certum exigit emolumentum; *«c) libros baptizatorum* conservat, atque ideo sua facit emolumenta in « actorum copiis extrahendis; *d)* in festo titulari cathedralis *tributum « quoddam cerae* a singulis paroeciis exigit; *e)* demum sola ecclesia paroe- « cialis *fontem baptismalem* habet, atque, quod caput est, omnes paroe- « ciani (id est omnes cives) *praeceptum paschale* in ipsa Cathedrali « adimplere debent ». Haec autem omnia non possunt competere nisi personae morali, seu ecclesiae habenti curam animai um saltem habitualem. Dici igitur nequit ecclesias in quibus canonici curati exercent animarum curam, *npn pertinere* ad cathedralem, sed immo tenendum huic illas habitualiter adhaerere ac propterea moralem praesentiam curam agentis in cathedrali continuari, ut verbis utamur ci. D'Annibale

(Summula, lib. III, n. 493): « quasi absentis Ecclesiae suae causa: atque « ideo si paroecia excitata sit in ipsa Cathedrali ».

c) Hic autem rerum status nostris temporibus minime immutatus est, sed immo luculentior evasit. Ut enim in *specie facti* observatum est, recentiore aevo Capitulum apud Gubernium contendit, et quidem cum effectu, sibi adhuc competere curam parochialem saltem habitualem, atque ita consecutum est conservationem eorum bonorum quae postea Gubernium ad paroeciarum dotationem addixit: quae bona, quum ex inita conventione a Sacro hoc Ordine approbata « nomine et utilitate paro« chorum a Capitulo, sicut in praeterito, simul cum Massa communi « administrari debeant », revera videtur universus rerum status rediisse omnino, saltem perdurantibus praesentibus rerum adiunctis, in eam conditionem, in qua cura animarum totius territorii erat apud Capitulum et per Capitulares exercebatur. Exinde profecto cura animarum ipsi beneficio canonicali adnexa censenda erat, vel saltem eius actuale exercitium agi nomine Capituli eamdem habitu retinentis: quod, nemine denegante, satis est ad evincendum controversum ius distributionum percipiendarum.

Quibus positis, ipsa conventio, in qua explicite statuitur « Canonicos « parochos seu potius Oeconomos Curatos, prout ceteri omnes servitio « Ecclesiae cathedralis mancipari, *excepto tamen tempore quo curae anima- « rum officiis sunt detenti* », minime censeri potest irrita et nulla, quasi legi canonicae adversetur. Est immo conventio *iuxta* legem dicenda, quia lex excludit quidem a percipiendis distributionibus canonicos qui curam gerunt in ecclesiis sub quocumque respectu extraneis, non tamen illos qui curam exercent in ecclesiis tantummodo materialiter diversis a cathedrali, ad quam, ut in casu, habitualiter referuntur, adeo ut omnino tamquam *pertinentiae* illius sint censendae. Atque prout talis ab hoc Sacro Ordine conventio illa approbata fuit; quae circumstantia omnem controversiam dirimere videtur. Nec admitti potest interpretatio restrictiva, quam *nunc* Capitulares eidem conventioni affigunt, quasi liceat *per eamdem* canonicos curatos fructus praebendae dumtaxat, non autem distributiones percipere : tum quia contra factum, non valet argumentum, et in facto est, prout a Capitularibus conceditur, iam a triginta annis et ultra, conventionem ita exsecutioni demandatam esse, ut curati animarum cura impediti universas distributiones sive quotidianas sive eventuales, non solos praebendae fructus, perceperint, et a punctaturis omnino soluti fuerint; tum quia frustra, ad fructus praebendae percipiendos, in hac hypothesi, exigeret conventio « Oeconomos curatos... « *servitio* Ecclesiae, cathedralis mancipari, *excepto tamen tempore* », etc.,

quia, iuxta Const. *Cupientes* S. P. Pii V, ad percipiendos praebendae fructus absque distributionibus nullum *servitium* requiritur, sed sola sufficit *residentia* in propria paroecia.

Resolutio. - His igitur ab utraque parte in medium deductis, iudicio Emorum Patrum S. C. Concilii, in plenariis Comitiis die 12 loco 13 decembris 1913 in Palatio Apostolico Vaticano habitis, dirimendum propositum fuit dubium supra relatum, nempe:

An tres Canonici-Curati Capituli Cathedralis N. praesentes in Choro habendi sint ad hoc, ut distributiones quoque omnes lucrari possint quae non sint stricte inter praesentes, quoties choro absunt ut paroecialibus incumbant ministeriis aut in paroecialibus ipsis Ecclesiis, aut in aliis intra ambitum uniuscuiusque paroeciae in casu.

Ad quod rescriptum prodiit:

« Attentis peculiaribus rerum adiunctis, iisque perdurantibus, *affir-« motive* ».

Quam Emorum Patrum resolutionem, Ssmus, in audientia die 15 eiusdem mensis et anni, infrascripto Secretario concessa, approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius*

II

DECRETUM

DE PROVISIONE OFFICIORUM ET BENEFICIORUM DURANTE BELLO

Cum vi praesentis belli quamplures presbyteri militari servitio mancipentur, ac proinde impendiantur quominus adimpleant conditiones pro assequendis officiis et beneficiis ecclesiasticis requisitas, opportunum visum est declarare et, quatenus opus sit, decernere praescriptionem SS. Canonum, sapientissimam illam quidem, de non protrahenda provisione officiorum et beneficiorum ultra sex menses a die habitae notitiae vacationis, huiusmodi perdurante impedimento, non urgere. Itaque haec S. Congregatio Concilii, auctoritate Ssmi Domini Nostri Benedicti Pp. XV, declarat, statuit ac decernit, tempore belli, integrum esse Ordinariis locorum collationem officiorum et beneficiorum vacantium differre ultra sex. menses, quoties et quousque peculiaria rerum et personarum adiuncta, prudenti eorum iudicio, id suadeant: speciatim

vero pro iis officiis et beneficiis quorum provisio per concursum, sive specialem, ad normam Const. *Cum illud* Benedicti Pp. XIV, sive generalem, fieri debet aut solet, eadem S. Congregatio, tenore praesentium litterarum, decernit collationem tituli protrahendam esse ubicumque et donec sacerdotes propriae cuiusque dioecesis ad militare servitium, belli caussa, adigantur; interim autem providendum esse, praesertim curae animarum in paroeciis vacantibus, per idoneos vicarios seu oeconomos, ad normam S. Concilii Tridentini Sess. 24, cap. 18 *de Ref.:* contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Concilii, die 14 novembris 1916.

£g F. CARD. CASSETTA, *Praefectus.*

L. % S.

O. Giorgi, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DUBIA

CIRCA EGRESSUM POSTULANTIUM E MONASTERIIS MONIALIUM

Sacrae Congregationi de Religiosis sequentia dubia, pro opportuna solutione, proposita sunt:

I. An puellae postulantes e monasteriis clausurae papali subiectis egredi possint, parentes vel notos invisendi gratia, aut alia de causa. Et quatenus negative:

II. Utrum ad huiusmodi egressum venia Apostolicae Sedis indigeant, an satis sit consensus Ordinarii.

Eadem S. Congregatio,"re mature perpensa, respondendum censuit :

Ad I. *Negative.*

Ad **U.** *Affirmative* ad primam partem; *negative* ad secundam.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis de Religiosis, die 7 novembris 1916.

í$í D. CARD. FALCONIO, Episcopus Veliternen., *Praefectus.*

L. © S.

f Adulphus, Episcopus Canopitan., *Secretarius.*

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIO

Litteris S. Congregationis de Propaganda Fide, Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV nominare dignatus est:

14 novembris 1916. — Revmum can. Petrum Fumasoni-Biondi, ad archiepiscopalem dignitatem evectum, *Delegatum Apostolicum in Indiis Orientalibus.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

ROMANA

COLLATIONIS BENEFICII

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 14 augusti anni 1916, Commissio Pontificia constans BR. PP. DD. Seraphino Manu, Aloisio Sincero et Maximo Massimi, Praelatis Auditoribus Sacrae Bomanae Rotae, in causa Romana - Collationis beneficii, *inter* Datariam Apostolicam *et* Revmum Capitulum Vaticanum, *circa collationem beneficii vacantis in Basilica Vaticana, in altera instantia, promota ab eodem Bevfho Capitolo contra sententiam diei 10 maii p. e. a prima Commissione Pontificia in eadem causa latam, quae altera instantia expresse a Sanctitate Sua permissa et concessa fuit, sequentem tulit sententiam definitivam.*

Die 10 nov. anni 1914, in civitate vulgo *Montefiascone,* diem supremum obiit Rev. Fridericus Savignoni, clericus beneficiatus Basilicae Vaticanae. Defuncti beneficium, cum huius vacatio in hebdomadam Capituli incidisset, Revmus Ascensus Dandini, canonicus de turno, contulit sacerdoti Bernardo Bocchini, qui iam a 23 annis Basilicae Vaticanae incardinatus erat. Hanc autem collationem impugnavit Apostolica Dataria, tum quia beneficium, vi Regulae IX Cancellariae, reservatum erat, tum quia, contra Bullam *Dum singularem* Leonis X, clerico non romano collatum fuerat. Hinc de iure Revmi Capituli ad conferendum dictum beneficium, et alia beneficia, pariter extra Curiam mensibus reservatis vacatura, aut ad ea clericis non romanis conferenda, orta est controversia inter praefatum Capitulum et Datariam Apostolicam. Porro hanc controversiam prior Commissio Pontificia, sententia diei 10 maii proxime elapsi, diremit.

Ad dubium quod his terminis concordatum erat: « An, attenta Bulla « Benedicti XIV *Ad honorandam,* facultas quam habet Capitulum Vati- « canum conferendi beneficia vacantia in sua Basilica, obnoxia sit reser- « vationi mensium contentae in Regula IX Cancellariae Apostolicae et « dispositioni Bullae *Dum singularem* Leonis Papae X », dicta Commissio respondit :« Ad primam et secundam partem dubii, *affirmative* ». Verum huic sententiae non acquievit Rmum Capitulum, et apud Ssmum institit, ut controversia novo examini subiceretur. Itaque Sanctitas Sua, per epistolam diei 9 iunii p. e. ab Emo Cardinali a Secretis Status subscriptam, novam Commissionem, uti supra, deputavit, quae controversiae finem imponeret. Cum igitur utrique parti terminus peremptoria, scilicet dies 11 iulii, praefixus fuisset ad deducenda nova iura et documenta, si qua fuissent, nova Commissio dubium iam in prima instantia concordatum accuratae disquisitioni subiecit, ut sequitur.

DE PRIMA PARTE DUBII. - « An, attenta Bulla Benedicti XIV *Ad hono- « randam,* facultas quam habet Capitulum Vaticanum conferendi bene- * ficia vacantia in sua Basilica, obnoxia sit reservationi mensium con- « tentae in Regula IX Cancellariae Apostolicae ».

Quo melius intelligatur hoc dubium, ponendae sunt sub oculis dispositiones Benedicti XIV in praefata Bulla; continentur in § 39, qui totus et solus agit de collatione beneficiorum.

Benedictus XIV distinguit tria genera beneficiorum, scilicet: 1) omnia et singula perpetua beneficia» simplicia quae in Basilica Vaticana existunt, quique beneficiatus aut clericatus beneficiati vocantur ; 2) omnia et singula alia beneficia a monasteriis, abbatiis, et prioratibus (Basilicae unitis aut subiectis) dependentia; 3) alia quaelibet beneficia « quae hacte- « nus Archipresbyter et Capitulum conferre consueverunt ». Quod ergo attinet ad haec tria genera beneficiorum, Benedictus XIV confirmat, favore Archipresbyteri et Capituli, ius conferendi illa beneficia; aut, pro quibusdam beneficiis, iura in iis instituendi, aut ad ea praesentandi, « quibus ad hunc diem Archipresbyter et Capitulum gavisi sunt ». Insuper confirmat Pontifex tum veterem consuetudinem, vi cuius Archipresbyter et Canonici praefata beneficia alternis hebdomadibus conferunt, tum antiquum usum circa formam expediendi litteras huiusmodi collationum aut provisionum. In fine, addit Pontifex hanc clausulam: « Salvo tamen nostro et Datariae Apostolicae iure quoad collationes « eorum beneficiorum, quae ex persona alicuius ea obtinentis, uni vel « pluribus respective aftectionibus et reservationibus apostolicis obnoxia, « quomodolibet vacare contingat ». Patet autem, in nostra specie, non

agi nisi de primo genere beneficiorum, scilicet de beneficiis perpetuis simplicibus, in Basilica Vaticana existentibus, de quibus proinde solis agemus.

Certum igitur est, attentis praefatis Bullae Benedictinae dispositionibus, Capitulum Vaticanum ius habere conferendi dicta beneficia, in Curia vacantia, in quocumque anni mense vacent. Certum etiam est idem Capitulum ius habere conferendi praefata beneficia, etiamsi vacent extra Curiam, modo vacent in quatuor mensibus qui in Regula IX Cancellariae Ordinariis concessi sunt. Tandem certum est Capitulum nullum ius habere collationis circa praefata beneficia, si ex *persona* beneficiatorum oriantur una vel plures reservationes aut affectiones, ubicumque, quandocumque et quomodocumque vacent; v. g., si beneficiatus sit Papae familiaris, Collector, Cubicularius, Protonotarius, etc. Hanc autem exceptionem, quam ipse Benedictus XIV generali concessioni Capitulo Vaticano a se factae apponit, intelligi debere de sola reservatione *personali,* propter sensum obvium et naturalem verborum, admitti potest, quin tamen inde sequantur consectaria, quae Capitulum deducit, ut infra dicetur.

Haec ergo certa sunt; quaeritur autem an dicta facultas Capituli Vaticani praefata beneficia conferendi sit obnoxia reservationi mensium contentae in Regula IX Cancellariae Apostolicae. Affirmat Dataria Apostolica, negat vero Revmum Capitulum Vaticanum.

Ante omnia dicendum est beneficia minora Basilicae Vaticanae, *per se,* obnoxia esse praedictae reservationi mensium, contentae in Regula IX. Verba enim huius Regulae respiciunt « omnia beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, saecularia et quorumvis ordinum « regularium, *qualitercumque qualificata et ubicumque existentia,* in « singulis ianuarii, februarii, aprilis, maii, iulii, augusti, octobris et « novembris mensibus, usque ad suae voluntatis beneplacitum, extra « Curiam Romanam alias quam per resignationem vacatura » : quae verba: *«omnia beneficia... qualitercumque qualificata* et *ubicumque existentia* », ita generalia sunt, ut exceptionem pro beneficiis Urbis fieri non patiantur; tanto magis quod Pontifex, nolens sibi reservare illa beneficia, quando in Urbe vacant, praecise distinxit locum vacationis et reservavit sibi tantum beneficia *extra Curiam* vacantia. Quoad autem locum, ubi sita sunt beneficia, nullam fecit distinctionem, sed reservavit sibi praedicta beneficia *ubicumque existentia;* signum ergo apertum est beneficia quaecumque, etiam beneficia Urbis, dictae reservationi obnoxia esse. Quod etiam confirmatur ex eo quod Pontifex ab hac generalissima reservatione non excipit nisi beneficia a Cardinalibus conferri solita, aut

de quorum collatione aliter in concordatis statutum est: exceptio enim firmat regulam in contrarium, uti certissimum est. Unde, cum, anno 1663, sub Alexandro VII, quoddam beneficium minus Capituli Vaticani extra Curiam per mortem beneficiati in mense reservato et in hebdomada Capituli vacasset, hoc beneficium obnoxium esse reservationi Regulae IX Cancellariae decisum est ab illa Congr. particulari, quatuor Praelatis Romanae Curiae constante, de qua loquitur Riganti, *In 1 partem Regulae IX Cancellariae,* § 3, n. 25; cuius decisionem recepit et firmavit Alexander VII in suo Motu proprio diei 4 aprilis anni 1664; qui Motus proprius Regulam IX Cancellariae nullo modo mutavit, aut extendit, sed tantum declaravit quoad casum manifeste in ea contentum. Unde cum idem casus contigisset anno 1671, sub Clemente X, et anno 1701, sub Clemente XI, idem Motus proprius Alexandri VII observatus est; imo Clemens XI, novo Motu proprio, *Alias sicut accepimus,* diei 4 maii 1701, declarans et interpretans dictam Regulam IX Cancellariae, decrevit, ut *etiam pro perpetuis futuris temporibus,* quoties idem casus contingeret, collatio beneficii Summo Pontifici reservata maneret.

Itaque quaeritur utrum Benedictus XIV, in Const. *Ad honorandam,* § 39, collationem praedictorum beneficiorum, sic, *per se,* reservationi Regulae IX subiectorum, Capitulo Vaticano concesserit. Hanc collationem Capitulo non concessit *expresse,* ut patet, et hoc est extra controversiam; quaerendum ergo est, utrum hanc collationem concesserit saltem *tacite.* Porro haec tacita concessio deduci nequit nisi ex voluntate Pontificis ampliandi iura Capituli Vaticani, aut ex formula finali § 39 supra recitata: « Salvo tamen nostro et Datariae Apostolicae « iure, etc. », aut ex amplissimis clausulis in fine Bullae, § 67, appositis, quibus Pontifex Regulis Cancellariae derogat.

Atqui deduci nequit ex voluntate Pontificis ampliandi iura Capituli. Initio paragraphi 39, revera declarat Pontifex se iura, facultates et iurisdictiones Archipresbytero, Capitulo et Canonicis competentia circa collationem beneficiorum, et circa administrationem ecclesiarum Basilicae unitarum, asserere, confirmare et respective declarare et *ampliare velle.* Sed dubium est utrum hoc verbum *ampliare* respiciat collationem beneficiorum, aut administrationem ecclesiarum Basilicae unitarum. Imo probabilius est ampliationem non respicere nisi administrationem ecclesiarum; nam, quoad collationem beneficiorum, Pontifex satis habet approbare et confirmare quod hucusque factum est; nec ullibi adhibet particulam, qua declaret se velle, quoad hoc, ampliare iura Capituli, aut supprimere praefatam legem et usum vigentem de reservatione beneficiorum extra Curiam mensibus apostolicis vacantium ; quoad alterum

autem punctum, scilicet administratio nem ecclesiarum Basilicae unitarum, plura Capituli iura, indulta, privilegia, in sequentibus paragraphis declarat, ampliat et extendit, cf. praesertim §§ 45, 51, 57, 58, 59. Sed quidquid id est, ex verbis dubiis, obscuris et ambiguis, deduci nequit ampliatio certa privilegiorum Capituli, multoque minus tacita concessio collationis beneficiorum Regulae IX Cancellariae subiectorum.

Nec haec tacita concessio deduci potest ex formula finali § 39, iam supra recitata: «Salvo tamen nostro et Datariae Apostolicae iure quoad « collationem eorum beneficiorum, quae *ex persona* etc. » ; ex quibus verbis Revma Commissio Capitularis efficaciter demonstrari contendit Pontificem tacite Capitulo Vaticano concessisse collationem beneficiorum vi Regulae IX reservatorum. Et hoc est principalissimum argumentum, quo nititur dicta Commissio. Verum neque hoc argumentum tenet. Ut enim concessio tacita, praesertim in re iuribus Apostolicae Sedis praeiudiciali, affirmari possit, necesse est ut clare deducatur ex verbis concessionis, ita ut vitari non possit, et verba concessionis aliter intelligi nequeant: « Opus est, ait Rota in *Tirasonen. - Prior atus,* diei 19 novembris an. 1691, « coram Molines (quam in extenso ex scribit Pitonius, *Disceptationes eccles.,* « discept. .25, n. 30 seq.) ut talis sint efficaciae huiusmodi verba (con« cessionis), ut pernecesse concludant exclusionem dd. reservationum, « sintque cum illis incompatibilia, et trahi non possint ad aliam iuridicam «interpretationem». Porro, ex verbis concessionis in § 39 Bullae contentis, concessio tacita, de qua agitur, non clare et necessario sequitur. Utique, si Pontifex dixisset: « Concedo Capitulo Vaticano facultatem con« ferendi omnia beneficia *etiam reservata, salvo iure nostro quoad reser«vata ex persona»,* forsan inde deduci posset Pontificem reliquisse dispositioni Capituli beneficia reservata alia ratione, v. g. ratione temporis seu mensis; cum enim non sint nisi quatuor species reservationum, ratione scilicet rei, personae, loci et temporis (de reservatione ratione rei hic non agitur), Pontifex, retentis sibi tantum beneficiis reservatis ratione personae, alia beneficia reservata, v. g. ratione temporis, reliquisse videretur dispositioni Capituli; inclusio enim unius est exclusio alterius. Verum nequaquam Pontifex dixit: « Concedo Capitulo faculta« tem conferendi beneficia, *etiam reservata* », sed tantum: « Concedo, seu « assero et confirmo, Capitulo facultatem conferendi omnia perpetua he« neficia simplicia, quae existunt in Basilica Vaticana »; quae concessio generalis non extenditur ad reservata; sicut enim facultas absolvendi a peccatis, non extenditur ad reservata (cap. *Si episcopus, 2, De Paenitentiis et Remissionibus,* in VI), nec facultas dispensandi a votis extenditur ad reservata, sic nec facultas aut privilegium conferendi beneficia,

extenditur ad reservata, sed semper intelligi debet exercenda ad normam iuris communis, et ideo *salvis reservationibus apostolicis.* Cum ergo Pontifex non dixerit: « Concedo Capitulo facultatem conferendi beneficia « etiam reservata », non est locus applicationi principii: Inclusio unius est exclusio alterius; sed est loeus applicationi Regulae Iuris, D. L., XVII, 195 : « Expressa nocent, non expressa non nocent ». In formula ergo finali § 39, Benedictus XIV memorat solas reservationes ratione personae, non quia has solas sibi retinet, sed quia erant fréquentions usus, dum reservatio ratione temporis est rarissima et per accidens, saltem pro Capitulo Vaticano, in quo, de facto, casus huius reservationis a tempore Alexandri VII non nisi ter aut quater contigit.

Aliis verbis, sunt duo genera beneficiorum: scilicet beneficia non reservata, et beneficia reservata. Quoad priora, Benedictus XIV, in § 39 Bullae *Ad honorandam,* ea plene dispositioni Capituli Vaticani reliquit; quoad autem beneficia reservata, haec nullo prorsus modo Capitulo concessit; iuxta enim omnes, concessio facultatis conferendi beneficia reservata non continetur in facultate conferendi beneficia. Quando igitur Pontifex, loquens de quadam specie horum beneficiorum reservatorum, nempe de reservatis ratione personae, haec se sibi retinere declarat, haec formula non significat Pontificem Capitulo alias reservatorum species concedere, cum *genus* non concesserit. Igitur hic non est locus applicationi principii: Inclusio unius est exclusio alterius: quod aliunde principium, in iure canonico, multis limitationibus obnoxium est, ut docet Barbosa, *Axiomata Iuris,* axioma 120, n. 11-17.

Hinc non sunt vera haec Rmae Commissionis Capitularis verba *(Novae deductiones,* pag. 7) : « At si (Pontifex) concessisset collationem « beneficiorum simplicium, salva reservatione mensium, ceteris reserva- « tionibus intelligeretur renunciasse, hoc ipso quod facultatem gene- « ralem illa sola reservatione limitatam voluisset. Hoc autem fecit, etc. ». Pontifex enim, in § 39 Bullae, concedens Capitulo Vaticano facultatem conferendi beneficia simplicia, hoc ipso facultatem illam limitatam voluit *omnibus reservationibus apostolicis;* quando ergo, in fine paragraphi, nominatim se sibi retinere declarat unam ex his reservationibus speciem, haec declaratio non significat Pontificem aliis reservationum speciebus renuntiare (alias sibi contradiceret), sed significat illum hanc speciem specialiter notare voluisse, vel quia erat fréquentions usus, ut supra dictum est, vel quia speciales erant circa illam difficultates, vel propter alias rationes quas interpres non tenetur afferre. Hic, ut iterum dicamus, est locus applicationi Regulae : « Expressa nocent, non expressa « non nocent ».

Ceterum probe scit doctissima Commissio Capitularis, Benedictum XIV, concedendo Capitulo collationem beneficiorum simplicium, et reservationes personales sibi retinendo, nullo modo aliis reservationibus renunciasse. Non enim, v. g., renunciavit reservationibus *ratione loci,* scilicet ratione vacationis apud Sedem. Norunt enim omnes etiam beneficia Urbis obnoxia esse reservationi ratione vacationis apud Sedem vel in Curia; scilicet quando beneficiatus est *Gurialis* et moritur apud Sedem seu in Curia. « Ad effectum, ait Riganti *In Regulam I Cancella-« riae,* § 1, n. 129, ut beneficia Urbis sint obnoxia reservationi ob vacatio-« nem apud Sedem seu in Curia, tria requiruntur, nempe quod defunctus « beneficiatus fuerit Curialis; quod hanc qualitatem retinuerit usque ad « obitum; quodquo in Curia decesserit ». Cf. etiam ibidem, n. 118, 124. Quinam sint autem Curiales, late exponit idem Riganti, ibid., n. 130 seq. Porro Benedictus XIV, in § 39 Bullae, non obstante formula finali huius paragraphi, dici nequit huic reservationi ratione vacationis apud Sedem renunciasse. Gonzalez ait, *Ad Regulam VIII (IX) Cancellariae,* Glossa 13, n. 35: « Ista reservatio vacationis apud Sedem est fortior et « vebementior et amplioris praerogativae omnibus aliis reservationi-« bus. Et propterea, nisi de illa fiat specialis et individua mentio, non « censetur comprehensa in quacumque dispositione Papae, nec narra-« tiva ». Pariter Riganti, loc. cit. n. 354. Et haec est unanimis doctorum sententia. Igitur Benedictus XIV, licet, in § 39 Bullae, videatur sibi retinere solas reservationes personales, et ideo, uti ait Rma Commissio Capitularis, aliis reservationibus renunciare, attamen reservationi locali non. renunciavit.

Et quod dicimus de beneficiis Curialium apud Sedem vacantibus, quod scilicet Pontifex horum reservationi non renunciavit, idem dici debet de pluribus aliis beneficiorum speciebus, v. g. de beneficiis quae resignantur in manibus Papae, resignationem acceptantis; de beneficiis quibus beneficiatus privatur per sententiam a Papa vel eius nomine latam; de beneficiis quae vacant vi decreti Pontificis *de dimittendo, eie* Certo nemo dicet Benedictum XIV his reservationibus renunciasse et Capitulum Vaticanum posse, data occasione, haec beneficia conferre ; et tamen haec beneficia non sunt reservata aut affecta ratione personae. Igitur, ut iterum dicamus, vera non sunt haec verba Revmae Commissionis Capitularis: « At si (Pontifex) concessisset collationem beneficiorum « simplicium, salva reservatione mensium, ceteris reservationibus intelli-« geretur renunciasse, hoc ipso quod facultatem generalem illa sola reser" « vatione limitatam voluisset. Hoc autem fecit, etc. ». Haec verba non sunt vera, et ideo falsum est Benedictum XIV, in clausula finali paragraphi 39,

retinendo sibi expresse solas reservationes personales, alias reliquisse dispositioni Capituli Vaticani. .

Remanent ergo amplissimae clausulae in fine Bullae, § 67, appositae, quibus Regulis Cancellariae Pontifex derogat: « Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris et Cancellariae Apostolicae Regulis », quarum tenores veluti de verbo ad verbum expressos esse declarat. Sed neque ex his clausulis deduci potest tacita concessio facultatis conferendi beneficia reservata ratione mensium. Nam: 1° In clausulis in fine Bullarum apponi solitis, quod caute animadvertendum est, nulla fit concessio, sed tantum removentur obstacula seu impedimenta quae concessionibus in corpore Bullarum factis obstare forte possent; quod etiam hic fecit Benedictus: unde dixit: « Non obstantibus, *quatenus opus est,* etc. »; id est, si forte aliqua aut plures concessiones supra factae in corpore huius Bullae contrariae sint uni aut pluribus Cancellariae Regulis, his Regulis derogamus; unde praedicta tacita concessio in his clausulis § 67 non est quaerenda. 2° Etiam seposita hac animadversione, dicendum est nullum argumentum ex praefatis clausulis deduci posse, unde probetur praefata tacita concessio. Nam huius indolis est Regula IX Cancellariae, mensium reservatoria, ut nihil ei contrarium concessum unquam censeatur, nisi huius Regulae fiat specialis et individua derogatio. Cuius ratio desumitur ex fortissimis et insolitis clausulis, quibus haec Regula munita est. Revera, in hac Regula IX, Pontifex, postquam sibi omnia beneficia extra Curiam vacatura in octo mensibus designatis reservavit, haec addit: « Volens... privilegia, etiam in limine erectionis concessa, et « indulta apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi bene« ficus, aut quod illa sub huiusmodi reservationibus nunquam compre« hendantur, etiam cum quibusvis derogatori arum derogatoriis, et for« tioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus et aliis « decretis, quorum tenores pro expressis haberi et latissime extendi « voluit, quibusvis personis et collegiis, cuiuscumque dignitatis, gradus, « status, ordinis et conditionis existentibus quomodolibet concessa, adver« sus reservationem huiusmodi minime suffragari ». His ergo verbis quilibet Pontifex, initio Pontificatus, dum renovat Regulas Cancellariae, et in specie hanc Regulam IX, supprimit omnia indulta aut privilegia, quae forte praedecessor, etiam cum clausulis insolitis et effrenatis, concesserit, conferendi beneficia reservata ratione mensium, et eo ipso, et quidem clarissime, voluntatem suam manifestat haec beneficia, hoc modo reservata, sibi semper et firmiter retinendi. Igitur hic applicari debet regula 81 Iuris in VI: « In generali concessione non veniunt ea quae « quis non esset verisimiliter in specie concessurus »; ideoque, nisi Pon-

tifex huius Regulae individuam mentionem faciat, nihil ei contrarium concedere censetur. Iam, ante tempora Alexandri VÌI (1655-1667), qui auctor est Regulae 71 (de qua infra), communis erat opinio doctorum, ad derogandum Regulis Cancellariae, praesertim notabilibus, notoriis, máxime iudicialibus (quae Regulae iudiciales opponuntur Regulis « diplo- « maticis », seu de modo conficiendi litteras), qualis est Regula IX, requiri derogationem specialem et individuam, quin sufficeret haec derogatio generalis: «non obstantibus Regulis Cancellariae»; ita docent Gomesius, *Commentaria in Regulas Cancellariae Apostolicae,* in Proemio ; Hieronymus Paulus Barcinonensis, *Praxis Cancellariae* (apud Riganti, in *Regulam 71 Cancellariae,* n. 16-17); Pyrrhus Corradus, *Praxis dispensationum Apostolicarum,* lib. 1, cap. 6, n. 13; Barbosa, *Clausula* 83, n. 37; Lotterius, *de Re beneficiaria,* lib. II, q. 39, n. 15-19, qui expresse agit de Regula reservatoria mensium. Sic etiam pluries S. Rota, v. g. in dec. 569, n. 7, parte II *Recentiorum,* in qua legimus : « Praedictis addendum videbatur, « quod, quatenus praetendere tur concessum ius conferendi in mensibus « reservatis, fuisset necessaria specialis derogatio Regulae, ut pluries reso- « íutum fuisse in Rota testatur Sarnensis... Felinus, Rebuffus, Cassadorus, « Mandosa... Non obstat clausula *Quarum tenores,* et aliae ex adverso ponde- « ratae, quia sunt clausulae accessoriae, quae non ampliant principalem « dispositionem, sed tantum tollunt subreptionem... Idem respondetur ad «decretum irritans »; ita etiam in dec. 101, in *Urgellen. - Plebaniae,* 11 dec. 1730, coram Crescentio, n. 13, 14. Quae doctrina et iurisprudentia firmiores adhuc evaserunt post Alexandrum VII, qui septuaginta Regulis suo tempore vigentibus adiecit septuagesimam primam, vi cuius Regulae Cancellariae sub derogationibus generalibus non comprehenduntur, ideoque specialem et expressam derogationem requiruntur. Unde, attenta hac dispositione, sic concludit Riganti, in *Regulam LXXI Cancellariae,* n. 20: « Hodie, inspecta illius dispositione, supradictae clausulae minime « suffragantur, quia singulae Regulae Cancellariae, ut censeatur iis dero- « gatum, requirunt specialem et expressam mentionem, nec sufficiunt « clausulae, quamvis amplissimae et efficacissimae, habentes vim spe- « cialis et individuae expressionis. Unde licet clausula *Non obstantibus « Regulis Cancellariae, quarum tenores,* etc. praeseferat illarum indivi- « duam expressionem, et plura operetur, de quibus Viviani... attamen « hodie minime apta est derogationem Regulis praeseferre ». Et hoc probe noverat Benedictus XIV, qui, in Const. *Ad honorandam,* cum vellet derogare duabus in specie Regulis Cancellariae, scilicet Regulae XVIII *de iure quaesito non tollendo,* et Regulae LIV *de indulgentiis ad instar non concedendis,* illis specialiter et nominatim derogavit, dicens,

§ 67: « Non obstantibus Nostris et Cancellariae Apostolicae Regulis, « etiam de iure quaesito non tollendo, ac de indulgentiis non concedendis « ad instar ». Porro de Regula IX nullam, ne minimam quidem, mentionem fecit; signum ergo apertum est doctissimum illum Pontificem nullum huic Regulae contrarium privilegium aut indultum concedere voluisse.

Itaque demonstrari nequit Benedictum XIV tacite Capitulo Vaticano concessisse facultatem conferendi beneficia ratione mensium reservata. Sed, ad abundantiam iuris, licet admittamus hunc Pontificem hoc privilegium Capitulo concessisse, attamen Revmum Capitulum hoc privilegio uti nequit; etenim cum Pontifice concedente exstinctum est. Supra enim recitavimus clausulam Regulae IX, qua quilibet Pontifex, hanc regulam initio Pontificatus sui renovans, supprimit omnia indulta et privilegia a praedecessore suo concessa, huic Regulae contraria, etiamsi concessa fuerint « cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, et fortioribus, effi- « cacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis, « quorum tenores pro expressis haberi, et latissime extendi voluit ». Unde Clemens XIII, qui anno 175& Benedicto XIV successit, praefatum privilegium Capituli Vaticani, si unquam ei a Benedicto XIV concessum fuerit, omnino suppressit et annulla vit; quod tanto facilius fuit, quod hoc privilegium non nisi tacite et obscure concessum fuerit. Addenda est Regula XV Cancellariae, qua item novus Pontifex supprimit et annullat omnia indulta et privilegia, quibusvis personis a suis praedecessoribus concessa, disponendi de beneficiis reservatis ; licet enim haec Regula dicat: « Quibusvis *personis* concessa », attamen patet hic etiam agi de *personis moralibus,* seu de collegiis et capitulis, quia Regula loquitur etiam de beneficiis electivis, quae corpus electorum supponunt. Unde, si quis Pontifex alicui personae vel capitulo privilegium concedat conferendi beneficia reservata ratione mensium, hoc privilegium non durat neque durare potest nisi vivente Pontifice concedente, quibuscumque demum clausulis privilegium illud fuerit munitum. Ita unanimiter doctores, qui de hoc speciali puncto tractarunt: v. g. Lotterius, *De re beneficiaria,* lib. II, q. 39, num. 15-19; Pitonius, *Disceptationes eccles.,* discept. 150, n. 8, et *De Controversiis Patronorum,* Alleg. 100, n. 206-207; Riganti, *In I partem Regulae IX,* § 5, n. 41-42. Ita etiam constans iurisprudentia S. Rotae: cf. dec. 200 per totum, Parte IX *Recentiorum;* dec. 343, n. 8-11, Parte XVI *Recentiorum,* multasque alias, quas allegat Riganti, loc. cit. - In decis. 101, *Urgellen. Plebaniae,* 11 dec. 1730, coram Crescentio, S. Rota, attentis duabus regulis IX et XV Cancellariae, declarat nullum privilegium aut indultum vel conferendi beneficia reser-

vata ratione mensium, vel optandi beneficium mense reservato vacans (quae duo in Regula IX assimilantur) durare ultra vitam Pontificis concedentis, *nec dari posse casum in quo similia indulta operari valeant post obitum concedentis.* Et ratio harum decisionum clara est; Pontifex enim (uti etiam notat Lotterius, loc. cit.) legem imponere nequit successoribus suis; successor autem, renovando Regulas IX et XV Cancellariae cum suis clausulis, eo ipso et statim privilegium a praedecessore concessum e medio tollit. Igitur, etiamsi supponamus Benedictum XIV Capitulo Vaticano privilegium conferendi beneficia de.quibus agitur, etiam mensibus reservatis, concessisse, Clemens XIII, eius successor, praefatas Regulas renovando, hoc privilegium abrogasset; quod eo facilius fuisset, uti iam supra notatum est, quod hoc privilegium non nisi tacite et obscure concessum fuisset.

Quibus igitur omnibus attentis, quod attinet ad hanc primam dubii partem, respondemus, stante Bulla Benedicti XIV *Ad honorandam,* facultatem, quam habet Capitulum Vaticanum, conferendi beneficia suae Basilicae vacantia, obnoxiam esse reservationi mensium, in Regula IX Cancellariae Apostolicae contentae.

DE SECUNDA PARTE DUBII. - « An attenta Bulla Benedicti XIV *Ad hono-« randam,* facultas quam habet Capitulum Vaticanum conferendi bene-« ficia vacantia in sua Basilica, obnoxia sit... dispositioni Bullae *Bum « singularem* Leonis Papae X ».

Bulla Leonis X *Dum singularem,* edita anno Incarnationis Dominicae 1513, **XIV** kalendas aprilis, continet, in § 4, dispositionem sequentis tenoris: « § 4. Et quod Sancti Gregorii intra et Sancti Sebastiani extra « dictae Urbis muros, Sancti Benedicti et Cisterciensis Ordinum, et alia « monasteria ac prioratus, canonicatus et praebendas, dignitates, perso-« natus, administrationes et officia, ceteraque beneficia ecclesiastica, cum « cura et sine cura, in dicta Urbe et illius districtu existentia (Venerabi-« lium fratrum nostrorum praefatae Ecclesiae cardinalium titulis et deno-« minationibus, ac basilicae Beatorum Petri et Pauli et Lateranensis et « Beatae Mariae Maioris de eadem Urbe ecclesiarum archipresbyteratibus, « Sancti Laurentii et Sancti Sabae, intra eosdem muros, eorumdem Ordi-« num, dictis cardinalibus commendari solitis, monasteriis dumtaxat exce-« ptis), *non nisi Bomanis civibus conferri seu commendari,* aut alias de « eis, in alios quoquomodo, praeterquam si beneficia praedicta ex resi-« gnatione alienigenae vacarent, quae etiam alienigenis conferri valeant, « etiam per nos et Sedem Apostolicam disponi nullo modo possit; colla-« tionesque, provisiones, commendae, et aliae quaevis dispositiones de

« illis, etiam per nos et Sedem eamdem, etiam cum expressa praesentium « derogatione, etiam motu proprio et ex certa scientia, pro tempore factae» « nullius sint roboris vel momenti, nullumque alicui, etiam coloratum, « tribuat titulum possidendi ».

Unde, in summa, iubet Keo X, omnia beneficia Urbis (exceptis quibusdam, scilicet titulis cardinalitiis, tribus Archipresbyteratibus Basilicarum Urbis, et quibusdam monasteriis, cardinalibus in commendam dari solitis) non conferri nisi civibus Romanis, sub paena nullitatis.

Quaeritur ergo: I. Utrum facultas Capituli Vaticani conferendi beneficia Basilicae, sit obnoxia praedictae dispositioni; II. Utrum haec locutio : *cives Romani,* restringenda sit ad *originarios,* an comprehendat etiam *domiciliarios.*

Quod attinet ad primum quaesitum, affirmative respondendum est. Nam, ex una parte, Bulla Leonina confert populo et clero Romano privilegium maximi momenti, quod recte iuripatronatus passivo assimilatum est, scilicet quod beneficia Urbis, paucissimis exceptis, non nisi civibus Romanis conferenda sint. Porro dici nequit hoc privilegium cessasse cessatione subiecti: alia quidem privilegia, per Bullam Leoninam concessa, cessarunt cessatione subiecti, v. g. privilegia quae Bulla Conservatoribus Urbis concessit, quia nimirum hi conservatores omnino cessarunt; sed populus et clerus Romanus nullo modo cessarunt, ideoque beneficium illis inhaerens mansit; tanto magis quod « decet concessum « a Principe beneficium esse mansurum (Regula 16 Iuris in VI) »: et « favores convenit ampliari (Regula 15, ibid.) ». Ex alia parte, privilegium illud non cessavit revocatione, scilicet revocatione aut derogatione facta a Benedicto XIV in Bulla *Ad honorandam.* Nam haec Bulla non tangit Bullam Leoninam ; Bulla enim Benedictina, quod attinet ad beneficia Basilicae Vaticanae, non agit nisi de iure ea conferendi, non vero de qualitatibus aut dotibus promovendorum; igitur, sub hoc respectu, res in eo statu relinquit, in quo erant antea, scilicet sub dispositionibus Bullae Leoninae. Unde clausulae derogatoriae, quae in § 67 Bullae Benedictinae positae sunt, non veniunt ad rem; non enim erat cur Benedictus XIV Bullae Leoninae derogaret, cum in Bulla sua nihil contrarium Bullae Leoninae praeceperit, permiserit, disposuerit. Ceterum privilegium de quo agitur, nec usu contrario, aut non usu, cessavit, cum, e contra, testante Scriptore Datariae, beneficia Basilicae Vaticanae semper collata sint ad normam Bullae Leoninae, aut cum expressa illius dispensatione.

Quod attinet ad alterum quaesitum, responsio clara apparet ex ipso tenore § 4 supra relati, scilicet locutionem: *cives Romani,* restringendam

esse ad cives originarios, nec posse extendi ad domiciliarios, multo minus ad privilégiâtes. Iubet enim Leo X beneficia Urbis conferri solis civibus Romanis, « praeterquam si beneficia praedicta ex resignatione « alienigenae vacaverint, quae etiam alienigenis confèrri valeant ». Clarum est *civem Romanum* opponi *alienigenae,* id est civem Romae natum, ei qui alibi natus sit, cum hic sit sensus obvius et naturalis vocabuli *alienígena.* Insuper ex iisdem verbis, patet Leonera X unum casum a lege sua excepisse, scilicet quando quis alienígena possidet beneficium, illudque resignet; tunc enim Leo permittit ut illud conferatur etiam alienigenae. Sed fieri utique poterat ut alienígena, beneficii possessor, beneficium, ante resignationem, possedisset, per viginti, triginta, aut etiam quadraginta, et amplius, annos, et sic factus fuisset civis domiciliarius; nihilominus, remanet et vocatur semper *alienigena,* et eius beneficium dicitur *beneficium alienigenae,* ita ut etiam alienigenae conferri possit; signum ergo apertum est, in mente et voluntate Leonis X, ius civitatis, domicilio acquisitum, non profuisse ad acquirenda beneficia Urbis, sed requisitum fuisse ius civitatis, origine seu nativitate acquisitum. Igitur, licet in aliis materiis, et etiam in materia beneficiali, vocabulum *cives* comprehendat etiam cives domiciliarios (cfr. De Luca, *De Praeeminentiis,* disc. 37, n. 3; et in *Summario* n. 94, 100; Ferraris, *Bibliotheca,* v. *cives* n. 42, 54, 62), attamen, in specie nostra, sic volente Pontifice, locutio *cives Romani* restringi debet ad cives originarios. Et ita consuetudo legem interpretata est; quod testatur Riganti, *In Regulam XVII Cancellariae,* n. 179: « Talis etiam in casu nostro videtur sensus Dataria« riae et Cancellariae, quae, derogando indultis et privilegiis populi « Romani, supponit expresse ea concessa civibus originariis », quae consuetudo etiam ad nostra usque tempora viguit, testante Scriptore Datariae : « La prassi della Dataria è stata sempre costante nel porre questa « deroga nelle collazioni dei benefici di Roma agli esteri, come si riscon« tra nei *Libri Provisionum,* anche dell'epoca di Benedetto XIV » ; et plura exempla ab anno 1862 allegat, ex istis *Libris Provisionum* deprompta.

Unde etiam ad secundam partem dubii *affirmative* respondendum est, et ita quidem ut locutio *cives Romani* de solis civibus originariis intelligi debeat.

His igitur omnibus tam in iure quam in facto consideratis et bene perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores S. R. Rotae, specialiter a Sanctitate Sua ad hanc causam denuo cognoscendam et definiendam deputati, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae

oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, Revmum Capitulum Vaticanum, in collatione beneficiorum perpetuorum simplicium Basilicae, subiectum esse tum reservationi mensium in Regula IX Cancellariae contentae, tum dispositioni Bullae *Bum singularem* Leonis X, ideoque, confirmata sententia a priori Commissione Pontificia die 10 maii huius anni 1916 lata, respondemus:

Ad primam partem dubii: *Affirmative.*

Ad secundam partem dubii: *Affirmative,* intelligendo verba *cives Romani* de solis civibus originariis.

Datum Romae, die 14 augusti anni 1916.

Seraphinus Many, *S. R. Rotae Auditor.*
Aloisius Sincero, *S. R. Rotae Auditor.*
Maximus Massimi, *S. R. Rotae Auditor.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI.

Il giorno 14 novembre 1916, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eoli e Revmi Signori Cardinali, e col voto dei Rmi Prelati Officiali e Consultori teologi, si è tenuta altra nuova Preparatoria Congregazione dei Sacri Riti, per discutere due miracoli, che si asseriscono da Dio operati per intercessione della Serva di Dio Anna di S. Bartolomeo, Monaca professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi: i quali miracoli vengono proposti per la Beatificazione della medesima Venerabile.

Il giorno 28 novembre 1916, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi alla augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione Generale dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi che la compongono, hanno discusso dapprima sul dubbio detto *de tuto,* per la solenne beatificazione del Ven. Giuseppe Benedetto Cottolengo, Sacerdote, Canonico, Fondatore della Piccola Casa della Divina Providenza in Torino.

Indi hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico del Ven. Michele Garicoits, Sacerdote, Fondatore della Congregazione del Sacro Cuore di Gesù nella diocesi di Baiona.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

4 novembre 1916. — L'Emo signor cardinale Giulio Boschi, arcivescovo di Ferrara, *Protettore della Pia Società Feretrana dei Cento Parroci.*

8 novembre. — L'Emo signor cardinale Domenico Serafini, *Protettore della Congregazione delle Religiose dell'Assunzione.*

17 novembre. — L'Emo signor cardinale Giovanni Cagherò, *Protettore deir Istituto delle Suore Adoratrici del SSmo Sacramento, che hanno la Casa-Madre in Buenos Aires.*

— Mons. Augusto Boudinhon, *Consultore delle Sacre Congregazioni dei Sacramenti, del Concilio, e dei Seminari e delle Università degli Studi.*

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

15 novembre 1916. — Mons. Michele Zezza, vescovo di Pozzuoli.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

25 ottobre 1916. — Mons. Giuseppe Martin, della diocesi di Segni.
15 novembre. — Mons. Michele Glancey, dell'arehidiocesi di Birmingham.

Prelati Domestici di S. S.:

17 ottobre 1916. — Mons. Carlo Mause, della diocesi di Treviri.
19 ottobre. — Mons. Giacomo Coyle, della diocesi di Falls-River.
24 ottobre. — Mons. Giacomo Mastripietri, della diocesi di Pistoia.
— Mons. Paolo Badiani, della diocesi di Prato.
26 ottobre. — Mons. Giuseppe Romano, della diocesi di Cava e Sarno.
30 ottobre. — Mons. Augusto Boudinhon, rettore della chiesa di S. Luigi dei Francesi in Roma.
15 novembre. — Mons. Giuseppe Marcarelli, della dioc. di S. Agata dei Goti.
23 novembre. — Mons. Angelo Bonaiti, della diocesi di Cremona.
— Mons. Angelo Fongoli, della diocesi di Foligno.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

' La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 ottobre 1916. — Al sig. avv. Gennaro De Simone; dell'arehidiocesi di Napoli.
7 novembre. — Al sig. Arnoldo Cremer, della diocesi di Paderborn.
22 novembre. — Al sig. barone Lorenzo Zampaglione, dell'arehidiocesi di Napoli.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 ottobre 1916. — Al sig. Cario Driessen, della diocesi di Treviri.
— Al sig. Federico Springmuehl, dell'arehidiocesi di Colonia.
22 ottobre. — Al sig. Giovanni Redaelli, dellarchidiocesi di Milano.
27 ottobre. — Al s/g. Carlo Jaegle, della diocesi di Columbus (Ohio).
18 novembre. — Al sig. Andrea Coppa, dell'arehidiocesi di Milano.
23 novembre. — Al sig. Sante Ubaldi, della diocesi di Foligno.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

10 novembre 1916. — Al sig. Giovanni Oscar Kuehlen, dell'arehidiocesi di Colonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

20 ottobre 1916. — Al sig. Paolo Casini, di Roma.
22 ottobre. — Al sig. dott. Garlo Albizzati, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Coa Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

31 ottobre 1916. — Mons. Placido Ilario Henriques, della dioc. di Damao.
— Mons. Pietro Giovanni Elia Moniz, della medesima diocesi.
— Mons. Carlo Bajko, della diocesi di Vilna.
— Moas. Antonio Daniszewski, della medesima diocesi.
4 novembre. — Mons. Eugenio lannotta, della dioc. di S. Agata de Goti.
— Mons. Sebastiano Siciliano, dell'archidiocesi di Nola.
8 novembre. — Mons. Andrea De-Stefano, dell'archidiocesi di Amalfi.
24 novembre. — Mons. Pio Casetta.
— Mons. Luigi Campa.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa di S. S. :

24 novembre 1916. — Il sig. conte Riccardo Ceccopieri.

Camerieri d'onore in àbito paonazzo di S. S.:

8 novembre 1916. — Mons. Nicola d'Acunzo, dell'archidiocesi di Napoli.
— Mons. Silvio Fagiolo, sostituto della Sacra Penitenzieria Apostolica.

Cappellano d'onore extra Urbem ***di S. S.:***

28 settembre 1916. — Mons. Pasquale Marrocco, della diocesi d'Alife.

NECROLOGIO

25 agosto 1916. — Mons. Giovanni Lancaster Spalding, arcivescovo titolare di Seitopoli.

27 settembre. — Mons. Modesto Augusto Vieira, vescovo titolare di Archelaide, ausiliare dell'arcivescovo di Marianna nel Brasile.

6 novembre. ^- L'Emo signor cardinale Francesco Salesio Della Volpe, Camerlengo di S. R. Chiesa, Prefetto della S. C. dell'Indice.

9 novembre.— Mons. AntonioStillemans, vescovi di Gand.

Annus VIII - Vol. VIII Die 9 Decembris 1916 Num. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

i

Die 4 decembris 1916 in palatio apostolico Vaticano habitum est Consistorium secretum, cuius Acta ex ordine referuntur:

i. - ALLOCUTIO SS. D. N. BENEDICTI PP. XV
ET CREATIO CARDINALIUM S. R. E.

VENERABILES FRATRES

Quandoquidem quae huic Apostolicae Sedi undique solent deferri decernenda, non ea in Consistorio, ut olim, tractari possunt omnia - sunt enim frequentiora in dies, multaque ex iis dilationem non recipiunt - eum retineamus, quem a Decessoribus accepimus, praeclarum morem, ut si quid inciderit quod christianae reipublicae intersit, vobiscum, in solemnem coetum convocatis, communicemus. Ex eo genere gratissimum est Nobis quod rem licet ad vos afferre tam magnam tamque Ecclesiae opportunam, ut eius gratia haec aetas apud posteaos nobilis futura videatur. Codicem dicimus Iuris Canonici feli-

citer absolutum; quem Nos quidem, secundum vestra ipsorum vota, quamprimum promulgaturi sumus. Nam quo die insignia rite suscepimus Pontificatus maximi, id probe meminimus significatum Nobis a venerabili Fratre Nostro desideratissimo, Cardinali Antonio Agliardi, cum amplissimi Ordinis vestri nomine Nobis gratularetur.

Profecto, si quos alios, non vos fugit, Venerabiles Fratres, leges praescriptionesque, Ecclesiae matris providentia et cura, iam inde ab initio usque adhuc conditas, continuatione quadam accessionum per tot saecula in eum excrevisse quasi cumulum, ut eas omnes habere perceptas et cognitas vel iuris peritissimus quisque haud facile posset. Ad haec, multorum statuta canonum cum ob temporum commutationem iam non moribus congruerent, apte prudenterque erant novanda. Quo igitur melius, cum disciplinae emolumento, constaret quae iura et instituta valerent in Ecclesia, apparebat, ex Ecclesiae legibus componi codicem oportere, qui facile inter manus versari posset : id quod non solum Episcopi Clerusque exspectabant, sed omnes qui se Iuris Canonici studio dederant. Idem ipsum Apostolica Sedes cum sibi habuisset iam diu propositum, maximae tamen semper difficultates obstiterant quo minus ad rem incumberet. Scilicet provisum erat divinitus, ut huius tam insignis in Ecclesiam promeriti Pio X, sanctae memoriae Decessori Nostro, deberetur laus. Nostis, Venerabiles Fratres, qua is alacritate animi, vixdum inito Pontificatu, immensum paene opus inceperit, et qua deinceps sedulitate et constantia, quoad gubernacula Ecclesiae tenuit, sit prosecutus. Quod si non ei licuit inceptum absolvere, is tamen unus huius Codicis habendus est auctor, eiusque propterea nomen, ut Innocentii III, ut Honorii III, ut Gregorii IX,, Pontificum in historia Iuris Canonici clarissimorum, perpetuo posthac praedicabitur : Nobis satis fuerit si, quod ille effecit, promulgare contigerit. — Iam grati animi significationem a Iesu Christi Vicario universi et singuli sibi habeant quotquot e Sacro» Cardinalium Collegio, ex Episcoporum ordine, ex utroque Clero, ex iipso laicorum numero aliquid operae in hanc rem, pro sua,

quisque sollertia et industria, contulerunt. Quod cum facimus verbis Nostris perlibenter, simul suavi quodam iucundoque officio ac munere, quod ipse Nobis Decessor commiserit, fungi videmur. Praecipuas vero et laudes et grates libet hic agere dilecto Filio Nostro, Cardinali Petro Gasparri, qui quidem in confectione Codicis cum amplius oneris, quam ceteri, usque a principio sustinuit, tum egregiam suam non modo ingenii facultatem iurisque scientiam ostendit, sed etiam studii ac laboris perseverantiam, eamque ne postea quidem visus est intermittere, quam, Negotiis Publicis praefectus, gravibus aliis .coepit occupationibus distineri.

Itaque hoc maximi ponderis summaeque opportunitatis opus iure confidimus fore ut valeat multum ad ecclesiasticae disciplinae ñervos roborandos : quia enim notiores reddit Ecclesiae leges, ideo non parum earumdem observantiam adiuvat, idque cum fructu animarum et cum catholici nominis incremento. Hoc sane in quavis hominum societate, atque in ipsa civili universarum gentium consociatione usu venit, ut, ubi sollemnis est obtemperatio legibus, ibi in sinu pacis uberrime res floreant; ubi vero auctoritas legum negligi solet vel contemni, ibi, discordia .dominante et cupidine, privatim ac publice omnia perturibentur. Quod, si confirmatione indigeat, rerum cursu in quo sumus, maxime confirmatur. Horrenda belli huius insania, quae vastitatem affert Europae, nonne clamat quantum cladis et ruinarum possit exsistere, iis contemptis summis legibus quibus mutuae civitatum rationes temperantur? Cernere enim in tanta populorum confectione licet, vel res sacras, sacrorumque administros, etiam dignitate praestantes, quamvis divino ac gentium iure sanctissimos, indigne violari; vel quietos cives complures procul .a domo, matribus coniugibus Aliisque complorantibus, abripi ; vel urbes non munitas ac multitudines indefensas aëriis potissimum incursionibus vexari; passim terra marique talia patrari facinora quae horrore animum et aegritudine perfundant. At Nobis, hunc maiorum quasi acervum deplorantibus, et quidquid inique in hoc bello fit, ubicum-

que et a quoquo fiat, iterum reprobantibus, illud pergratum est votum, quod Deus evenire velit, ut quemadmodum cum promulgatione novi Codicis tranquillior Ecclesiae, ut speramus, ac fructuosior quaedam oritura est aetas, sic societati civili, restituto per iuris ac iustitiae verecundiam ordine, exspectata celeriter illucescat pax, quae gentibus rursus inter se amice compositis bonorum omnium pariat ubertatem.

Iam, antequam plurium ecclesiarum viduitati consulamus, placet, Venerabiles Fratres, in amplissimum Collegium vestrum aliquot egregios cooptare viros, qui aut illustrés ecclesias gubernando, aut gravissima alia munera gerendo, operam sollertiamqué suam Nobis admodum probarunt.

Hi sunt:

PETRUS LA FONTAINE, Patriarcha Venetiarum ;

VICTOR AMADEUS RANUZZI DE BIANCHI, Archiepiscopus tit. Tyrensis, Domus Nostrae Pontificalis Praepositus;

DONATUS SBARRETTI, Archiepiscopus tit. Ephesinus, S. Romanae et Universalis inquisitionis Assessor;

AUGUSTUS DUBOURG, Archiepiscopus Rhedonensis;

LUDOVICUS ERNESTUS DUBOIS, Archiepiscopus Rothomagensis;

THOMAS PIUS BOGGIANI, Archiepiscopus tit. Edessenus, Sacrae Congregationis Consistorialis Assessor;

ALEXIUS ASCALESI, Archiepiscopus Beneventanus;

ALOISIUS IOSEPHUS MAURIN, Archiepiscopus Lugdunensis;

NICOLAUS MARINI, Adiutor Noster a consiliis, idemque Signaturae Apostolicae a Secretis;

ORESTES GIORGI, Sacrae Congregationis Concilii Secretarius.

Praeter hos, qui nominati sunt, adlegere in Collegium vestrum decrevimus praestantes alios viros duos f quos tamen in pectore reservamus.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, creamus et renuntiamus S. R. E. Presbyteros Cardinales

PETRUM LA FONTAINE

VICTOREM AMADEUM RANUZZJ DE BIANCHI

DONATUM SBARBETTI

AUGUSTUM DUBOURG

LUDOVICUM ERNESTUM DUBOIS

THOMAM PIUM BOGGIANI

ALEXIUM ASCALESI

ALOISIUM IOSEPHUM MAURIN

et Diaconos Cardinales

NICOLAUM MARINI

ORESTEM GIORGI

Item duos alios, ut supra diximus, Cardinales creamus, et in pectore reservamus, quandocumque arbitrio Nostro renuntiandos.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris £g et Filii et Spiritus £g Sancti. Amen.

Restat, ut Venerabilium Fratrum Episcoporum Ordinum suppleamus.

II. - MUNUS CAMERARÏATUS S. R. E.

Postea Beatissimus Pater *Camerarium Sanctae Romanae Ecclesiae* renunciavit Emum et Revmum Dnum Card. Petrum Gasparri, a Secretis Status eiusdem S. S.

III. - PROVISIO ECCLESIARUM

In eodem Consistorio SSmus Dominus Noster has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Metropolitanae ecclesiae Valentinae praefecit R. P. D. Iosephum Marianum Salvador et Barrera, hactenus episcopum Matritensem-Complutensem.

Titulari archiepiscopali ecclesiae Diocletanae R. D. Petrum Fumasoni-Biondi, canonicum S. Mariae'trans Tiberim, officialem S. C. de Propaganda Fide, Delegatum Apostolicum in Indiis Orientalibus.

Cathedrali ecclesiae Bolivarensi R. P. D. Ulpianum Perez et Quiñones, hactenus episcopum Ibarrensem.

Cathedrali ecclesiae Matritensi-Complutensi R. P. D. Prudentium Melo et Alcalde, hactenus episcopum Victpriensem.

Cathedrali ecclesiae Ibarrensi R. D. Albertum M. Ordoñez, canonicum theologum cathedralis ecclesiae Conchensis in indiis.

Insuper Beatissimus Pater alios etiam iam renunciatos per Apostolicas, sive sub plumbo sive sub annulo Piscatoris, Litteras, Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS :

Metropolitanae ecclesiae Olomucensis Emum ac Rmum Dnum Leonem S. R. E. presbyterum cardinalem de Skrbensky, iam archiepiscopum Pragensem.

Metropolitanae ecclesiae Cassiopensis R. P. D. Philippum Prosperum Augouard, e Congr. Spiritus Sancti, iam episcopum Sinidensem, Vicarium Apostolicum de Congo Gallico superiore.

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Ancyranae R. P. D. Pellegrinum Franciscum Stagni, iam archiepiscopum Aquilanum, Delegatum Apostolicum in regione Canadensi.

Metropolitanae ecclesiae Cardiffensis~~ R. P. D. Iacobum Romanum Bilsborrow, O. S. B., iam episcopum Portus Ludovici in Africa insulari.

Metropolitanae ecclesiae Rothomagensis R. P.D.Ludovicum Ernestum Dubois, iam archiepiscopum Bituricensem.

Metropolitanae ecclesiae S. Iacobi de Cuba R. P. D. Felicem Ambrosium Guerra, iam episcopum titularem Hamathensem.

Metropolitanae ecclesiae Lugdunensis, cui adnexus est titulus *Viennensis Allobrogorum,* R. P. D. Aloisium Iosephum Maurin, iam episcopum Gratianopolitanum.

EPISCOPOS:

Cathedralis ecclesiae Christopolitanae R. D. Matthaeum Brodie, vicarium generalem eiusdem dioecesis.

Cathedralis ecclesiae Nottinghamensis R. D. Thomam Dunn, canonicum metropolitanae ecclesiae Westmonasteriensis.

Cathedralis ecclesiae Caiesensis R. D. Ignatium Le Ruzic, Administratorem Apostolicum eiusdem ecclesiae Caiesensis.

Cathedralis ecclesiae Haileyburensis R. P. D. Eliam Anieetum Latulipe, iam episcopum titularem Catennensem, Vicarium Apostolicum de Temiskamingue.

Titularis episcopalis ecclesiae Augilensis R. P. D. Antonium Aurelium Torres et Sanz, iam episcopum Centumfocensem.

Titularis episcopalis ecclesiae Eudoxiadensis R. D. Ioannem Pinardi, parochum in civitate Taurinensi, Auxiliarem Emi Card. Richelmy, archiepiscopi Taurinensis.

Titularis episcopalis ecclesiae Sobralensis R. D. Iosephum Tupinambá da Frota, parochum eiusdem civitatis Sobralensis,

Titularis episcopalis ecclesiae Aegearum R. D. Iacobum Victorem Mariam Rouchouse, alumnum Societatis Parisiensis pro Missionibus ad exteros, Vicarium Apostolicum Se-Ciuen. septentr.-occidentalis.

Titularis episcopalis ecclesiae Mactaritanae R. P. Emmanuelem Prat, Ordinis Praedicatorum, Vicarium Apostolicum Amoensem.

Titularis episcopalis ecclesiae Sasimorum R. D. Aemilium Bongiorni, vicarium generalem Brixiensem ac parochum mitratum S. Nazarii, Auxiliarem Rmi Episcopi Brixiensis.

Cathedralis ecclesiae De Pace R. D. Dionysium Avila, canonicum decanum metropolitanae ecclesiae Platensis ac doctorem in iure civili.

Cathedralium ecclesiarum Vaterfordiensis et Lismorensis R. P. Bernardum Hackett, C. SS. R., superiorem domus Redemptoristarum apud *Limerich.*

Cathedralis ecclesiae Leadénsis R. P. D. Ioannem Ieremiam Lawler, iam episcopum titularem Hermopolitanum et Auxiliarem Rmi Archiepiscopi S. Pauli de Minnesota.

Cathedralis ecclesiae Dromorensis R. D. Eduardum Mulhern, parochum loci *Innismacsaint* in dioecesi Clogheriensi.

Cathedralis ecclesiae Guaxupensis R. P. D. Antonium Augustum de Assis, iam episcopum de Pouso Alegre.

Cathedralis ecclesiae S. Rosae in Honduras R. D. Claudium Volio, parochum et vicarium foraneum de Alajuela.

Titularis episcopalis ecclesiae Almirensis R. D. Ioannem Baptistam Sproll, canonicum cathedralis ecclesiae Rottemburgensis et vicarium generalem eiusdem dioecesis, Auxiliarem Rmi Episcopi Rottemburgensis.

Cathedralis ecclesiae de Pouso Alegre in Brasilia R. D. Octavium Chagas de Miranda, parochum cathedra is ecclesiae de Campinas.

Titularis episcopalis ecclesiae Apolloniensis R. D. Petrum Segura Saenz, canonicum doctoralem metropo itanae ecclesiae Vallisoletanae, Auxiliarem Emi Card. Cos et Macho, archiepiscopi Vallisoletani.

Titularis episcopalis ecclesiae Chamachensis R. P. D. Leonidam Medina, iam episcopum Pastopolitanum, Auxiliarem Rmi Archiepiscopi Bogotensis in Columbia.

Cathedralium ecclesiarum Aeserniensis et Venafranae R. P. N colaum Rotoli, Ordinis FF. Minorum, doctorem in S. Theologia.

Cathedralis ecclesiae Ballaratensis R. D. Danielem Foley, parochum loci *Terang,* eiusdem dioecesis.

Cathedralis ecclesiae Portus Victoriae Seychellarum R. P. Ioannem Damascenum a Vovrai (in saeculo Georgium Lachavane), ex Ordine Minorum Capulatorum.

Titularis episcopalis ecclesiae Tenediae R. P. Evangelistam ab Usselle (in saeculo Latinum Henricum Vanni), ex Ord. Minorum Capulatorum, Vicarium Apostolicum Arabiae.

Titularis episcopalis ecclesiae Echinensis R. D. Eduardum Gimbert, gubernatorem ecclesiasticum in civitate *Valparaiso,* in ditione Cilena.

Cathedralis ecclesiae Guayaquilensis R. P. D. Andream Machado, S. L, iam episcopum Bolivarensem.

Cathedralium ecclesiarum Calvensis et Theanensis R. D. Calogerum Licata, doctorem in S. Theologia et in utroque iure, Substitutum Poenitentiariae Apostolicae.

Titularis episcopalis ecclesiae Letensis R. D. Carolum Reth, praelatum domesticum S. S., canonicum cathedralis Augustanae Vindelicorum, Auxiliarem Rmi Episcopi Augustani.

Cathedralis ecclesiae Amazonum R. P. D. oannem Irenaeum Joffily, iam episcopum titularem Sufetulensem.

Cathedralis ecclesiae Vicensis R. D. Franciscum Muñoz et Izquierdo, archipresbyterum cathedralis ecclesiae Barcinonensis.

Cathedralis ecclesiae Maioricensis R. D. Rigobertum Domenech et Valls, canonicum metropolitanae ecclesiae Valentinae.

Cathedralis ecclesiae Monoecensis R. D. Gustavum Vié, vicarium generalem Aurelianensem.

Cathedralis ecclesiae Dianensis R. D. Horontium Caldarola, canonicum poenitentiarium ecclesiae Bituntinae.

II

. - EMI PP. CARDINALES RUBRO GALERO ORNANTUR.

Die 7 decembris 1916 in palatio apostolico Vaticano habitum est Consistorium publicum, in quo Ssmus Dominus noster Purpuratorum Patrum galero ornavit, in primis Cardinales die 6 decembris 1915 creatos, nempe :

Emum ANDREAM FRANCISCUM FRÜHWIRTH,
Einum RAPHAELEM SCAPINELLIDI LÉGUIGNO,

deinde Cardinales die 4 decembris 1916 creatos, nempe:

Emum PETRUM LA FONTAINE,
Emum VICTORIUM AMADA EUM RANUZZI DE BIANCHI,
Emum DONATUM SBARRETTI,
Emum AUGUSTUM DUBOURG,
Emum LUDOVICUM ERNESTUM DUBOIS,
Emum THOMAM PIUM BOGGIANI,
Emum ALEXIUM ASCALESI,
Emum ALOISIUM IOSEPHUM MAURIN,
Emum NICOLAUM MARINI,
Emum ORESTEM GIORGI.

II. - PETITIO DE INTRODUCENDA CAUSA BEATIFICATIONIS VEN. IOANNIS BOSCO

Interea advocatus consistorialis Carolus Santucci, comes, tertiam et ultimam orationem habebat pro introducenda Causa Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Ioannis Bosco, sacerdotis, fundatoris

Congregationis Salesianae. Cum vero Rmus Promotor Fidei Sanctissimum rogasset ut S. Rituum Congregationi eadem causa remitteretur, Summus Pontifex respondit: *Ad Nostram Congregationem Rituum quae videat ac referat.*

UT. - PROVISIO ECCLESIARUM

Eadem die in Consistorio secreto, Beatissimus Pater has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Patriarchali ecclesiae Antiochenae Latinorum R. P. D. Ladislaum Zaleski, hactenus archiepiscopum tit. Thebarum et Delegatum Apostolicum in Indiis Orientalibus.

lituIari archiepiscopali ecclesiae Thebarum R. P. D. Ioannem Baptistam Nasalli-Rocca, hactenus episcopum Eugubinum.

Cathedrali ecclesiae Carolopolitanae R. D. Thomam Russel, praelatum domesticum S. S., parochum S. Patritii in civitate Washingtoniensi.

Cathedrali ecclesiae Brunensi R. D. Norbertum Klein, presbyterum Ordinis equitum teutonicorum et Praepositum Oppaviae in Silicia.

Titulari episcopali ecclesiae Cybistrensi R. D. Paulum Nègre, rectorem Seminarii Maioris Mimatensis, cum deputatione in Auxiliarem Rmi Episcopi Vivariensis.

Insuper Beatissimus Pater alios etiam iam renunciatos per Apostolicas, sive sub plumbo sive sub annulo Piscatoris, Litteras, Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Metropolitanae ecclesiae Olindensis R. P. D. Sebastianum Lerne da Silveira Cintra, iam episcopum titularem Orthosiensem.

Metropolitanae ecclesiae Bituricensis R. P. D. Martinum Izart, iam episcopum Apamiensem.

Titularis archiepiscopalis ecclesiae Mocissenae R. P. D. Ioannem Baptistam Vinati, iam episcopum Bosanensem.

Metropolitanae ecclesiae S. Iacobi de Venezuela (Caracas) R. D. Philippum Rincón Gonzalez, antistitem urbanum, parochum et vicarium foraneum dioecesis Emeriten. in Indiis.

Metropolitanae ecclesiae de Manila R. P. D. Michaelem O' Doherty, iam episcopum Zamboangensem.

Metropolitanae ecclesiae Pragensis R. P. D. Paulum de Huyn, iam episcopum Brunensem.

EPISCOPOS:

Cathedralis ecclesiae Omahensis R. P. D. leremiam Iacobum Harty, iam archiepiscopum de Manila.

Cathedralis ecclesiae Laquedoniensis R. D. Franciscum Maffei, canonicum poenitentiarium ecclesiae Bisaciensis.

Cathedralis ecclesiae Neocastrensis R. P. D. Eugenium Giambro, iam episcopum Sarsinatensem.

Cathedralis ecclesiae Lucionensis R. D. Gustavum Garnier, vicarium generalem Nivernensem.

Cathedralis ecclesiae Adiacensis R. D. Augustinum Simeone, canonicum cathedralis ecclesiae Massiliensis.

Cathedralis ecclesiae Fanensis R. D. Iustinum Sanchini, vicarium generalem dioecesis Ariminensis et parochum ecclesiae cathedralis.

Cathedralis ecclesiae Neo-Pampilonensis R. D. Raphaelem Afamador, vicarium generalem dioecesis de Socorro.

Titularis episcopalis ecclesiae Pergamensis R. D. Honoratum Halle, archipresbyterum cathedralis ecclesiae Montis Pessulani, Auxiliarem Emi Gard, de Cabrières, episcopi Montis Pessulani.

Titularis episcopalis ecclesiae Sebastensis R. D. loachim Mamede da Silva Leite, presbyterum dioecesis Gampinensis, ibidem visitatorem dioecesanum et protonotarium ad instar participantium, Auxiliarem Rmi Episcopi Campinensis.

Titularis episcopalis ecclesiae Europensis R. P. D. Tranquillum Guarnen, translatum ab ecclesia cathedrali Reatina.

Cathedralis ecclesiae Beatinae R. D. Franciscum Sidoli, canonicum archipresbyterum ecclesiae Placentinae.

Cathedralis ecclesiae Sarsinatensis R. D. Ambrosium Riccardi, vicarium generalem Feretranum.

Titularis episcopalis ecclesiae Germensis R. D. Ioannem Raynaud, vicarium generalem Tolosanum, Auxiliarem Rmi Episcopi Tolosañi.

Cathedralis ecclesiae Soanensis-Pitilianensis R. D. Recaredum Carlesi, iam vicarium generalem Tiburtinum.

Cathedralis ecclesiae Portus Ludovici in insula Mauritio R. P. Ioannem Murphy, e Congr. Spiritus Sancti.

Cathedralis ecclesiae Harrisòurgensis R. D. Philippum Mac Deviti, praefectum scholarum parochialium Philadelphiae.

Cathedralis ecclesiae Nursinae R. D. Vincentium Migliorelli, archipresbyterum ecclesiae cathedralis Maceratensis.

Cathedralium ecclesiarum Nepesinae et Sutrinae R. D. Aloisium Olivares, Congr. Salesianae, parochum S. Mariae Liberatricis in Urbe.

Titularis episcopalis ecclesiae Poglensis R. D. Raynaldum Muñoz, presbyterum dioecesis SSmae Conceptionis, gubernatorem ecclesiae loci cui nomen *Chillan* in Cile.

Cathedralis ecclesiae Pembrokensis R. P. D. Patritium Thomam Ryan, iam episcopum titularem Clazomen. et Administratorem eiusdem Pembrokensis dioecesis.

Cathedralis ecclesiae Dacchensis in Indiis Orientalibus R. P. iosephum Legrand, e Congr. Sanctae Crucis.

Cathedralis ecclesiae Apamiensis R. D. Petrum Marceillac, presbyterum archidioeceseos Tolosanae, ibique parochum ecclesiae S. Hieronymi.

Titularis episcopalis ecclesiae Basilinopolitanae R. P. D. Turibium Minquella et Arnedo, iam episcopum Seguntinum in Hispania.

Cathedralis ecclesiae Seguntinae R. D. Eustachium Nieto et Martin, presbyterum archidioeceseos Matritensis, parochum ecclesiae Purissimae B. M. V. Conceptioni in hac urbe dicatae.

Cathedralis ecclesiae Corcagiensis R. P. D. Danielem Cohalan, iam episcopum Vagen, et Auxiliarem eiusdem Corcagiensis dioecesis.

Cathedralis ecclesiae Mysuriensis in Indiis Orientalibus R. P. Hippo ytum Teissier, e Seminario Parisiensi ab exteris missionibus.

Cathedralis ecclesiae Iarensis seu S. Elisabeth R. P. D. Mauritium Patritium Foley, iam episcopum Tuguegaraoanum.

Cathedralis ecclesiae Lipensis R. D. Alfridum Verzosa, parochum loci *Bantay,* dioecesis Novae Segobiae.

Cathedralis ecclesiae S. Agathae Qothorum R. D. Iosephum de Nardis, parochum loci *Capri,* dioecesis Surrentinae.

Cathedralium ecclesiarum Maceratensis et Tolentinae R; D. Romulum Molaroni, canonicum praepositum cathedralis Pisaurensis.

Cathedralium ecclesiarum Luceoriensis et Zytomiriensis perpetuo canonice unitarum, R. D. Ignatium Dubowski, parochum et vice-decanum* cathedralis Zytomiriensis, cum deputatione in Administratorem ecclesiae cathedralis Camenecensis.

Titularis episcopalis ecclesiae Aegearum in Africa R. D. Michaelem Godlewski, magistrum academiae ecclesiasticae Petropolitanae, Auxiliarem Rmi Episcopi Luceoriensis et Zytomiriensis.

IV. - SACRI PALLII EXPOSTULATIO ET CONCESSIO

Deinde Beatissimus Pater sacrum Pallium expostulatum concessit ecclesiis *Lugdunensi, Bothomagensi, Bituricensi, S. Iacobi de Guba, Olindensi, S. Iacobi de Venezuela, de Manila, Valentinae, Pragensi, Fortalexiensi,* in metropolitanam evectae, *Tegugicalpensi,* in metropolitanam evectae.

V. - TITULI EMINENTISSIMIS PP. CARDINALIBUS ASSIGNATI

Tandem Beatissimus Pater assignavit:

Emo FRÜHWIRTH titulum Ss. Cosmae et Damiani, pro hac vice ad presbyteralem evectum;

Emo SCAPINELLI DI LÈGUIGNO titulum S. Hieronymi Illyricorum;

Emo LA FONTAINE titulum Ss. Nerei et Achillei;

Emo RANUZZI DE BIANCHI titulum S. Priscae;

Emo SBARRETTI titulum S. Silvestri in Capite;

Emo DUBOURG titulum S. Balbinae;

Emo DUBOIS titulum S. Mariae in Aquiro, pro hac vice ad presbyteralem evectum;

Emo BOGGIANI titulum Ss. Quirici et Iulittae;

Emo ASCALESI titulum S. Callisti;

Emo MAURIN titulum SS. Trinitatis in Monte Pincio;

Emo MARINI titulum S. Mariae in Domnica;

Emo GIORGI titulum S. Mariae in Cosmedin.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIAE

S. Congregationis Consistorialis decreto SSmus D. N. Benedictus PP. XV hanc, quae sequitur, ecclesiam de proprio pastore providit, scilicet:

1 decembris 1916. — Metropolitanae ecclesiae Lugdunensi praefecit R. P. D. Aloisium Iosephum Maurin, hactenus episcopum Gratianopolitanum.

SACRA CONGREGATIO
DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

VALIDITATIS BAPTISMATIS

Revmus Ordinarius S... haec retulit huic Sacrae Congregationi:

« Ad tribunal ecclesiasticum huius Dioeceseos inductus est quidam « casus circa validitatem matrimonii, quae validitas dependet a validitate «. baptismatis. Iamvero baptisma ita collatum fuit. Aderat piscina: mini- « stellus acatholicus protulit verba *ego te baptizo* consona ritui Ecclesiae; « at ipse non infudit aquam, nec sponsam submersit; sed, prolatis verbis, « ipsa sponsa descendit n piscinam et percurrens aquam, ip sa se sub- « mersit ».

Hinc petiit ut S. Congregatio respondere dignaretur: *An validum dici possit baptisma in casu.*

Adnotanda - I, Nulla difficultas in hac re oriri potest ex parte ministri, quatenus sectae acatholicae addicti. Non enim agitur de licita, sed de valida tantummodo collatione sacramenti.

II. Uti certum hic praesupponitur ministellura acatholicum protulisse integram formam: *ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Id satis aperte innuitur ex relatione ipsius Ordinarii, affirmantis ministellum protulisse verba: *ego te baptizo* consona ritui Ecclesiae. Iamvero ritus Ecclesiae tum latinae, tum graecae praescribit, uti formam substantialem baptismatis, formulam praedictam cum invocatione trium Personarum SSmae Trinitatis, quae tradita fuit directe a Christo Domino; ita ut si minister protulisset tantummodo verba: *ego te baptizo,* baptisma esset certo invalidum.

III. Casus, prout exponitur, manifestat, post prolationem formae evenisse applicationem materiae : *prolatis verbis, ipsa sponsa se submersit.* Communis doctrina est ad validitatem baptismatis non requiri unionem physicam materiae et formae, sed satis esse unionem moralem, quae habetur tum si fiat ablutio immediate antequam forma absolvatur, tum si fiat immediate post. Haec unio moralis videtur exstitisse in casu exposito, quia innuitur immediata successio inter prolationem verborum et descensum mulieris in piscinam. Proinde ex hoc capite non apparet ratio invaliditatis baptismatis.

IV. Sed potior et ineluctabilis difficultas contra validitatem baptismatis in casu exurgit ex applicatione materiae, quae minime facta fuit a ministro.

Doctrina catholica certissime tenet ab uno eodemque ministro poni debere materiam simulque formam baptismatis proferri; secus enim forma: *ego te baptizo, ego te abluo* falsitate laboraret. S. Thomas *(Summa Theol.,* III p., q. 67, a. 6 ad 3) ait: « dicendum quod ntegritas « baptismi consistit in forma verborum et in usu mai iae; et ideo neque « ille qui tantum verba profert, baptizat, neque ille q immergit. Et ideo, « si unus verba proferat et alius immergal, nulla forma verborum poterit « esse conveniens ».

Rituale Romanum (tit. 2, cap. 1, n. 10), paucis pers'ringens doctrinam catholicam circa praedictam unionem faciendam ab uno eodemque subiecto, praescribit: *idem sit aquam adhibens et verba pronuntians.*

At in casu exposito nulla ratione innuitur ministellum aliquid externe peregisse ad applicandam aliquo modo materiam subiecto, immo contra-

rium exprimitur. Dicitur enim: *ipse* (ministellus) *non infudit aquam, nec sponsam submersit, sed, prolatis verbis, ipsa sponsa descendit in piscinam, et per curr ens aquam, ipsa se submersit.* Patet igitur baptisma ex hoc capite invalidum censeri debere.

Emi ac Rmi Patres huius S. Congregationis, omnibus mature perpensis, in plenario conventu habito die 17 novembris 1916, proposito dubio: *An validum dici possit baptisma in casu,* respondendum censuerunt: *Prout proponitur, negative.*

f ALOISIUS CAPOTOSTI, Ep. Thermen., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

NARNIEN.

IURIUM

Die 12, loco 13 decembris 1913

Species facti. - * Olim in oppido *Calvi,* Narniensis dioecesis, duae erant paroeciales ecclesiae: altera Collegiata, sub titulo S. Mariae, altera S. Vaientini; illa tamen huic longe praevalebat, quippe quae, quum maiore frueretur numero sacerdotum, fere universam curam gereret, tum oppidanorum tum ruricolarum; in ea etiam omnes Confraternitates ceteraeque piae Uniones sedem habebant, quae de suis redditibus in expensas cultus divini non modicum conferebant. Extra moenia autem oppidi conventus Ordinis Minorum cum adnexa S. Francisci ecclesia exstabat, unde ruricolarum spiritualibus necessitatibus satis erat consultum. Igitur parochus ecclesiae S. Vaientini, in ea rerum conditione, nonnisi exiguam partem territorii oppidi suis pastoralibus curis excolebat; quin etiam haec altera S. Vaientini paroecia curam videbatur agere animarum potius vice paroeciae S. Mariae quam proprio nomine; et revera ad huius curae exercitium deputari solebat unus e canonicis ecclesiae collegiatae S. Mariae.

Verum, post editas civiles leges suppressionis, e suo conventu disce-

dere coactis Fratribus Minoribus, anno 1895 decrevit Episcopus ut parochus S. Valentini in ecclesiam S. Francisci sedem transferre!, atque noviter circumscriptis utriusque paroeciae finibus, ad paroeciam S. Valentini (deinceps S. Francisci denominandam) omnes ruricolas assignavit; ad paroeciam vero Collegiatam S. Mariae universum intra oppidi moenia territorium adiudicavit.

Hinc factum est ut christifidelium numerus sub curis paroeciae S. Valentini in ecclesia S. Francisci positorum, a 200 ad 800 increverit, complurimis nempe additis qui olim sub iurisdictione fuerant paroeciae S. Mariae. Ex huiusmodi vero translatione christifidelium ab una ad alteram curam, nonnulla, ut fieri solet, incommoda et difficultates suborta, quorum potiora et graviora iudicio S; Congregationis Concilii subiecta sunt, pro opportuna definitione et provisione. Nimirum r

a) In primis, quum non exiguos proventus ecclesia S. Mariae olim percipere soleret ex oblationibus fidelium occasione benedictionis animalium in festo S. Antonii Abbatis, quae fieri consueverat in Oratorio S. Antonii, quod erat, et perseverabat, in territorio ecclesiae Collegiatae S. Mariae, inhibere praetendebat huiusce ecclesiae parochus ne alter parochus benedictionem illam in sua ecclesia S. Francisci impertiret; dum ex adverso S. Francisci parochus ferre nolebat suos parochianos in altera paroecia huiusmodi benedictionem accipere et in eam propterea oblationes conferre.

b) Item, quum, ut diximus, Confraternitates et Piae Uniones, in ecclesia S. Mariae dumtaxat sedem haberent, cuius expensas pro divino cultu non parum levabant, contendit parochus S. Francisci, obsistente parocho S. Mariae, saltem ex his Confraternitatibus nonnullas ad suam ecclesiam sedem ponere, sin minus, favore suae quoque ecclesiae redditus erogare, oportere; ne videlicet pia fundatorum intentio, qui bono consulerant omnium paroecianorum, sive oppidum sive rura incolentium, defraudaretur.

c) Ex eadem causa, quod Confraternitates Piaeque Uniones oppidi sedem suam pergant habere in ecclesia S. Mariae exclusive, contigit ut subditi paroeciae S. Francisci his Confraternitatibus adscripti, quando sepulturam explicite non elegerint, deferri post obitum soleant a sodalibus suae Confraternitatis ad ecclesiam ipsam S. Mariae, cuius parochus exequias peragere praetendit; id quod parochus S. Francisci minime aequum esse putat.

d) Demum quaestio fit de quodam legato, in administrationem quidem a suo testatore can. Andrea Ronconi ecclesiae Collegiatae S. Mariae olim concredito, ea tamen lege ut in certo oratorio S. Iuvenali dicato adimpleretur. Quum enim in praesenti oratorium illud reperiatur intra

fines paroeciae S. Francisci, et Collegiata civiliter suppressa fuerit, contendit rector ecclesiae S. Francisci legatum illud ad se pertinere.

Ad has controversias componendas non parum adlaboravit Ordinarius: verum, quum utraque pars suis praetensis iuribus institisset, omnemque respueret propositam transactionem, e necessitate fuit haec eadem iura definire: ad quem effectum per distincta dubia, quaesitum est:

I. *Cuinam competat ius animalia benedicendi die festo S. Antonii Abbatis atque oblationes percipiendi, in casu.*

II. *An Confraternitates, quae sedem habent in ecclesia parochiali Sanctae Mariae, contribuere debeant pro expensis cultus favore ecclesiae S. Francisci, in casu.*

III. *An sodales dictarum Confraternitatum, qui expresse sepulturam non elegerint, debeant sepeliri in ecclesia S. Mariae, vel potius in propria paroecia, in casu.*

IV. *Cuinam spectet administratio pii legati Ronconi, in casu.*

Synopsis disceptationis. - Argumenta hinc inde deducta ad singula capita, sic breviter referri possunt.

I. *De primo dubio.* - In facto est, ab immemorabili, benedictionem animalium de qua agitur, peragi consuevisse in solo Oratorio S. Antonii, quod nunc reperitur intra fines paroeciae S. Mariae, atque ad illud Oratorium convenisse christifideles tum oppidum tum agros incolentes. Exinde deducitur, favore parochi S. Mariae, supradicto oratorio S. Antonii acquisitum fuisse per praescriptionem quamdam verum privilegium, ut dicunt, privativum, seu exclusivum, quoad utramque paroeciam. Agitur enim de consuetudine facti, quae quum non sit irrationabilis, et a maiore parte communitatis fuerit diu retenta, superiore ecclesiastico minime contradicente, « transit eo ipso in consuetudinem iuris... et *pro lege* non imme« rito custoditur » (D'Annibale, *Summ.* 1, 245 ss.). Stat itaque favore Oratorii S. Antonii, et ideo, indirecte, favore paroeciae S. Mariae, verum privilegium, quatenus certum est posse privilegium acquiri praescriptione seu consuetudine legitime praescripta; quod tralatitii iuris est, ex cap. *Novit.*, 13, de Iudic, et cap. *Super quibusdam,* 26, de V. S.

Sed ex adverso opponitur in casu locum non esse praescriptioni, nec consequenti privilegio, idque dupliciter: in primis quia agitur de *facultativis;* etenim certum omnino est benedictionem animalium in festo S. Antonii Abbatis nemini reservari, sed liberum esse cuique sacerdoti, sive parocho, sive non parocho, illam petentibus impertiri. « Quaedam sunt functiones - ait ci. D'Annibale *(Summ.* I, 98, n. 63) - « quibus aliquid iurisdictionis inest, unde vocantur parochiales; quae-

« dam autem, quae ex mera Ordinis potestate consistunt, et dicuntur « sacerdotales: *huiusmodi sunt benedictio* seminum, ovorum, *animalium,* « et similium ». Et pressius Ferraris: *«Benedictiones animalium* in die « festo S. Antonii Abbatis *dare, et oblationes recipere,* ab aliis Cappel- « lanis et Rectoribus aliarum ecclesiarum intra fines Parochiae existen- « tium » (a fortiori igitur extra hos fines) « nec prohibere nec impedire « valet parochus, quia inter functiones parochiales ista benedictio non « annumeratur » (s. v. *Benedictio,* art. V, n. 22; ubi plures decisiones S. G. G. et S. G. EE. et RR. allegat). Si autem in facultativis non datur praescriptio, multo igitur minus privilegium ex praescriptione in facultativis conceditur; ergo nullum privilegium acquiri potuit quoad benedictionem, de qua in casu.

Nec privilegium demonstrare licet ex eo dumtaxat quod *ab immemorabili* benedictio animalium peracta sit tantummodo in territorio paroeciae S. Mariae. Id profecto fuit, quia territorium de quo quaeritur ad unicam tunc pertinebat paroeciam S. Mariae; sed propterea nec *subiectum iuris* habebatur *adversus quod* praescriptio currere inciperet ; nullo igitur pacto incipere poterat ipsa praescriptio, iuxta effatum iuris: « actioni nondum natae non praescribitur ». Secus dicere oporteret, quoties in aliquo oppido, per unum vel plura saecula, una tantum habeatur ecclesia, hanc posse sibi acquirere et vindicare iu"s sive privilegium privative peragendi vel omnes ecclesiasticas functiones, etiamsi postea alia erigatur in eodem oppido ecclesia: quod absonum profecto censebitur. Speciatim vero circa benedictionem animalium in casu, pluries tenuit S. C. EE. et RR. (apud Bizzarri, *Collect.,* p. 292,1, ed.) non posse impediri quominus eam peragant vel sodales religiosi, qui domum cum ecclesia fundent in aliquo oppido, in quo antea fieri solebat in una tantum ecclesia: idemque a fortiori oportet statuere quoad noviter fundatam in oppido paroeciam, a primaeva prorsus independentem.

II. *De altero dubio,* quod respicit universas contributiones quas Confraternitates erogant in favorem ecclesiae S. Mariae, expeditior quaestio est. Nam onus probandi profecto incumbit rectori novae paroeciae S. Francisci, qui in his contributionibus ex novo partem habere contendit. Ille autem nullum titulum, nullumque iuridicum intentionis suae fundamentum adducere potest: etenim nulla ex Confraternitatibus sedem in ecclesia S. Francisci habet, nec ulla generali aut peculiari lege tenetur ad hanc ecclesiam quidquam conferre. Ceterum nec possibilitas seu capacitas praetensae contributionis adest: adeo enim tenues sunt in praesenti praedictarum Confraternitatum redditus, ut non solum nullum

excessum praestent, post persolutas necessarias expensas cultus in ecclesia S. Mariae, sed immo propter exiguitatem reddituum vel ipsa onera legatarum Missarum a pluribus iam annis adimpleri non potuerint.

Quae omnia suo testimonio confirmat Episcopus: « Mi è risultato « per l'ultimo ventennio che la rendita complessiva di tutte le Gonfra« ternite è stata in media di L. 350 annue, e che altrettanta n'è stata « pure l'uscita; che in quest'uscita non è entrata mai alcuna spesa per « Legati di Messe, e *che i Legati son rimasti tutti insoddisfatti per man« cama di mezzi, stante V impiego delle rendite in altri titoli* ».

In favorem autem parochi S. Francisci non adducitur nisi quaedam ratio ex aequitate desumpta, quatenus nempe praesumendum sit pios ipsarum Confraternitatum fundatores utilitatem intendisse totius civitatis, nec profecto ab ea ruricolas exclusos voluisse, prout contingeret in praesenti, si universi redditus erogari deberent in favorem ecclesiae S. Mariae, quae hodie nullam ruricolarum curam habet. Verum haec ratio insufficiens nimis videtur: nam, ut subsumitur, praeprimis hanc saltem testatorum mentem fuisse praesumendum est, ut pia Missarum onera, quantum maxime opes ferebant, adimpleantur, quod secus contingit. Ceterum nec deerunt novae ecclesiae parocho alia pastoralis sollicitudinis remedia ut cultus divini necessitatibus consulatur.

III. *De tertio dubio,* nempe, quoad ius funerandi, hic est praesens rerum status, ut omnes sodales Confraternitatum, etiamsi noviter erectae paroeciae S. Francisci subditi sint, post obitum deferantur in ecclesiam S. Mariae, quatenus alibi sepulturam non elegerint. Circa hoc nihil innovandum censet parochus S. Mariae: primum, quia ecclesia illa pergit esse sedes Confraternitatum ; secundo, quia sodales Confraternitatum se libere obligaverunt ad funera peragenda in propria Confraternitatis sede, potius quam in sua paroecia : quo in casu ius non concedit parocho nisi quartam funerariam.

Opponitur ex adverso, nihil quidem referre quod ecclesia pergat esse sedes Confraternitatum, quia ratio cur istud ius funerandi etiam quoad Sodales Confraternitatum, exercuerit anteacto tempore ecclesia S. Mariae, haec profecto erat quod illa ecclesia *tunc* parochia propria exstabat singulorum confratrum ; haec autem ratio iam cessavit in contrarium, quoad omnes, etiam Confraternitatum sodales, translatos sub iurisdictione parochi S. Francisci. Etenim, nova erecta parochia, subintrat favore huius, generale praeceptum quod antea pro vetere seu unica parochia militabat, nempe quemquam in propria Parochia ubi Sacramenta susceperat esse sepeliendum, nisi alibi sepulturam explicite elegerit.

Nec sufficit ad hunc effectum electio sepulturae praesumpta aut interpretativa aut collectiva, sed requiritur omnino explicita, individua, libera et de facto manifestata, ut communis doctrina est (cfr. Alberti, *De sepult, écoles.*, n. 24). Speciatim vero quoad Confraternitatum sodales, operae pretium est exscribere auctoritates quas refert Ferraris, s. v. *Confraternitas,* art. V, n. 1-8: « Confratres decedentes, non electa sibi expli-
« cite sepultura in sepulcro sui Oratorii seu Confraternitatis, debent
« sepeliri in ecclesia parochiali (S. Congr. Concilii in Neapolitan. 13 fe-
« bruarii 1660 ad 7)». Quin immo: « Electio sepulturae facta a Con-
« fratribus collective et collegialiter sustinetur et valet solum pro illis
« qui *individualiter* consenserunt, ut patet ex sequentibus declaratio-
ne nibus S. C. C. 16 maii 1682, *(sequitur declaratio)....* Ubi vides per
« illa verba *individualiter consentientes* aperte denotari quod Confra-
« tres, *quamvis collective et collegialiter sepulturam eligant, adhuc non*
« comprehenduntur illi qui nominatim et individualiter non consense-
« rint (**S.** C. EE. et RR., in *Camerinen.,* 18 aug. 1690) », etc.

IV. *De quarto dubio.* Agitur in casu de administratione legati, cuius tabulae non periere, sed incolumes prostant; in his vero quaestioni quae agitatur plene consultum apparet: legimus enim: « con l'annuo reddito,
« da amministrarsi dal Camerlengo, pro tempore, del Capitolo di Calvi ;
« si dovrà *ivi* (hoc est: " nella Chiesuola di S. Giovenale „ quae nunc est
« in territorio ecclesiae S. Francisci) celebrare tre messe, ecc. Il resto... si
« terrà in deposito dal Sig. Camerlengo amministratore, per erogarlo in
« altri bisogni di questo piccolo Oratorio ». Quae omnia adeo aperta et perspicua sunt ut non interpretatione, sed mera exsequutione opus sit. Licet enim Capitulum nunc civiliter veluti suppressum habeatur, canonice tamen adhuc vivit et exstat, ut aiunt, *in anima,* ac repraesentatur saltem per parochum ecclesiae collegiatae S. Mariae. Nec ullam difficultatem praestat quod in praesenti Oratorium illud reperiatur in territorio novae paroeciae S. Francisci: id enim nullo modo impedit quominus voluntas testatoris adimpleatur, ut planum est; certum autem in iure habemus, parocho, vi solius suae iurisdictionis, facultatem non inesse administrandi bona universa causarum seu locorum piorum quae in suo territorio sedem habeant. Cfr. Benedictus XIV *Instit.,* 105, § 5, n. 99, ubi auctoritate fretus decreti *Urbis et Orbis* S. R C, diei 10 decembris 1703 scribit: « Oratoriis quoque in ambitu Paroeciae conceditur ut bona sua
« administrent et libere impendant, inconsulto parocho, ut constat ex
« quaestionibus 28, 30, 31 laudati Decreti, et ex responsis, quae data
« fuerunt ».

Resolutio. Hisce praenotatis ac perpensis, quum in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum S. G. Concilii comitiis, habitis die 12 loco 13 decembris 1913, supradicta dubia proposita fuissent, responsum est ad singula prout sequitur:

Ad I: *Reformato dubio* in hanc formulam: « An impediri possit « quominus parochus S. Francisci animalia benedicat die festo S. An« tonii Abbatis, in casu ? » : *Negative.*

Ad II: *Negative;* Episcopi tamen erit curare, ut onera Missarum fideliter adimpleantur, et quatenus id ob inopiam fieri nequeat, impetrentur a S. Sede opportunae sanationes et reductiones.

Ad III: *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad secundam.

Ad IV: Camerario Capituli ecclesiae Collegiatae S. Mariae, et, durantibus praesentibus rerum adiunctis, parocho eiusdem ecclesiae, sub vigilantia tamen Episcopi.

Quas Emorum Patrum resolutiones Ssmus, ad relationem infrascripti Secretarii, in audientia diei 15 eiusdem mensis et anni, approbavit.

O. GIORGI, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA BOMANA BOTA

CALATANISIADEN.

NULLITATIS MATRIMONII (TERRITO-BAGLIO)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno secundo, die 28 iulii anni 19 Eß^ BB. PP, DD. Seraphinus Many, Ponens, *Ioannes Prior et Aloisius Sincero, Auditores de turno, in causa* Calatanisiaden. - Nullitatis matrimonii, *inter* Gratiam Territo, *actricem, repraesentatam per advocatum ex officio, Bev. Henricum Pezzani, et* Cataldum Baglio, *conventum, in gradu appellationis contra sententiam Revmae Curiae Calatanisiaden, a Defensore Vinculi Calatanisiadensi interpositae, interveniente et disceptante in causa Substituto Defensoris Vinculi ex officio, sequentem tulerunt sententiam definitivam.*

Die 13 decembris anni 1896, Gratia Territo, quindecim annos nata et Cataldus Baglio, natus annos viginti quatuor, matrimonium contraxerunt in ecclesia parochiali civitatis Sancti Cataldi, in dioecesi Calatanisiadensi. Rumor autem ferebatur Gratiam non libere contraxisse, sed sub influxu genitorum, matris praesertim. Brevi inter coniuges dissidia orta sunt, et post duos circiter annos a celebrato matrimonio, sic dictum divortium civile petitum et pronunciatum fuit. Tandem, ad consulendum conscientiae suae, Gratia Curiam Calatanisiadensem, die 15 maii 1911, libello supplici adivit, petens ut suum cum Cataldo Baglio matrimonium ex capite vis et metus nullum declararetur. Quod et factum est, vi sententiae diei 20 martii 1913, qua Curia Calatanisiadensis constare de nullitate matrimonii definivit. A qua sententia cum appellasset Defensor Vinculi Curiae, in H. S. O. de more concordatum est dubium: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Quod ad ius spectat. Haud infrequens est, in hoc Sacro Tribunali, disputatio de nullitate matrimoniorum ex capite vis et metus, et, ad

normam capitum Iuris *Cum locum,* 14; *Veniens,* 15; *Consultationi,* 28, *De sponsalibus,* constans firmaque iurisprudentia est, scilicet, saltem de iure ecclesiastico, metum esse impedimentum dirimens matrimonium, si sit gravis, etiam tantum relative, iniustus, ab extrinseco ortus, et in ordine ad extorquendum consensum matrimonialem incussus.

Quae cum clara sint, ad factum properare licet.

Factum quod spectat. Ut actrix in supplici libello refert, ipsa quemdam Rosarium Anzalone deperibat, amboque sibi fidem de futuro matrimonio dederant. Verum quia Rosarius pauper et inops erat, Gratiae mater huic matrimonio valde repugnabat, et absoluto iussu voluit ut filia cum Cataldo Baglio, consobrino suo, matrimonium contraheret. Exinde, inter matrem et filiam gravissima dissidia orta sunt per plures menses, cum obiurgationibus, reprehensionibus, iurgiis, minis, etiam mortis, verberibus, arcta custodia; quibus additae sunt graves vexationes ex parte fratris Gratiae, qui ad hoc a matre fuerat incitatus. Quae omnia, iniuste patrata, et in ordine ad consensum matrimonialem extorquendum, tam gravia exhibentur, ut, si vera sint, de nullitate huius matrimonii non sit ambigendum. Inquirendum ergo est, utrum haec ex actis processus probata sint.

Porro plures testes iurati, scilicet Antonina Iacona, Cataldus Chinnici, Catalda Lipira, Teresa Bruccheri, Iosephus Palermo, Salvator Sortino, Cataldus Carletta, tempore non suspecto, ab actrice, ab eius matre, vel a vicinis didicerunt tum continuam Gratiae contra Cataldum Baglio aversionem, tum minas, verbera, aliasque matris erga filiam vexationes, ut haec matrimonium cum Cataldo acceptaret: ex illis depositionibus, quae omnino inter se et cum actricis assertionibus concordant, valida praesumptio oritur de gravi et iniusto metu a matre Gratiae filiae incusso, ad extorquendum ab illa consensum matrimonialem. Sed haec praesumptio ad gradum certitudinis assurgit, si inspiciantur depositiones aliorum ad minus octo testium iuratorum, quae nunc exponendae sunt.

Marianna Baglio, Gratiae mater, vidua Rosarii Territo, postquam in sua depositione narravit se omnia tentasse ut filiam a matrimonio cum Rosario Anzalone averteret, addidit: « In casa successe l'inferno: « mia figlia Grazia continuava la relazione con l'Anzalone, ma a forza « di pressioni e di minacce la industi ad accettare il partito Baglio ». Haec matris depositio, etsi brevis ac generalis, non vi destituta est in casu, cum, ex una parte, sit manifesta confessio facta ab illa quae metum intulit, et, ex altera parte, depositionibus ad minus septem aliorum testium confirmetur.

Maria Barbera de propria scientia refert Gratiam a matre et a fratre verberatam fuisse, ut in matrimonium cum Cataldo consentiret, et nihilominus istud matrimonium constanter récusasse: « Essa (Gratiae mater), « mi diceva: " Se Grazia non si marita con Cataldo Baglio, la ucciderò „. « Un giorno, alla mia presenza, tanto la madre quanto il di lei fratello « la percossero in un modo inumano, per costringerla a sposare il detto « Baglio. La Grazia piangeva dirottamente, ma diceva " Non lo voglio „ ». De huiusmodi verberibus deponunt etiam tres hi testes; scilicet Rosa Salerno, quae vidit matrem fuste filiam percutientem, ut Cataldum in virum acceptaret: « Alla mia presenza, la madre spogliò la Territo Grazia « e la bastonò, minacciandola anche con la rivoltella per indurla a spo- « sare il Baglio ». Michael Prizzi, qui sic refert: « Un giorno andai in « casa della Territo, e trovai la Grazia semivestita e piangente. Doman- « datane la causa, mi disse che tanto la madre quanto il di lei fratello, « l'avevano percossa per indurla a maritarsi con il Baglio, minaccian- « dola altresì di mandarla fuori di casa ignuda ». Carmela Armanno quae dicit: « Io riferii ciò (scilicet repugnantiam Gratiae contra Catal- « dum Baglio) alla madre per distoglierla dall'usare pressioni alla figlia; « ma quella invece venne per afferrarmi mentre il figlio bastonava la « sorella Grazia ».

De minis mortis directe a matre cum armis ignitis intentatis, testis fuit Carmela La Rocca: « La madre della Territo, alla mia presenza, « cercava di persuadere la figlia Grazia a maritarsi con Cataldo Baglio. « La Grazia rispondeva che non lo voleva affatto, ma piuttosto voleva « un certo Rosario Anzalone inteso Palma. Fu allora che la madre della « Territo impugnò il fucile, e lo spianò per ucciderla. Fu alle nostre « grida che si potè evitare un omicidio ». Similia refert Carmela Armanno: « Ricordo ancora che una volta la madre aveva preso lo schioppo, ed « io la trattenni ». His gemina habet Salvator Cammarata: « Un'altra « volta, alla mia presenza, la madre della Territo disse alla figlia: " Se « non ti mariti con Baglio, ti ucciderò a colpi di schioppo „. Si diceva « nel vicinato che un giorno minacciò la Grazia con il fucile. Come « ancora si diceva che le somministrava delle legnate per indurla a « maritarsi col Baglio ». Raymundus Naro narrat etiam se audivisse matrem filiae exheredationem minitantem: « Seppi poi che la Grazia « aveva sposato il Baglio per minacce e sevizie sofferte a causa della « madre e del fratello, che le mise financo la rivoltella di fronte. La « madre alla mia presenza minacciò la figlia di diseredarla ».

Rosa Salerno, apud cuius matrem Gratia per tres menses in custodia collocata fuit, refert continuas obiurgationes, vexationes, saevitias qui.

bus Gratiae mater filiam oppressit, ut eius consensum in matrimonium cum Cataldo extorqueret: « La Grazia Territo nei tre mesi che stette « in casa di mia madre, dopo che già era stata promessa a Baglio, e « che la giovane rifiutavasi assolutamente, ad onta delle minacce, basto- « nate, e sevizie a mano armata, si mantenne sempre costante nel « rifiuto. E quando la madre della Territo veniva in casa di mia madre, «Maria Baglio, faceva delle scenate, graffiandosi e tirandosi i capelli « allo scopo di persuadere la figlia a retrocedere dalla promessa data « all'Anzalone. Non potendo ottenere lo scopo, malmenava e percuo- « teva la figlia, la quale si ostinava e diceva che, dopo sposata, avrebbe « lasciato il Baglio e sarebbe andata con l'Anzalone ».

Et in hac repugnantia contra sponsum ipsi propositum, aut potius impositum, Gratia usque ad ipsum matrimonium perstitit, semperque contra has nuptias verbis, lacrymis, modis omnibus quibus potuit, protestata est. Fugam cum Rosario Anzalone, ut ipsa refert in libello sup plici, tentavit; sed pater, adhibitis armis, fugientes compescuit. Gratia ad amicam Carmelam Armanno recurrit, consilia et opem imploratura; sed haec frustra apud matrem intervenit; similiter amicum Salvatorem Cammarata rogavit, ut Cataldo Baglio diceret se, Gratiam, nolle illum in maritum acceptare; quod ipse Cammarata sic refert: « Una volta la « Grazia Territo mi disse: " Fatemi il favore di dire a Cataldo Baglio « che non lo voglio per marito „. Io manifestai al Baglio quanto mi « aveva detto la Grazia Territo; ma egli mi rispose: " Per ora deve « essere mia moglie, e succeda in avvenire quello che ha da succedere „. Imo, referente teste Benedicta Mistretta, Gratia ipsi sponso dicere ausa est se eum non velle in sponsum: « Anche di fronte a Baglio, la Grazia « disse che non lo voleva »¿ Verum hae omnes protestationes, omnesque repugnantiae significationes, stante pertinacia matris, in irritum cesserunt.

In his ergo angustiis constituta, nec habens amplius quo se verteret, Gratia consensum in matrimonium labiis expressit, sed sub influxu illius metus, illiusque moralis simul et physicae coactionis, qua se per plures menses oppressam senserat.

Quod pariter, vix contracto matrimonio, luctuose simul et manifeste rei monstravit eventus. Gratia refert se, cum adhuc in ecclesia, matrimonio celebrato, consistebat, repulisse maritum sibi brachium offerentem: «Dopo il rito matrimoniale... nella stessa chiesa rifiutai il braccio « offertomi dallo sposo, e volli ritornare a casa lontana da lui ». Postri die matrimonii, nova uxor fiebat, et amicae suae Antoninae lacona dicebat istas nuptias sibi vi fuisse impositas; quod ipsa Antonina refert

Brevi autem contigerunt quae Gratia in libello supplici refert: « I dissa-« pori cominciarono fin dai primi giorni, rinfacciandomi egli che l'Anza-« Ione mi fosse continuamente d'attorno davanti l'abitazione, per istrada, « in chiesa, da per tutto. Ed era vero; i segnali e lo scambio di parole « con l'Anzaione ricominciarono dopo poche settimane dal matrimonio « ed erano cagione di continue lotte intime e crepacuori tra me ed il « Baglio ». Elapsis autem decem et octo mensibus, coniuges ab invicem se separarunt, et paulo post divortium civile pronuntiatam est.

Quae cum ita sint, nulli dubium esse potest, quin Gratia, puella quindecim annos nata, nuptias cum Cataldo iniverit ex gravi metu, iniuste a matre et a fratre incusso in ordine ad istud matrimonium contrahendum: unde sequitur matrimonium illud esse nullum.

Remanent solvendae quaedam difficultates :

1. Gratiae mater metum filiae incussit, non directe ut haec cum Cataldo matrimonium contraheret, sed ut a matrimonio cum Rosario Anzalone retraheretur. Ita Defensor Vinculi Calatanisiadensis, et Substitutus Defensoris Vinculi H. S. O.; quod probare tentant ex quibusdam relatis ab actrice, eiusque matre aut ab aliis testibus; sic Gratia in libello supplici ait: « Continuando la mia relazione con l'Anzaione, mia « madre... si adirò talmente che mi coprì di ingiurie e minacce, e final-« mente diede piglio ad uno schioppo per ispianarlo contro di me. Per « togliermi l'occasione di vedere l'Anzaione, mi rinchiusero nella casa « di mia zia Maria Baglio, dove nessuna persona potevo più vedere, nè « parlare ». Mater vero ait: « Quando seppi questo (scilicet mutuos filiae « et Rosarii Anzalone amores), adoperai tutti i mezzi per dissuadere « mia figlia; la maltrattai, la bastonai, e permisi che il fratello la mal-« trattasse e la minacciasse a mano armata. Vedendo che tutto riusciva « inutile, la lasciai in città presso mia sorella Maria ora defunta ». Ita etiam Benedicta Mistretta refert: « Innanzi a me, la madre spesso mal « trattava la figlia per indurla a dimenticare l'Anzaione ».

Resp.: Facile solvitur haec difficultas, si attendatur veritatem hauriri debere, non ex quibusdam depositionum partibus, sed ex integris testium relationibus. Porro, ex depositionibus supra fuse relatis, patet matrem sibi proposuisse, non modo ut filiam retraheret ab amore erga Rosarium Anzalone, sed etiam, et quidem directe, ut eam compelleret ad matrimonium cum Cataldo Baglio ineundum. Satis est in mentem revocare depositiones septem illorum aut octo testium, qui unanimiter, de propria scientia, referunt se vidisse aut audisse matrem filiae graves minas intentantem, ut eam ad matrimonium cum Cataldo Baglio cogeret. Recolenda sunt verba supra descripta Mariannae Baglio (matris

Gratiae), Mariae Barbera, Rosae Salerno, Michaelis Prizzi, Carmelae Armanno, Carmelae La Rocca, Ray¡nundi Naro. Ipse vir, Cataldus Baglio, ait: « Dietro insistenti inviti della madre, ritornai a frequentare la casa « della Baglio, la quale aveva interesse a non farmi allontanare e far «conchiudere il progettato matrimonio, appunto perchè essa fiduciaria- « mente mi aveva prestato lire cinquecento, ed io minacciavo di lasciare « la mia patria ed emigrare in Africa »: ex quibus sponsi verbis videre est Gratiae matrem, in sua agendi ratione erga filiam, directe intendisse matrimonium cum Cataldo, et hoc etiam propter momenta oeconomica.

2. Vir, Cataldus Baglio, deponit: « Per accertarmi delia volontà della « Territo, le proposi, alla presenza della madre e dei parenti, di farmi « giuramento dinanzi all'Immagine di Gesù Bambino, ed essa mi rispose « che ne avrebbe fatti cento... Prima che si celebrasse il matrimonio, « qualche volta trovai la Territo, in casa, indifferente e melanconica; « ma mai mi manifestò il motivo di questo stato d'animo. In seguito « tutto procedette con ordine fino alla celebrazione del matrimonio. I « primi mesi del matrimonio passarono con una certa tranquillità ». Ex quibus concludi potest Gratiam, etsi cum aliqua repugnantia, libere tamen in Cataldum consensisse.

Resp. 1) Gratia respondit quidem se paratam esse ad iurandum de propensa voluntate sua in Cataldum; sed ita respondit coram matre, causa metus; ergo haec verba nihil probant. Egregie confirmatur haec illatio depositione Benedictae Riggi: « Mio marito per certificarsi della « volontà della Territo, la interrogò, alla presenza della famiglia e dello « stesso Baglio, se volesse per marito il Baglio, e la Territo rispose a « fior di labbra: " Se non lo avessi voluto, non l'avrei fatto venire ,,; « però dal tono della voce e dall'atteggiamento si vedeva chiaramente « che erano parole pronunziate con la bocca e non col cuore, tanto che « mio marito sconsigliava lo stesso Baglio, il quale stette assai per- « plesso ».

2) Quod ait Cataldus, Gratiam numquam ipsi suam repugnantiam manifestasse, contrarium est his quae supra ex ore Benedictae Mistretta et Salvatoris Cammarata audivimus. Ceterum haec sponsae tristitia et « apathia » de quibus loquitur Cataldus, potius confirmant dicta testium de metu ipsi incusso.

3) Affirmat Cataldus omnia usque ad matrimonium recte processisse; sed haec affirmatio sponsi, unica inter tot alias depositiones, et generica, his praevalere nequit. Notandum hic est (quod iam alias animadversum est in S. Rota, v. g. in *Nicien. - Nullit, matr.,* die 19 februarii 1916), mirum non esse consanguineos sponsi, et a fortiori sponsum

ipsum, ignorare metum sponsae incussum, quia genitores, qui metum filiae incutiunt in ordine ad matrimonium, clam agere solent, ne forte familia sponsi, habita notitia metus incussi, ideoque repugnantiae sponsae, a tractatibus matrimonialibus recedat. Tandem affirmat Gataldus primos matrimonii menses in quadam tranquillitate transactos fuisse: « con una certa tranquillità». Sed hoc non esse verum, aut saltem exageratum esse, ostendit quae mox contigit, scilicet post menses 18, coniugum separatio. Ceterum, licet verum sit primos matrimonii menses in quadam pace transactos esse, inde non sequitur Gratiam metum purgasse, tum quia purgatio metus non intelligitur, nisi quando cessat causa metus, scilicet Gratiae mater; tum quia in locis ubi decretum *Tametsi* publicatum est, metus iuridice probatus purgatus non intelligitur, nisi renovato consensu in forma Tridentina; quod nunquam in casu factum est.

His ergo omnibus tam in iure quam in facto consideratis et bene perspectis, Christi nomine invocato, Nos infrascripti Auditores, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus: *Constare de nullitate matrimonii inter Gratiam Territo et Cataldum Baglio,* ideoque, confirmata sententia iudicis primae instantiae, ad dubium propositum respondemus: *Affirmative.*

Ita pronunciamus et definitive sententiamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum et praesertim cap. 3, sess. XXV, *de ref.*, Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in sede Tribunalis S. Romanae Rotae, die 28 iulii 1916.

Seraphinus Many, *Ponens.*
Ioannes Prior.
Aloisius Sincero.

L. © S.

Ex Cancellaria, die 7 augusti 1916.

Sac. I. Ladelci, *Notarius.*

ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS

EPISTOLA

AD R. P. ALOISIUM CATERINI, S. I., PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE MODERATOREM, TRIA EX AURO NUMISMATA, IN PRAEMIUM OPTIMIS ALUMNIS IAM PLURIES BENIGNE DESTINATA, QUOTANNIS LARGIENDA DECERNENS.

Rev. Padre,

Come ebbi il piacere di annunziarle nei decorsi anni, Sua Santità, Benedetto XY, ben volentieri si fece erede e prosecutore della benevola attenzione, di cui l'immediato Suo Predecessore, il Papa Pio X di santa memoria, volle giustamente onorare la benemerita Pontifìcia Università Gregoriana.

Che se le gloriose tradizioni del Collegio Romano, non venute mai meno e felicemente coltivate fino ai giorni nostri, valsero ad attirare su di esso la considerazione del compianto Pontefice Pio X, particolari ragioni di personali attinenze muovono il Regnante Pontefice Benedetto XV a porgere all'insigne Istituto, ove Egli attese all'apprendimento delia scienza ecclesiastica, una più ampia e più durevole testimonianza di Sovrana benevolenza.

L'Augusto Pontefice pertanto, non solo per il nobile intento di assicurare ai migliori alunni un premio, che suoni encomio ed incoraggiamento, ma anche per assecondare quel sentimento di memore affezione, che Lo tiene avvinto all'Ateneo, al quale ama professarsi debitore di quanto è in Lui di cultura nelle sacre discipline, si è benignamente degnato di dare carattere di stabilità al dono delle tre medaglie d'oro che precedentemente furono assegnate anno per anno, in pro dei più distinti alunni delle facoltà legali, teologica e filosofica del medesimo Ateneo.

Nel darne alla P. V. il lieto annunzio, ho il piacere di rimetterle, con questo mio dispaccio, le tre medaglie riguardanti la prossima premiazione; e ben volentieri colgo quest'incontro per raffermarmi con sensi di stima distinta

di V. R.

Dal Vaticano, 11 novembre 1916.

Affino nel Signore

P. CARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

SS. CONGREGAZIONI ASSEGNATE AGLI EMI CARDINALI

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di assegnare ai nuovi Emi e Rmi signori Cardinali, che al Concistoro pubblico del 7 dicembre 1916 ricevettero il cappello cardinalizio, le seguenti SS. Congregazioni:

All'Emo signor cardinale Frühwirth, le sacre Congregazioni: dei ***Sacramenti,*** dei ***Religiosi,*** degli ***Affari Ecclesiastici Straordinari*** e ***dell' Indice.***

All' Emo signor cardinale Scapinelli, le sacre Congregazioni : del ***Concilio,*** dei ***Sacri Riti,*** degli ***Affari Ecclesiastici Straordinari*** e del ***Ceremoniale.***

All' Emo signor cardinale La Fontaine, patriarca di Venezia, le sacre Congregazioni: ***Concistoriale,*** dei ***Sacramenti,*** dei ***Sacri Riti*** e ***dell' Indice.***

All'Emo signor cardinale Ranuzzi de Bianchi, le sacre Congregazioni: del ***Concilio,*** dei ***Religiosi,*** dei ***Sacri Riti*** e della ***Rev. Fabbrica di S. Pietro.***

All'Emo signor cardinale Sbarretti, le sacre Congregazioni: dei ***Sacramenti,*** del ***Concilio,*** dei ***Religiosi*** e della ***Rev. Fabbrica di S. Pietro.***

All'Eolo signor cardinale Dubourg, arcivescovo di Rennes, le sacre Congregazioni: dei ***Sacramenti,*** del ***Concilio,*** dei ***Sacri Riti*** e della ***Rev. Fabbrica di S. Pietro.***

All'Emo signor cardinale Dubois, arcivescovo di Rouen, le sacre Congregazioni: ***Concistoriale,*** del ***Concilio, dell'Indice*** e del ***Ceremoniale.***

All' Emo signor cardinale Boggiani, le sacre Congregazioni : ***Concistoriale,*** dei ***Sacramenti,*** dei ***Seminari*** e dell' ***Indice.***

All'Emo signor cardinale Ascalesi, arcivescovo di Benevento, le sacre Congregazioni: del ***Concilio,*** dei ***Seminari, dell'Indice*** e del ***Ceremoniale.***

All'Emo signor cardinale Maurin, arcivescovo di Lione, le sacre Congregazioni: del ***Concilio,*** di ***Propaganda,*** dei ***Sacri Riti e*** del ***Ceremoniale.***

All'Emo signor cardinale Marini, le sacre Congregazioni: di ***Propaganda,*** di ***Propaganda per gli Affari di Rito Orientale,*** dei ***Sacri Riti e*** della ***Rev. Fabbrica di S. Pietro.***

All'Emo signor cardinale Giorgi, le sacre Congregazioni: dei ***Sacramenti, del Concilio,*** dei ***Religiosi e*** dell' ***Indice.***

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

4 dicembre 1916. — L'Emo signor cardinale Filippo Giustini, ***Membro della Suprema Sacra Congregazione del S. Officio.***

— Mons. Giuseppe Aversa, arcivescovo titolare di Sardi, Nunzio Apostolico nel Brasile, ***Nunzio Apostolico in Baviera.***

— Mons. Angelo Scapardini, arcivescovo titolare di Damasco, Internunzio Apostolico nel Perù e Bolivia, ***Nunzio Apostolico nel Brasile.***

6 dicembre. — Mons, Augusto Silj, arcivescovo titolare di Cesarea del Ponto, ***Vice-Camerlengo di Santa Romana Chiesa.***

— Mons. Giovanni Battista Nasalli-Rocca, vescovo di Gubbio, ***Elemosiniere Segreto di Sua Santità.***

8 dicembre. — Mons. Giovanni Tacci, arcivescovo titolare di Nicea, ***Maggiordomo di Sua Santità.***

— Mons. Carlo Perosi, ***Assessore della Sacra Congregazione del S. Officio.***

— Mons. Vincenzo Sardi, arcivescovo titolare di Cesarea di Palestina, ***Assessore della S. Congregazione Concistoriale.***

— Mons. Giuseppe Mori, ***Segretario della S. Congregazione del Concilio.***

— Mons. Evaristo Lucidi, ***Segretario della Segnatura Apostolica.***

— Mons. Giulio Grazioli, ***Uditore della S. Romana Rota.***

— Mons. Bernardo Colombo, ***Reggente della Penilenzieria Apostolica.***

•— Mons. Cesare Cerretti, ***Pro-Segretario della economia della S. Congregazione di Propaganda Fide.***

— Mons. Giuseppe Bruno, ***Sotto-Segretario della S. Congregazione del Concilio.***

NECROLOGIO

5 dicembre 1916. — Mons. Giovanni Battista Scotti, vescovo di Osimo e Cingoli.

INDEX GENERALIS RERUM

(ANN. VIII — VOL. VIII)

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRAE CONGREGATIONES

TRIBUNALIA

OFFICIA

II

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. - ACTA BENEDICTI PP. XV

I. - APOSTOLICAE SUB PLUMBO LITTERAE.

IL - MOTU PROPRIO.

III. - LITTERAE APOSTOLICAE.

ANNO	MENSE	DIE	
			tatur, praesertim per opportunum et acceptabile quadragesimale tempus V. . . . .
1916	Mart.		*Vix poteras.* - Ad religiosum virum Gyrum de Pisauro, O. F. M., de oblata, in obsequium, ephemeride quae inscribitur « Picenum Seraphicum » gratias persolvens . . . .
		10	*Nonnullos.* - Ad R. P. D. Camillum Moreschini, archiepiscopum Camerinensem, de christianae doctrinae institutione per Picenum promovenda . . . .
		13	*Litteris tuis.* - Ad R. P. D. Barnabam Piedrabuena, episcopum Catamarciensium, de sollemnibus gratulatur, quae *B.* M. V. « dei Valle » apparantur .
	Apr.	19	*Altero iam exeunte saeculo.* - Ad R. D. Antonium Lhoumeau, societatis Mariae et Filiarum a Sapientia praepositum generalem, anno vertente ducentésimo ab obitu beati Patris legiferi . . . .
		30	*Institutiones Theologiae Moralis.* - Ad R. P. Ianuarium Bucceroni, e Soc. Iesu, doctorem decurialem theologiae morum tradendae in Athenaeo Gregoriano; cuius nuper editos libros commendat . . . .
	Maii		*Sanctum et salutare.* - Ad R. P. Eduardum Hugon, sodalem domicianum, doctorem decurialem sacrae theologiae tradendae in urbano Collegio Angelico ; eum laudatis, quod sacrae theologiae doctrinam ad mentem Aquinatis in usum etiam laicorum divulgaverit . . . .
			Significandae tibi. - Ad R. D. Paulum Buguet, curionem Montislegionis, protonotarium apostolicum, cui gratulatur quinquagesimum sacerdotii natalem et incrementa Operis defunctorum animis expiandis.
			Epistola, quam Mediolani. - Ad Andream card. Ferrari, archiepiscopum Mediolanensem, ceterosque provinciae ecclesiasticae Mediolanensis praesules, in annuum coetum congregatos . . . .
			Optimo sane iure. - Ad R. D. Ianuarium Asprenatem Galante, protonotarium apostolicum, canonicum et cimeliarcham ecclesia*? Neapolitanae ; cui gratulatur natalem sacerdotii L celebranti . . . .
	Iun.		*Cum ex apostolico officio.* - Ad R. D. Amadeum Guizzoni, canonicum theologum Piacentinum : de commentario qui inscribitur << 11 catechista cattolico ».
		18	*Sollemnia.* - Ad R. P. D. Carolum Garcia Irigoyen, episcopum de Truxillo, occasione quarti iam expleti saeculi a condita Truxiliensi dioecesi . . . . .
		29	*Ingravescente in dies.* - Ad R. P. Seraphinum Cimino, Ordinis Fratrum Minorum ministrum generalem, septimo exeunte saeculo ex quo indulgentia plenaria de Portiuncula primum divinitus data est .

VI. - ALLOCUTIO.

VII. - SERMO.

II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

I. - S. CONGREGATIO S. OFFICII.

ra

INDEX ANALYTICUS RERUM NOTABILIUM

D •

E

F

G

K

L

%

O

U

IV

INDEX PERSONARUM

A

C

D

E

G

H

I-J

K

L

M

N

O

T

OCTAVUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « *Acta Apostolicae Sedis* »

ABSOLVITUR DIE 30 DEC. 1916. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS